LIBRAIRES DE LA SOCIÉTÉ

PARIS : *Ernest Leroux*, 28, rue Bonaparte.
LEIPZIG : *Otto Harassowitz.*

PUBLICATIONS

DE LA

SOCIÉTÉ DE L'ORIENT LATIN

SÉRIE GÉOGRAPHIQUE

I–II

ITINERA LATINA

BELLIS SACRIS ANTERIORA

I

ITINERA
HIEROSOLYMITANA

ET

DESCRIPTIONES TERRAE SANCTAE

BELLIS SACRIS ANTERIORA

&

LATINA LINGUA EXARATA

ſumptibus

SOCIETATIS

ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

ediderunt

TITUS TOBLER & AUGUSTUS MOLINIER

I

GENEVAE
Typis J.-G. Fick
1879

Tiré à 500 exemplaires numérotés, dont :
50 sur grand papier,
50 sur papier vélin,
400 sur papier ordinaire.

N° 380

SOCIÉTÉ DE L'ORIENT LATIN

*

EXTRAIT DES STATUTS

Art. 19. Les publications de la Société ſont faites ſous la ſurveillance du Comité de direction, & la garantie du ſecrétaire-tréſorier & de l'un des commiſſaires reſponſables.

Vu l'édition des Itinera Hieroſolymitana latina I, *par le docteur* TITUS TOBLER & M. A. MOLINIER.

Le Commiſſaire reſponſable,

A. DE BARTHÉLEMY.

Certifié.

Le Secrétaire-Tréſorier,

COMTE RIANT.

Paris, le 1er novembre 1879.

Le présent volume, confié au docteur Titus Tobler, était en partie imprimé, lorsque la mort est venue surprendre, le 21 janvier 1877, notre vénérable et regretté confrère.

M. Auguste Molinier, chargé par la Société de continuer, sous la surveillance de MM. Riant et de Barthélemy, le travail interrompu, a dû remanier le texte de Theodosius (pp. 81 et s.), corriger les épreuves des pages 91-240, laissées en manuscrit par Tobler, établir tous les textes suivants (pp. 241-418), traduire en latin la préface allemande du précédent éditeur (pp. xj-xxxviij) et compléter cette préface (pp. xxxix-lv). Il a, de plus, composé de toutes pièces un second volume, actuellement sous presse ; ce volume, d'environ 420 pages, contiendra, sous le titre de :

ITINERUM HIEROSOLYMITANORUM & DESCRIPTIONUM TERRÆ SANCTÆ BELLIS SACRIS ANTERIORUM SERIES CHRONOLOGICA

tous les témoignages occidentaux, relatifs aux pèlerinages antérieurs aux Croisades.

Il formera la seconde partie de l'œuvre commencée par Tobler.

Il sera suivi d'un index embrassant les deux volumes, et d'une carte de Syrie et de Palestine; il paraîtra en 1880.

Le Comité de Direction.

CONSPECTUS

—

PRÆFATIO

PALÆSTINÆ *geographiæ initium in* Itinerario a Bordigala Hierofolymam ufque *minime quærendum, fed ad multo anteriorem ætatem regrediendum eft, fi de Flavio Iofepho, Ptolemæo & Talmude,* [1] *ut clariores tantummodo nominemus, mentionem fecerimus. Quæ autem in præfenti volumine collegimus opera, ea tantum funt, quæ latino confcripta fermone, ad Terræ Sanctæ geographiam fpectant.*

Quum antiquiffimas Palæftinæ defcriptiones in unum corpus colligere ftatuerimus, talis propofiti utilitatem nemo certe negabit. Hic enim collecta invenientur, quæ antea multo labore perquirenda erant; nec dubito, quin magnum incrementum Orientis hiftoriæ ftudia ex ifta accipiant collectione; confiderandum etiam textum non pro noftra commoditate pure tranfcriptum fuiffe, fumma autem cura datam fuiffe operam, ut manufcriptorum codicum collatione melior evaderet aut fincerior reftitueretur. Ne quis autem credat, quod fingula iam itineraria pluries ediderimus, exceptis illis, quæ in Itinerario Hierofolymitano, *Theodofio, necnon & Beda Venerabili ad Palæftinam non pertineant, facilem ideo nobis fuiffe in publicandis collectaneis operam. Multa enim iterum fcrutanda fuerunt. Quod autem fingula opera iam femel edideramus, nobis non parum profuit, quum nonnullas interpretationes & notas in promptu haberemus, quas illi legent, qui aliquid amplius de hoc addifcere voluerint.*

1 Cf. Neubauer, *La Géographie du Talmud* (Paris, 1868).

2 *Palæftinæ defcriptiones ex fæc. IV, V & VI* (S. Galli, 1869); Antoninus Martyr, *De locis fanctis* (S. Galli, 1863); *Defcriptiones Terræ Sanctæ fæc. VIII, IX, XII & XV* (Lipf., 1874).

I

ITINERARIUM A BORDIGALA HIEROSOLYMAM USQUE.

Si temporum terminos, a nobiſmet ipſis conſtitutos,[1] *obſervaverimus, primus nobis obvius erit peregrinus* a Bordigala Hieroſolymam uſque, *qui ſuum iter anno* 333 *aggreſſus eſt. Etſi autem initæ peregrinationis annum noſcamus, non ideo nobis multa de auctore cognita ſunt; quippe qui originem & nomen ſcire cupiamus nec utriuſque uſquam aliquod reperiamus indicium. Ex illo uno tantum, quod peregrinus itineris initium a Bordigala ceperit, legitime ſuſpicari poſſemus, illum Aquitaniam aut vicinam Bordigalæ regionem patriam habuiſſe.*

Opus quidem illud nihil aliud eſt, quam arida quædam militarium Romani imperij viarum uſque ad Sanctos Locos deſcriptio, addita ſemper ſpatiorum notatione, quod nullam fere utilitatem afferret, niſi exactiſſime numeri tranſcripti fuiſſent. Ubi autem ad Sanctam Terram perventum eſt, locorum nominibus milliariorumque notationibus brevis adiicitur mirabilium rerum deſcriptio, non ſine variarum fabularum relatione. Fatendum vero deſcriptiones iſtas maximi eſſe momenti, quippe quæ genuinæ ſint. Reipſa illam operis partem tantummodo in codicibus manuſcriptis Sangallenſi ac Pariſienſi reperire eſt, in quibus opus ipſum Peregrinantium libri *titulum non mentitur.*

Quod ad itinerarium ipſum, exceptis partibus quæ deſcriptionis ſunt, pertinet, nos non fugeret, etiamſi anteriorum editorum opiniones ignoraremus, multa hodie in iſto deſiderari. Ex iis, qui me in hac explicanda parte præceſſerunt, præcipuus atque idem utiliſſimus fuit Aurès.[2] *Oblivіſci tamen non debemus iam ante illum itinerario curam dediſſe marchionem* Fortia d'Urban, *cum propriis libri editoribus* Em. Miller & Lapie, *quorum quidem correctiones ſæpius nimium audaces nobis viſæ fuerunt.*[3] *Miller autem, qui uno*

1 Id eſt IV poſt Chriſtum natum ſæculum.

2 Cuius liber ſic intitulatur: *Concordance des vaſes Apollinaires & de l'itinéraire de Bordeaux à Jéruſalem, & comparaiſon de ces textes avec l'itinéraire d'Antonin & avec la table Théodoſienne* (Nîmes, 1868).

3 Cui libro titulus eſt: *Recueil des itinéraires anciens* (Paris, 1845).

tantum codice manuſcripto[1] *uti potuit, in præfatione dicit:* « Nous « l'avons collationné avec le texte publié par Weſſeling, & « nous avons relevé dans ce texte des fautes aſſez graves. » *Neque negandum illam editionem ſatis commodam eſſe; in qua nempe in tribus columnis poſiti ſint numeri, tum romani, tum arabici, & locorum intervalla ab ipſo Lapie recognita & ad milliares columnas exacta. Ut operis ſumma intellectu facilius evaderet, curatum etiam eſt ut diviſiones a qualibet maiore ſumma ad ſequentem* (*a* fit *ad* fit) *romanis numeris notarentur, ita ut XVIII diviſiones factæ ſint, quas ego maiuſculis vel uncialibus litteris diſtinxi.*

Multa in Itinerario *hodie deſiderari iam ſupra diximus; ſi quis enim, in iſta manuſcriptorum auxiliorum inopia, milliariorum ſummas, quæ plerumque falſæ ſunt, corrigere tentaviſſet, ut ſinguli numeri cum numeris a ceteris auctoribus indicatis concordare poſſint* (*ut nihil dicam de locorum nominibus, quæ etiam diligentius & correctius ſcribenda eſſent*), *non parvum quidem laborem aſſumpſiſſet; quod, expoſitis aliquot exemplis, probare facillime poſſim:*

In peregrinatione quippe illa invenimus inde uſque ad Toloſam leugas & *a Toloſa* millia, *ſecundum diverſas editiones,* 106-108 leucas & 211-214 millia, *in ſumma* 317-322. *Deinde vero pro ſumma codices exhibent* 372, *nullo diſcrimine inter* leugas & millia *facto; quum autem ſumma iſta multo maior ſit, poſſumus leugis paulo plus ſpatij quam milliariis largiri.*

Iam intervallum a Sirmio *ad* Sardicam (*p.* 8-9) *in diverſis manuſcriptis codd. numero* 314 *notatur; in Pariſienſi autem codice* 317 & *in Veronenſi* 284 *millia reperimus. Inſuper animadvertendum, quod in hoc ultimo, ad tria nomina quæ ſequuntur, ſcilicet* ad Sextum (*p.* 8, *lin. penult.*), mutatio Sarmatorum (*p.* 9, *lin.* 13), & mutatio Redicibus (*pag.* 9, *lin.* 18) *numerorum deeſt notatio, quorum ſumma fuiſſet* 31 *millia, ita ut, ſi quis numerum iſtum ſummæ addiderit, concordiam, ſi non perfectam, certe ſatis magnam, inter diverſos codices exprimet. Illa exempla lectori ſufficere arbitror.*

Manuſcriptos impreſſoſque codices breviter indicandos cenſeo.

1 Biblioth. nat., lat. 4808.

Manuscripti codices:

a. *Codex Bibliothecæ capitularis Veronæ*, 52, *verisimiliter VIII sæc. exaratus; lectu facillimus.*

b. *Codex Bibliothecæ Sangallensis*, 732, *IX sæc.*, *anno scilicet* 811, *conscriptus.*

c. *Codex Bibliothecæ nationalis Parisiensis*, *lat.* 4808, *X sæc.: cuius transcriptio, ab ipso Pithœo, cuius fuit olim istud volumen, facta, Aurelianis asservatur, Bibliot. municipal.*, 265. *Ille codex maximi est pretij, quum in illo nulla sit, uti in Veronensi, a* Cesarea *usque ad* Tarracinam (*p.* 20-23) *lacuna, & cætera multo diligentius referat. Quum Anat. de Barthélemy Veronensem codicem ediderit,* [1] *collectis variantibus lectionibus e Parisiensi codice, quem ipse in manibus habuit, curavi, ut illa editione, quæ cum ea, quam E. Miller impressioni dedit, non omnino congruit, quamvis hæc plenior sit, semper uterer. In præsenti autem editione meliores, quas nobis obtulerunt codices, lectiones elegimus, nec eas semper corrigere potuimus, ut qui recentiores ac scribarum negligentia depravatos codices tantummodo in manu habueribus. Variantes lectiones, quæ multæ sunt (præsertim in proprie dicto Itinerario), in notis expressit; littera* V *Veronensem codicem,* P *autem Parisiensem designat.*

Duos insuper manuscriptos codices Romæ, in Vaticana Bibliotheca, asservari tradit Montfaucon (Bibl. Biblioth., I, 81, 93), *quos nemo præter ipsum vidit aut reperit.*

Editiones:

a. 1589, *absque loco*, 12°, *Pithœo curante* (*ex cod.* c).

b. 1600, *Coloniæ*, 8°, *Andrea Schotto edente.*

c. 1619, *Amstelodami in P. Bertij* Theatro geographiæ veteris, *t.* II, *in Appendice, pp.* 39 *& sqq., nihil fere adiungit illis quæ præcedunt editionibus.*

d. 1735, *Amsterodami, Petro Wesselingio curante, qui codicem tantummodo Parisiensem in manu habuit.*

e. 1811, *Paris., Châteaubriand, in notis ad librum cui titulus:* Itinéraire de Paris à Jérusalem. *Nullius pretij editio.*

1 *Revue archéologique*, juillet 1864, pp. 99-108.

f. 1844, *Parif.*, *Migne*, *in* Patrolog. latina, *t. VIII*, *c.* 783-795; *Weffelingianæ editionis de verbo ad verbum repetitio.*

g. 1845, *Parifiis*, *in opere cuius titulus fequitur :* Recueil des itinéraires anciens, 8°, *p.* 171 *& fuiv. Quam editionem ex cod. Parif.* (c) *Fortia d'Urban*, *vel potius E. Miller confecit.*

h. 1848, *Berolini*, 8°, *ad calcem* Itinerarij Antonini, *edent. G. Parthey & M. Pinder*, *qui eodem illo cod. Parifienfi tantummodo ufi fuerunt.*

i. 1854, *Lipfiæ*, 8°, *ad calcem libelli Iacobi Berggren* Flavius Iofephus, *pp.* 54-55 (*fragm.*).

j. 1864, *Parifiis*, 8°. Revue archéologique, *nouv. férie*, *t.* X, *p.* 99-108; *ex codd.* a & c, *curante Anat. de Barthélemy.*

k. 1869, *Sancti Galli*, 8°, *inter* Defcriptiones Terræ Sanctæ ex fæcul. IV, V & VI, *quas ipfe collegit præfentis voluminis editor*, *hic primo trium codd.* a, b, c *lectionibus ufus.*

II

PEREGRINATIO SANCTÆ PAULÆ.

Concilii tempore, *quod Romæ anno* 382 *actum eft*, *Paula*, *ex nobili genere Romana matrona*, *fpirituale commercium inivit cum fancto Epiphanio & fancto Paulino*, *quorum inftinctu chriftianam religionem Sanctaque fimul Loca miro amplexa eft amore. Inde confilium itineris ad Hierofolymam fufcipiendi ; nempe*, *forore fua Euftochio & illis duobus ecclefiæ patribus comitantibus*, *patria fimul ac filiis relictis*, *triginta & feptem annos nata*, *viam ad Orientem ingreffa eft*, *& fancta civitate femel invifa*, *in urbe quam præcipue amavit*, *Bethlehem dico*, *domicilium elegit*, *ubi quum viginti annis affidue manfiffet*, *anno* 404 *mortem obiit. Huius peregrinationis relationem fanctus Hieronymus*, *Paulæ comes* (*temporis enim & præfertim Orientis mores opinionem illam fane credibilem efficiunt*), *pofteris tradidit ; eius autem defcriptiones non pauca nos edocet*, *& de perfonis*, *& de rebus ac locis. Quum autem ego in hac editione tantummodo quod geographiæ intereft defti-*

natum habuerim, ex iis epiſtolis ſancti Hieronymi ad Paulæ filiam Euſtochium, quæ vulgo Epitaphium *aut* Vita ſanctæ Paulæ *dicuntur, ſolum* hodœporicum *retinui.*

Illius operis XV ſæculo atque ſequentibus multæ editiones publici factæ ſunt iuris. Itaque legitime credere fuiſſet nihil noviſſimo editori ſuperfuiſſe faciendum; at longe aliter fuit. Duorum enim manuſcriptorum codicum, in Monacenſi regia Bibliotheca aſſervatorum, lectionibus uſus, non pauca in melius mutare ac corrigere potui; quorum uterque pergamenus ac ſatis antiquus. In præſenti autem textus recenſione hæc maxime notanda videntur: concitas *pro* conſitas (*cap. III*), cubicula *pro* cubiculum (*cap. V*), deficiet *pro* defluit (*cap. XVIII*). *Manuſcriptorum impreſſorumque codicum auxilio ſenſum aliquo modo validius arripui in cap. XII:* Hortum balſami & vineas Engaddi *pro* balſami vineas; *necnon in cap. XIII:* Thecuam, patriam Amos *pro* thecuam atque Amos:

CODICES *quibus uſi fuimus:*

a. *Codex Bibliothecæ regiæ Monacenſis, lat.* 12104 (*m. ſ. XI*), *qui maioris eſt momenti.*

b. *Codex eiuſdem Bibliothecæ, lat.* 14031 (*m. ſ. XI*).

EDITIONES *præcipuæ:*

1468, *Romæ, in-fol., inter cætera divi Hieronymi opuſcula, II, f.* 235, *ed. princeps.*

1528, *Lugduni, in-4. Io. Creſpin, curante Deſ. Eraſmo, I,* 195.

1643, *In* Actis ſanctorum, *Ianuario menſe, t. II, p.* 711, *curante Bollando.*

1706, *Pariſ., ſtudio Ioannis Martianay, inter ſ. Euſebij Opera, IV, c.* 669 *& ſuiv.*

1734, *Veronæ, in edit. Vallarſiana* Opp. omnium *ſ. Hieronymi, t. I, c.* 684.

1869, *Sancti Galli, a T. Tobler, inter* Deſcriptiones Terræ Sanctæ, *pp.* 1-9.

III

PAULA ET EUSTOCHIUM *DE LOCIS SANCTIS.*

Forſan quidam mirabuntur, quod annus 386 *annum* 404 *in hoc titulo :* Peregrinatio ſ. Paulæ, *ſecundum temporum ordinem non præcedat; eius autem rei cauſam in eo reperimus, quod utriuſque Romanæ matronæ peregrinatio multo prior eſt, quum profecto ſerius Marcellam, ut Bethlehem veniret, invitaverint.*

Impreſſas tantum editiones in manibus habuimus. [1] *Editionem Vallarſij in ſ. Hieronymi* Opera omn., *tom.* I, *part.* 2, *pag.* 203 *ſqq.* (*Venet.*, 1766), *omnibus aliis prætuli. Vallarſius epiſtolam in capitula diviſerat, ac nobis primo exemplum eius ſequi non utile viſum fuerat. Dein vero eo venimus ut, nonobſtante epiſtolari forma, capitulorum tamen numeros apponeremus, quamvis noſtra diviſio non omnino cum ea congruat, qua commendandus ille editor uſus eſt, quum ea nobis non ſemper iuſta videretur. Huius vero epiſtolæ tantum ulteriorem partem, quæ ad geographiam magis pertinet, retinuimus.* [2]

IV

EUCHERIUS *DE LOCIS SANCTIS.*

Huius auctoris, ſancti Eucherij, Lugdunenſis epiſcopi, dummodo nominis ſinceritas non in dubio ſit, [3] *nomen & patriam novimus.*

Non omnia quidem exſcripſi ex iis, quæ in epiſtola Eucherij vel

1 Nullo enim, inter plurima exemplaria ſ. Hieronymi manuſcripta, huiuſce epiſt. codice, ne Caduinenſi quidem exemplari (de quo optime diſſeruit Martialis Delpit, *Eſſai ſur les anc. pèlerinages*, pp. 373-374), uti voluit T. Tobler, utpote qui opuſculum iſtud minimi eſſe, quoad geographiam, momenti arbitraretur (*Nota Aug. Molinier*).

2 Hos tantum duos, ex omnibus ſ. Hieronymi operibus, libellos præſenti collectioni inſerere placuit; liber enim, cui titulus : *De XLII manſionibus filiorum Iſraël in Deſerto*, fere nulla, quæ ad geographiam ſpectent, ſuppeditat, nec noſtrum erat ea omnia, quæ paſſim in ſuis commentariis de Locis Sanctis dixerit divus auctor, colligere.

3 Hanc enim epiſtolam ſpuriam eſſe contendunt nonnulli, inter quos C. T. Schœnemann (*Bibliothec. hiſtorico-literaria Patrum Lat.*,

Fauſtini leguntur, quum mihi parum utile fore viſum eſſet, ſi loca iam ſerviliter tranſcripta ipſe iteraſſem, quæ verbis XX a Chebron *ſic incipiunt:* « Igitur longitudo ſive latitudo Iudææ « quanta ſit, ſ. Hieronymus determinavit in quadam epiſtola « ad Dardanum, ex qua nos huic operi, quæ neceſſaria vide- « bantur excerpſimus, in qua adverſus Iudæos de Terra Repro- « miſſionis etiam addidit hæc..... Hæc Hieronymus. » *Quin etiam adduntur excerpta quædam ex Flavio Ioſepho,* De bello iudaico, *lib. III, cap.* 3, *& poſtquam caput humanum cum urbe Hieroſolyma, ut regionis capite, comparavit, his verbis paginam claudit:* « Hactenus Ioſephus. Quæ idcirco relationi huic inſerenda putavi, ut veritatem ſtudioſe inquirentibus maiorem Iudæus relator de Iudææ ſitu fidem faceret. » *Sequuntur verba quædam, ex Eucherij* Commentario in Libros Regum, *de fonte Siloah. Cæterum non prætereundum eſt eundem auctorem in ſuis ſuper Sanctam Scripturam commentariis multa geographica inſeruiſſe, quæ non magni pretij exiſtimanda ſunt, quum ea ex Euſebij Hieronymique* Onomaſtico *plerumque de verbo ad verbum tranſcripta ſint.*

Editionem *tantum unam novimus, quam in* Nova Biblioth. manuſcriptorum librorum, t. I, *dedit Philippus Labbe* (*Pariſ.*, 1657). *Eumdem textum typis expreſſit Ugolinus in* Theſ. Antiquitat. ſacrarum (*Venet.*, 1747). *In utraque autem editione tam mendoſus textus legitur, ut quædam, aut nullo modo, aut difficillime intelligi poſſint, præſertim quum nullum alium habuerimus codicem manuſcriptum, cuius auxilio pravas lectiones corrigeremus, niſi illum ipſum quem excripſit Ph. Labbe* (*Vaticanus*, 636 a, *m. ſ. XIII*). *Etſi huic breviſſimæ deſcriptioni magnum haud tribuendum ſit momentum, non tamen omnino indigna eſt, quæ intentum habeat lectoris animum.*

Lipſiæ, 1794, II, 775), qui nihil ad ſuam probandam opinionem affert. Nullus certe ex antiquis auctoribus de hoc libello inter ſancti Eucherij opera mentionem facit. (Cf. A. Schottij *Præfat.* ad *Opera* ſ. Eucherij in *Maxima Bibliot. patrum Colonienſi*, t. V, c. 739-740). Sive autem ſit genuina, ſive non, Eucherij epiſtola ad Fauſtinum, certe deſcriptio cum illis congruit, quæ epiſcopi Lugdunenſis tempore de Palæſtina nota erant (*Nota A. Molinier*).

[Codicis *cuiusdam manuscripti, Parisiis asservati* (*Bibliot. Nat., cod. lat.* 13348 (*ol. S. German., n°* 1309 *lat.*), *f.* 64, *membr., VIII sæc.*), *in quo, ut & in Vaticano, Eucherij epistolam continuo sequuntur, nullo titulo, nulla rubrica interposita, fragmenta duo, ex epistola s. Hieronymi ad Dardanum* de Terra repromissionis *& libro Flavij Iosephi*, De Palestinæ descriptione ac situ, *lectiones præcipuas hic in notis apponere placuit. Qui certe fere in omnibus præferendus foret, ut qui perantiquus, item & optimus. Etsi tamen minime spernendæ sint ipsius lectiones, non tamen hoc opusculum rursus impressioni dare utilissimum nobis visum est.*[1] (A. Molinier.)]

V

BREVIARIUS DE HIEROSOLYMA.

Hic tandem habemus antiquissimam urbis Ierusalem descriptionem hucusque ineditam. Quæ descriptio, licet brevis, quum tantummodo intra muros urbis Ierusalem tota scriptoris res agatur, & exceptis quibusdam corruptis locis, claritate tamen & passim novitate commendanda est. Reipsa, si quis eam attente examinaverit, non negare poterit ex ea descriptione præcipuarum ecclesiarum lucidiorem imaginem in animo formari, præsertim quod ad Constantinianam, Golgothanam & S. Sepulchri basilicas *pertinet. Ex eo autem, quod uno tantum manuscripto codice in constituendo textu & ad sensum revocandum usi sumus, in magnum periculum nos incidisse, non dissimulari potest.*

1. Lectiones hæc sunt: P. 51. *Titulus deest.* — Fausto presbytero. — l. 1, Hierusolimitanæ. — l. 2, agnitus erat. — l. 5, non defusione quamquam. — l. 10, aiunt adeunti tibi eam. — P. 52. l. 1, excipit. — l. 2, frequentatur. — l. 14, loca visuntur. — l. 27, tenditur vicina. — l. 29, Betsaida piscina. — l. 32, prærupta rupte. — P. 53, l. 1, expectat intra... in radicibus. — l. 2-4, qui non... decurrens *deest.* — l. 6, quæ vallis. — l. 7, Cedron turrens. — l. 20, æstivum. — l. 22, terræ Iudeæ. — l. 26-28, Iordanis... appellatur *deest.* — l. 29, quorundam. — l. 30, infra meridianam. — l. 31, oppidum possedit. — P. 54, l. 1. terræ Israhel. — l. 2, aquilonale. — l. 3, quippe. — l. 4, continentur. — l. 5, pergentibus, de quo Iordanes Erom a loco nomen sortitus est. — l. 7, Cebron. — l. 8, miliario.

Fatendum quidem fere omnia, quæ in Breviario *inveniuntur, a Theodoſio nobis tradita fuiſſe, qui etiam inſuper multo plura amplectitur. Quodſi quis* Breviarium *cum* Antonino Martyre *comparaverit, mox animadvertet nullam certe inter illos auctores affinitatem eſſe,* Breviarium *autem aliunde (ſi raro in rebus, at certe in verbis) ſæpius hauſtum eſſe. Quod uno tantum exemplo demonſtrari facile erit: Columna, Zione ſita, ad quam Chriſtus flagellandus ligatus eſt, iam apud Hieronymum deſcribitur, in* Breviario *autem & apud Theodoſium (c. VI) additum eſt, ex columnæ amplexu veſtigia manſiſſe; quin etiam apud* Antoninum Martyrem *legimus in ſacrorum veſtigiorum menſura curandi virtutem ineſſe. Quod ad lapidationem ſ. Stephani pertinet, maior adhuc inter hos auctores differentia. In* Breviario *& apud* Theodoſium, *de uno tantum lapide mentio facta eſt, ſuper quo Stephanus lapidatus eſſe dicitur, cum apud Antoninum multi lapides afferantur, quibus ille occiſus fuerit.*

An Breviarius & Theodoſius *communem fontem habeant affirmare vix poſſumus; quidquid autem id eſt, derivatur uterque ſeparatim, haud procul a communi, exceptis tamen illis locis quibus ordo diverſus eſt, ut eo loco ubi apud* Theodoſium *dicitur* S. Sepulcri eccleſiam *ab occidente ad orientem verſam eſſe, cum* Breviarius *ſicut &* Eucherius *eam ab oriente ad occidentem verſam deſcribat. Difficilius adhuc dictu eſt uter prior ſit,* Breviarius *ne an* Theodoſius. *Ego quidem, fortaſſe immerito,* Breviarium *altero eſſe credidi opere antiquiorem; certum quidem eſt utrumque librum ante medium ſæculum ſextum conſcriptum fuiſſe.*

CODICEM *unicum ſecutus ſum, illum videlicet membranaceum, ſæc. IX exaratum, qui in Ambroſiana bibliotheca ſub nº M.* 79, *Sup., Mediolani aſſervatur, a Ludov. Bethmann anno* 1854 *indicatus.* [1]

VI

THEODOSIUS, *DE SITU TERRÆ SANCTÆ.*

Auctoris nomen non eſt, ut equidem prius ſcripſi, Theodorus, ſed ſecundum manuſcriptos illos codices, qui Romæ & Lovanij *aſſer-*

1 Pertz, *Archiv*, XII, p. 611.

vantur, Theodoſius. Illum diaconum aut archidiaconum[1] *fuiſſe ſcimus, amplius autem de eius perſona, vita & patria quidquam colligere nequivimus.*

In præſenti compilatione nobis diſtinguenda eſt pars antiquior ab altera, quæ poſterius operi genuino addita fuiſſe videtur. Quæ prior, quum ſit quam in Sangallenſi ac Pariſienſi codicibus paſſim truncatam reperimus, unius auctoris opus principio ſane fuiſſe potuit. Præcipuæ partis ætatem ad priorem, ut iam dictum eſt, ſexti ſæculi partem refero. Ad hanc opinionem ex eo præſertim ductus ſum, quod in ea de quibuſdam rebus mentio inveniatur, quæ per invaſionem Perſarum & Arabum dominationem poſtea mutatæ ſunt; dein quod mirum in modum cum deſcriptionibus Antonini martyris *(qui ſane recentior eſt) congruat. Cum autem pluries Theodoſius Anaſtaſium imperatorem, qui annis* 491-527, *Antoninus vero Iuſtinianum, qui annis* 527-557 *regnavit, nominent, neceſſe eſt unum & alterum ſatis fidelem utriuſque principis memoriam habuiſſe.*

Si autem eas partes, quæ poſterius additæ, & intra parentheſes (....) *a nobis in hac editione poſitæ ſunt, examinaveris, animadvertes in his — ſi regionis circa Bethleem & Hebron deſcriptionem exceperis, — hiſtorias quaſdam pias, ſanctorum epitaphia, atque iter filiorum Iſrael per deſerta ſolummodo contineri, cuius quidem itineris auctorem fuiſſe Theodoſium nonnulli falſo putaverunt. Procul dubio enim, ut exempla afferam, in XXVII capitulo pars aliqua addita eſt, quum in eo de Pipino I Francorum principe, qui anno* 752 *regnare incepit, agatur. Ex eo autem, quod deinde in cap. XXIX dictum ſit,* Pæneam nunc Belinam *nomen habere, & quod alias Theodoricus declaret:*[2] *« Hæc* (Cæſarea Philippi) *a modernis* Belinas *appellatur, » evidentiſſime patet hæc verba poſt ſacras expeditiones addita fuiſſe.*

Nunc vero ſi deſcriptionem Viæ puerorum Iſrael *attentius*

1 Archidiaconum eum vocant optimus codex operis, cui titulus: *De ſitu Terræ Sanctæ ſecundum Th.* (Cf. p. 81), necnon Gervaſius Tilberienſis (cf. infra p. xxiij). Theodoſij noſtri coævus exſtitit ſ. Theodoſius archimandrita, de quo vide *AA. SS.*, ian. menſ., I, 686, & infra *Indicem* noſtrum *peregrinorum* ad ann. 501-529.

2 Cf. *Libellum de Locis ſanctis*, p. 100.

legerimus, agnoſcemus eam quoddam per ſe ſingulare opus eſſe, quod tantummodo in Londinenſi & Lovanienſi codicibus reperitur, eamque poſterius noſtro operi adiunctam fuiſſe ſuſpicamur. Ego quidem olim huius poſterioris opuſculi ſcripturam temporibus illis, quæ ſacras expeditiones paulo anteceſſerunt, libenter tribuiſſem, ſed diutius meditanti certum viſum eſt, illud circa extremos XII ſæculi annos compoſitum fuiſſe. Inveniuntur quidem iam apud Hieronymum, in 78 Epiſtola *ad Fabiolam,* 42 *illæ* manſiones *Iſraelitarum in deſerto; in illo tamen libello, narrandi ratio longe alia eſt. Frequenter enim ex textu citantur loci quorum quiſque exegetica ratione explicatur; interdum etiam propria nomina explanantur. Secundum autem W. A. Neumannum,*[1] *in duodecimo ſæculo plura ſcripta fuerunt, quæ* manſiones *illas continebant, opera, ſcilicet a* Fretello, *& ab illo anonymo auctore quem Innominatum VI vocavimus. Brevem deſcriptionem huius* Viæ filiorum Iſrael *publici iuris etiam fecit dom. de Voguë.*[2]

Hæc ultima deſcriptio & illa, quam apud Theodoſium invenimus, ab omnibus aliis mihi ſeparanda videntur.

In priore Theodoſij operis parte, haud abſque magna confuſione, omnia exponuntur, ex quo facillime intelligitur, quomodo alia quædam paulatim interpolari a tranſcriptoribus potuerint. Confuſionem illam in prioribus noſtris editionibus obſervare nobis non licuerat; nunc autem ſine periculo poſſumus ordinem quemdam reſtituere, quo adiuvante multa intellectu faciliora evaſerunt. Summa tamen opera curatum eſt, ne quidquam a nobis reciſum e textu deſideraretur.

His uſi ſumus CODICIBUS :

a. *Codex in bibliotheca Sancti Galli, membranaceus,* 732, *a.* 811 *conſcriptus, f.* 98-104; *lacunis plenus iſte codex, ſed antiquitatis cauſa utilis ac precioſus.*

b. *Codex in Muſæo Britann. Cotton. Titus, D. III,* 8°, *f.* 68, *XIII-XIV ſæc. Mendoſus, confuſuſque, nec tamen adeo inutilis.*

c. *Codex in bibliotheca Univerſitatis Lovanij,* 10, *chartaceus, ſæc. XVI (in libro Gervaſij Tilberienſis,* De ociis imperialibus,

1 *Œſterreich. Vierteljahrſchrift für Kath. Theologie,* 7. Jahrgang, 3. Heft.

2 *Les Egliſes de la Terre-Sainte,* p. 417 ſqq.

qui enim Gervasius in opere isto Theodosij libellum inseruit). [1] *Inter se maxime conveniunt Londinensis ac Lovaniensis codices.*

Editiones *hæ sunt:*

a. 1756, *Ensidlæ, Dom. Calmet in suo* Diario Helvetico, *fragmentum quoddam parvum ex codice Sangallensi edidit.*

b. 1865, *Sancti Galli, Tobler (T.),* Theoderici libellus de locis sanctis, 1865, *ex cod. Londinensi.*

c. 1869, *Sancti Galli, Tobler (T.),* Theodori liber de situ Terræ Sanctæ, *inter* Palæstinæ descriptiones, *pp.* 31-42.

[*In hac editione, Theodosium continuo sequitur quoddam brevius opus, cui titulum dedimus:* De situ Terræ Sanctæ secundum Theodosium. *Illud enim opusculum si attentius examinaveris, facillime tibi patebit omnia fere, quæ in eo continentur, e Theodosij scriptis extracta fuisse. Prioris nostræ editionis præcipuus auctor, Titus Tobler, quum in manu duos solummodo codices habuisset (Vaticanum dico* 6018 *&* *Parisiensem* 4808), *hanc novam redactionem parvi fecerat, & textum quemdam maxime corruptum, e ms. Paris. impressioni tradiderat. Sed nobis sedulius quærentibus, mox innotuerunt tres alij codices, quorum duo Romæ, alius vero Parisiis asservabantur. Inde hæc altera & accuratior, quam (pp.* 81-88) *damus, editio. In istis quinque, quibus usi sumus, codicibus, duæ, ut ita dicam, familiæ notandæ sunt; alij enim aliter incipiunt, & in Vaticano* 6018 *ac Parisiensi* 4808, *brevissimum deest procemium, quod exhibent alij tres codices, scilicet Reg.* 554 *&* 630 *& Paris.* 4892. *Cum autem isti tres posteriores codices inter se conveniant, non idem dicere potuimus de Vat.* 6018 *& Paris.* 4808, *qui maxime inter se differunt. Parisiensem codicem, inter omnes pessimum, olim iuris publici fecit d. Anat. de Barthélemy in opere, cui titulus:* Revue Archéologique (1864), pp. 108-112.

1 Leibnitius, *SS. Rerum Brunswicensium,* t. I, p. 948-955. Gervasij operis quædam gallica exstat versio, a Iohanne de Vignay sæc. XIV confecta, & in bibliotheca comitis de Ashburnam (Libri 19, m. s. XIV, in-f.) asservata, quæ verisimiliter Theodosium reddit; eam serius, cum Gervasij locis quibusdam, edemus.

Quin etiam, tres alios & antiquiſſimos codices, procemio equidem carentes, nobis ſerius reperire contigit. Horum priores, unum ſcilicet Monacum (ex abbatia Waſſobrunenſi) miſſum, & in bibliotheca regia eiuſdem urbis hodie ſub n° lat. 22053 *aſſervatum, alterum autem a v. cl. Leop. Deliſle in bibliotheca regia Hagana (n°* 165) *nuperrime repertum, ad calcem huius voluminis iungere placuit.* [1] *Sæculo enim nono ineunte ſcriptus, codex Waſſobrunenſis, cuius, adhuc incogniti, T. Tobler notitiam nullo modo habere potuit, nonnulla ſuppeditat ad textum huiuſce opuſculi conſtituendum, ſcripturæ quidem mendoſiſſimæ, ſed non ideo contemnendus, ut qui regionum ac locorum nomina exactiſſime nobis tranſmiſerit; Haganus autem, ſæculo VIII exaratus, ſine quidem mutilus, nec optimas præbens lectiones, cæteris antiquior eſſe videtur. Uterque ab aliis codicibus in multis, licet parvi pretij, diſcrepat.*

Tertius, recentiſſime nobis a v. cl. Ottone de Heinemann, Guelpherbytanæ bibliothecæ præfecto, indicatus, in eadem bibliotheca (Weiſſemburg 99, *ff.* 144-151) *aſſervatur; cuius codicis, ſæculo octavo in membrana optime ſcripti, præcipuas lectiones, nobis volumine toto iam impreſſo (de quo valde dolemus), miſſas, lector in notis infra reperiet.* [2] (A. Molinier.)]

1 Infra pp. 353-360.

2 P. 81-82, in nomine... habebit *d.* — P. 82, l. 7, habens, porticia, numero *d.* — l. 8, poſticia *d.,* idem. — l. 12, labides, Iordanem. — l. 16, Dei. — l. 19, & *d.*— l. 21, Sebaſtæa. — l. 22, Sebaſtæa, ubi. — l. 23, domnus, paſſus eſt, Cinopoli. — l. 24, Tibiriada, Ihefus *d.* — l. 25, nudis *d.*, Tibiriada ad mare, Magdaline.

P. 83, l. 1, fontanas. — l. 2, Ihefus *d.*, apoſtlos, ibi & ſatiravit. — l. 3, piſcis. — l. 4, fontanas, Capharnau. — l. 5, ubi nati, apoſtli. — l. 7, Phamada, dua loca. — l. 9, Phamada civitate iungit. — l. 10, adpare abinde. — l. 13-14, nam... dicunt *d.* — l. 15, Domni, eletrina. — l. 16, caput, Libarius. — l. 17, Buzin uſqui. — l. 18, Bizina, in *d.*, Eleutropori. — l. 19, locum ubi iacet. — l. 20, item *d.* — l. 22, Gaza; de Araſia uſqui. — l. 23, Oliferni.

P. 84, l. 2, uſqui Inmau, miliaria v, qua. — l. 3, autem *d.*, Inmau, Cleopas, confractione.—l. 4, & ibi, protulit, Dioſpoli. — l. 5, paſſus. — l. 6, & *d.* — l. 7, ſanctam Tabitam. — l. 8, ibi cœtus. — l. 9, ſancto. — l. 10, centurio *d.*, beato *d.*, apoſtolo *d.*, cepit. — l. 11, in Ceſaria. — l. 12, de Diocefarea... v *d.*, de Ceſaria. — l. 13, uſqui in Sicetaburi. — l. 16, ad piſcinam *d.*, domnus Philippu. — l. 17, inde uſqui in illicem, app. Iereuetitu. — l. 18, tereuetitu, ubi *d.* — l. 19, *d. integra.*

VII

ANTONINI MARTYRIS *PERAMBULATIO LOCORUM SANCTORUM.*

De ipſo Antonino nihil fere aliud novimus, niſi quod Placentiæ, Italiæ civitate, natus fuerit; cognomen autem Martyris non eccle-

— l. 20, ſunt *d.*; ubi ... David *d.* — l. 23, propheta *d.* — l. 24, habitabit, ſancti *d.* — l. 27, profeta. — l. 28, ſunt *d.*, ſuſcitavit. — l. 30, noſter... Chriſtus *d.*

P. 85, l. 6, altarium. — l. 7, collatur ibi, noſter *d.* — l. 8, paſſus numero, tectæ ſunt totum eum. — l. 9, paſſus numero. — l. 10, Golgotha eclifia. — l. 12, ipſam ſanctam *d.* — l. 15, eclifia, ſunt inter. — l. 17, iuxta ſe. — l. 21, vel digita. — l. 22, facies eius. — l. 24, Stefanus. — l. 25, Theudoſi. — l. 26, locum, profeta. — l. 27, murus. — l. 28, piſcina Probatici. — l. 29, noſter Iheſus *d.* — l. 30, item in Probatica. — l. 31, eclefia domne. — l. 32, qui *d.*, aſcenſu. — l. 33, pro pinna, iactatus, ei *d.*

P. 86, l. 1, occidit, montem. — l. 3 & 4. Iacob. — l. 5, fabricaverat, recondedit. — l. 7, ibi. — l. 8, ſancte *d.* — l. 9, cum eis *d.*, ibi. — l. 10, apoſtlis recumbebat. — l. 12, carnis. — l. 13, ſuis *d.*, diſcendent. — l. 15, monaſterius. l. 17, uſquedum vivit. — l. 19, hoc, aperiuntur. — l. 20, deponitur, aqua vero. — l. 21, de ciſterna auriuntur. — l. 22-23 *deſunt.* — l. 24, domnus Clemens. — l. 25, in mari paſſus eſt. — l. 26, cui & anchora ad collum legata, eius ſacerdotes &. — l. 27, omnes populos per barcas veniunt. — l. 28, recedit maris per milia ſex, ſuper extenditur tentorius. — l. 29, altare, miſſas. — l. 30, expelluntur.

P. 87, l. 1, quis vero devexatiens. — l. 3, item de, domnus Andreas. — l. 5, Mermidona. — l. 7-8, ſedeant per peregrinos ſuſcipiendos, inde iam eſt Armenia. — l. 9, Memfis. — l. 11, Wandalorum. — l. 13, Ceſaria. — l. 15, Sebaſtia. — l. 18, Galacia, Deudorus. — l. 19, in provincia Galacia, Ploton. — l. 21, montes, Eufrates. — l. 22, inrigat. — l. 25, in celis *d.* — l. 28, ſuper, recumbebat. — l. 29, irrigat de fontana Heliſei. — l. 30, aguſto medio ipſo agro. — l. 32, medietas cum illuc rectum fuerit aratur &.

P. 88, l. 1, quem. — l. 2, & exinde *d.* — l. 3, tranſmittitur.... tempore *d.* — l. 5, procuſſit. — l. 7, aquas calidas. — l. 8, leproſi mundantur. — l. 9, locum, marmoria. — l. 14, anno, per. — l. 15, uſque *d.* — l. 16, Tabur. — l. 18, fontem illum. — l. 21, Maris Mortius. — l. 22, Sodome & Gomurra, alias tres. — l. 23, mortuo. — l. 25, ſe minuet luna, minuet ipſa. — l. 28, molle *d.* — l. 29, alia *d.* — l. 34, monticellos ſunt multos. — l. 35, diſcendit, ipſe.

ſiaſtico ſenſu intelligendum eſſe videtur, ſed inde additum quia in itinere ſuo multa adverſa perpeſſus fuerit. 1

Peregrinatio vero inter cæteras inſignis, quæ in ſuo ampliori circuitu a paucis exploratas terras amplectitur. Antoninus quippe non Syriam tantum & Palæſtinam, ſed & montem Sinaï ac Meſopotamiam perluſtravit. Quum multa autem non immerito in eius relatione reperire ſperare nobis licitum fuiſſet, pauca tamen ille libellus nobis ſuppeditavit. Attamen illa, etſi nimium rara ſint, quæ fruſtra alias requireres, nobis ſatis pretioſa videbuntur.

Anno equidem 1863 *Antonini operis editionem dedi novam, ad quam ſcilicet condendam tribus manuſcriptis codicibus uſus ſum: in præſenti accuratiori editione aliqua in melius mutata invenies, quæ tamen non maximi ſunt momenti, etſi plures manuſcriptos codices, Bruxellenſem, Monacenſem, Pariſienſem, Londinenſem, Caduinenſem & Berolinenſem, in manibus habuerim. Pariſienſis* Antoninus *ſic incipit*: « De locis ſanctis, quos perambulavit beatus « Antoninus Martyr, » *in quo quidem codice Antoninum continuo ſequitur Bedæ libellus. Londinenſis autem:* « Antonini Placen- « tini, Martyris, ſive cuiuſcunque ſit, Itinerarium de locis « Terre Sancte. » *Uterque codex, quum poſt publicatam editionem meam in manus venerit, pauca utilia præbuit, cuius varias*

P. 88*, l. 1, Sarapta, Suria. — l. 4, ipſa eſt metr. — l. 6, ſuſcitavit, prophete *d.* — l. 7, mulieres, tantummodo. — l. 8, ſecunda morte. — l. 10, ſancti Lazari, paſcha dominico. — l. 11, populos convenet. — l. 12, civitates xiij. — l. 14, Filadelfia, Gerana. — l. 15, Aritoliada. — l. 16, dicitur *d.*, Chanæ. — l. 17, Suria. — l. 18, que Armenias. — l. 19, Aſia, ibi. — l. 20, catolus, Viricanis. — l. 21, Stefanus. — l. 22, latini. — l. 23, diſcipolus domni. — l. 24, Sina infra civitatem. — l. 25, in Heluzath, de Eluzat ſimilas. — l. 27, compenzaria tenire. — l. 28, heremo. — l. 29, propoſitus. — l. 30, propoſitus, imperatoribus *d.* — l. 31, de capite eorum conſervabat, ipſe.... caſtigabat *d.*

P. 88**, l. 1, domna, Bethlem. — l. 2, ſedet ſuper. — l. 4, ut dum, porta, Stefani. — l. 5, unus. — l. 6, iogus bovum. — l. 7, movere *d.*, in antea accidere, revocata, altaris. — l. 9, Orbicius. — l. 11, eum ſepulchris foras. — l. 13, propter. *Cætera deſunt, uno folio in codice ablato.*

1 Quinetiam cognomen illud acceſſiſſe poteſt peregrino noſtro, propter quemdam ſcribarum errorem, qui ipſum eumdem ac martyrem Antoninum, cuius memoria Placentiæ colitur, eſſe opinati fuerint.

lectiones plerasque in notis adiunxi. Monacense autem fragmentum, quum antiquum sit, magno adminiculo nobis esse debuisset; sed res aliter vertit, multa enim in eo & in Andegavensi editione similia. Quinetiam fere semper Bruxellensis codex editioque Bollandistarum inter se congruunt. Licet in illo Itinerario *quædam restitui facile possint, in multis tamen locis quædam inveniuntur manifeste mendosa, ut in c. VII :* « Gadara que & Gabaon vocatur, » *in c. XXV :* « Diospolim civitatem, que antiquitus dicebatur « Azotus. » *Alibi autem animadvertes res mirum in modum confundi; & ut exemplum apponam, in c. VI post hæc verba :* « De « Tabor venimus » *sequentia verba addidi:* « Ad mare Tibe- « riadis » *quæ in VII cap. inveneram. In c. XXXI sunt etiam plura meliori disponenda ordine, quod quidem præsertim defunctus professor Tuch manifestum fecerat in sua eruditissima dissertatione.*[1] *In eodem capitulo expunxi, postquam de longo locorum intervallo certior factus fueram,* Gelboe *post* montem, *ita ut ad finem capituli non* « in ipsis montibus, » *sed* (2 *Reg.* I, 21) « in montibus Gelboe nunquam pluit & *cætera* » *legendum sit.*

Quod autem Antonini peregrinationis duæ sint distinguendæ retractationes, hoc nullo modo mihi adprobatum videtur, quippe qui Caduinensem codicem, qui alteram ex istis duabus recensionibus servavit, attente perlegerim, nec in eo nihil aliud quam genuini operis quamdam epitomen repererim. Unus tantummodo codex, scilicet Sangallensis, qui quidem archetypo omnibus aliis propinquior est, ab aliis magnopere inter se similibus discernendus est. Ille igitur maximi pretij est, quum ex eius auctoritate usque ad Nazareth ordinem restituere mihi licuerit, nec illud desiderari satis potest, irritis omnibus ad inveniendos ignotos codices conatibus, quod archetypon vel saltem eius fidelissimam transcriptionem, qua adiuvante, futuri editores certiora fundamenta instaurarent & lucem longius proferrent, nemini reperire contigerit. Sangallensis autem codex non solum ideo perutilis, sed etiam in multis locis meliorem textum & additiones plurimas præbet. Ex aliis vero codicibus ea quæ addi possent, minoris sunt momenti, quippe quæ facile a scribis interpolata esse potuerint.

1 F. Tuch, *Antoninus martyr, seine Zeit und seine Pilgerfahrt nach dem Morgenlande.* Leipzig, 1864, 4°.

Quo vero facilius textus noſter cum vulgari conferri poſſet, id utile fore putavi, ſi Antonini peregrinationis breviorem recenſionem ad meæ editionis calcem adderem. In hoc itaque volumine poſt integriorem operis redactionem, Vaticanam verſionem invenies.

Quinetiam, nobis tandem in recentiſſimis temporibus contigit mutilatum Caduini codicem, qui quidem ulterioris ætatis, ſæculi ſcilicet XII vel XIII[1] *eſt, in manibus habere. Illum ergo totum inſeruimus, qui præcedentem textum de verbo ad verbum ſequitur. Quamvis autem de illo multa ſperaverint illi, qui me præceſſerint, editores, fatendum eſt illum perparvi momenti eſſe atque ad textum nullum pene ſubſidium afferre. Eadem in eo, ut in pleriſque aliis codicibus, confuſio; & in eo verba ultima ab* Acciphen *uſque ad finem deſunt. Poſtquam ergo tot manuſcriptos codices inſpexerim, vix mihi fieri poſſe videtur, ut archetypon inſtauretur; hoc autem nos conſolari poteſt, quod longi laboris gratia textum in multis locis emendatum ad lucem proferre nobis contigerit.*

[*Impreſſione iam abſoluta, tres novi & uſque hodie ignoti in manus venerunt codices, qui eamdem ac Vaticanus continebant retractationem, e quibus textum meliorem, ut nobis viſum eſt, contexuimus. Quorum primus Pariſiis, alij vero Placentiæ reperti ſunt. Textum, quem nobis illi quatuor codices, Vaticanum dico alioſque, ſuppeditaverunt, ad calcem voluminis retulimus,*[2] *quem dignum eſſe credimus, qui ab omnibus vere eruditis viris attente perlegatur. Quippe enim in hac breviori itineris Antoniniani relatione multa intellectu faciliora leguntur, & regionum ac villarum nomina rectius tranſcripta nobis viſa ſunt. Pariſienſis autem ac recentior Placentinus codex inter ſe magis conveniunt; Placentinum alterum ac Vaticanum ex eodem archetypo tranſcriptos eſſe credimus.*

Huic novæ ſcriptioni, quam in appendice iuris publici fecimus, antiquam Gallicam verſionem addere placuit. Quæ, etſi parvi commodi ad textum latinum conſtituendum, non abſque pretio eſt quoad verba & linguam. Verſionis iſtius auctor penitus ignoratur; cum autem codex gall. 1038 *Bibliot. Nat. Pariſ., in quo cum*

1 Nec XV ſæculi, ut typographico quodam errore pag. 90 impreſſum extitit.

2 PP. 360-382.

plurium Patrum vitarum tranſlatione continetur opus illud, Blanchæ comitiſſæ Campaniæ circa annum 1220 *dicatus fuerit, hanc verſionem in Campania circa hoc tempus redactam fuiſſe arbitramur. Qui tamen codex non genuinus ipſe eſt, ſed exemplar quoddam, anno circiter* 1250 *exaratum, idque nonnullis picturis ornatum. Cuius tranſlationis auctor manuſcripto codice, in multis cum codice Vaticano conveniente, uſus eſt, aliqua etiam, eaque non magni momenti latinæ addidit verſioni.* — Addit. A. Molinier.]

Codices *iſti ſunt, quos in manu habuimus:*

a. *Sancti Galli,* 133, *ſæc. IX; antiquus quidem, nec inutilis.*

b. *Bernæ,* 582, *ſæc. IX vel X; nonnulla deſunt capitula, ad finem aliqua deſiderantur.*

c. *Bruxellis,* 2922, *ſæc. IX; minimi pretij codex iſte.*

d. *Pariſ., Bibl. nat., lat.* 12277, *ſæc. XI; olim Sancti Germani a Pratis, peroptimus.*

e. *Pariſ., lat.* 2335, *olim Colbertinus, ſæcul. XII.*

f. *Londini, Britann. Muſ. Add. mſſ.* 15219, *ſæc. XII.*

g. *Romæ, Vatican.* 636 A, *ſæc. XIII.*

h. *Vindobonæ, Bibliot. Cæſar. Palat.* 2432, *ſæcul. XII-XIII; in multis locis abreviatus.*

i. *Berolini, lat.* 32, *ſæc. XV, minimi pretij.*

j. *Monaci, Bibl. Reg.* 19149, *ſæc. X. Capitula XXXV-XLIII præſentis noſtræ editionis continet.*

k. *Caduinenſis olim abbatiæ, nunc Petragorici (Bibl. epiſcopi), XII-XIII ſæc. Nova quædam ac breviſſima recenſio.*

l. *Pariſ., lat.* 4847 (*olim Colbertinus*), *ſæc. XIV.*

m. *Placentiæ, Archiv. S. Antonini, cca. an.* 1360 *conſcriptus.*

n. *Placentiæ, Bibl. commun., Palaſtrelli,* 139, *ch. ſæc. XVI.*

Editiones:

A. 1640, *Iuliomagi Andium* (Angers), 4°; *in qua editione cod. SS. Sergij & Bacchi prope Andegavos, necnon Thuano, hodie deperditis, uſus eſt editor anonymus.*

A. 1680, *in Actis SS. Boll. maij tom. II, pp. x-xviij, Bollandiſtæ in manu habuerunt quemdam codicem, tunc in S. Martini Tornacenſis bibliotheca aſſervatum, quem Bruxellenſem ſuperius indicatum eſſe valde ſuſpicor.*

A. 1747, *in* Antiquitatum facrarum thefauro *Bl. Ugolini, t. VII, col.* 1207-1224. *Editionis quæ fupra immediate reimpreffio.*

A. 1849, *in Migne* Patrologiæ latinæ curfu, *t. LXXII, c.* 898 *& feq., in qua Bollandiftarum editionem reimpreffam reperies.*

A. 1863, *Sancti Galli, cum notis variis ac lectionibus, auctore T. Tobler.*

VIII

ARCULFUS, *RELATIO DE LOCIS SANCTIS.*

Sexto fæculo, triginta circiter annis poft Ierufalem ab Omer Ibn-el-Chatâb expugnatam, anno 670, *peregrinationem invenimus præcipuo ftudio dignam, eam dico quam fufcepit Arculfus, Gallicus epifcopus, quem voluerunt aliqui Petragoricenfem antiftitem fuiffe.*[1] *Qui enim non curfu rapido Palæftinam perluftrarit, imo autem in quibufdam locis diu manferit, & exempli gratia, Ierofolymæ novem menfibus. Quinetiam ipfi contigit, ut a quodam heremita, nomine Petro, qui quidem e Burgundia oriundus, diutius in Terra Sancta vixerat, duceretur (lib. II, c. XXIV-XXV). Id autem minus profpere, quod ea quæ vidit & expertus eft, ipfe non fcripfit. Dum enim in patriam rediens navigaret, a tempeftate ad infulam Ionam, haud longe a Scotico littore fitam, pulfus eft, ubi ab abbate Hienfi, Adamnano, fufceptus, ipfi fanctam hanc peregrinationem narravit, ut fcriptis mandaretur, atque infuper cereis fuis tabellis* Sepulcri, Zionis & Afcenfionis *ecclefiarum, ficut ædis fuper* Iacobi Sichem *ædificatæ, lineares picturas tradidit. Quamvis haud dubium fit abbatem Adamnanum, cuius fcribendi ratio fane laude digna eft, audita vel dictata fideliter tranfcripfiffe,*[2] *attamen in eius expofitione tautologias parum quidem laudandas reperies. Verifimillime autem eft principio Adamnani fcripturam*

1 Vicomte Alexis de Gourgues, *Le Saint-Suaire.* Périgueux, 1868, p. 16.

2 Librum fuum Alfrido, regi Northumbrorum, obtulit ipfe Adamnanus. Cf. Bedæ *Hiftor. ecclefiafticam Anglorum*, l. V, c. 15 (Migne, *Patrol. lat.*, XCV, c. 254). Cf. etiam Anonymum Mellicenfem (*Ibid.*, CCXIII, c. 969), qui Bedæ verba repetit.

paulo ſimpliciorem fuiſſe, quum iam maiorem ſimplicitatem in antiquis manuſcriptis & in ipſo recentiori Sangallenſi codice animadvertamus. Non idcirco dubitandum eſt, quin diverſi ſcribæ, qui latinam linguam intelligebant, non genuinum tranſcripſerint opus, ſed ſtylum in melius, ut ſibi videbatur, mutare tentaverint. Itaque ſæpius immutata aut ſynonyma addita verba inveniet lector, qui hanc editionem attente examinaverit.

Nec inutile fore puto, ſi requiram quæ fuerit Adamnani ipſius in opere propria pars. Non ſolum enim Arculfi narrationem ſcripſit, ſed etiam paſſim aliqua inſeruit, quæ a peregrinatore non acceperat. Nemo enim negabit in XXV capitulo primi libri longe maiorem partem, ſicut multa in III, XIV, XVIII, atque in XXIII eiuſdem libri capitulo ea quæ ad veſtigia Domini pertinent ab Adamnano addita fuiſſe. Ipſe etiam fatetur in ſecundo libro, c. XVIII, pauca illa, quæ de Iordane & de lacu Genezareth narrat, partim e tertio libro captivitatis Iudæorum, partim ex Arculfi expoſitione excerpſiſſe. Mentio una Onomaſtici (Locorum liber) *in capitulo* de ſepulchro Rachel (*l. II, c. VII*), *inſertus locus ex Hieronymi* Commentariis *in l. II, c. XXVII, multaque alia ſunt ab Adamnano addita, cuius etiam Epilogum eſſe ſuſpicamur.*

Ex illis codd., quorum ſeriem inferius exhibebimus, maximi pretij ſunt antiquiſſimi, iidemque ex nono ſæculo: codd. Cottonianus in Britannico Muſæo, Bruxellenſis, Bernenſiſque; Pariſienſi autem codice 13048 *multo minus uti potui; aliud vero malum quod iſti quattuor antiquiſſimi codices manci hodie ſunt. Et, ut uno exemplo utar, codex* 13048 *primum his verbis incipit: « Lancea « militis .... » Cæterum fuit ipſe Sangallenſis codex, quanquam tribus ſæculis recentior, interdum utilis. Multo minoris pretij ſunt Vaticanus & ille qui in bibliotheca reginæ Chriſtinæ Romæ aſſervatur. Codicum auxilio ſæpius textum in melius mutare potuimus, nonnunquam etiam & graviſſimas emendationes afferre. Quum autem multum de Caduinenſi codice, teſte d. Martiale Delpit,* [1] *qui ſolus hunc uſque viderat, ſperaretur, adventus me fefellit; in illo enim totus tertius liber prætermiſſus fuit. Ad textum igitur critice conſtituendum parum utilis codex ille. Quum autem ſit ipſe multo recentior epitome, & in aliqua etiam parte nova quedam, ut ita dicam,*

1 *Anciens pèlerinages à Jéruſalem.* P., 1870, p. xij.

redactio, bonum visum est, eumdem, propter notam quæ in huius margine posita est,[1] *recensito textui adiungere, ita ut studiosis viris opinionem per se sibi facere liceret.*

[*Optimos denique Vindobonensis Bibliothecæ codices serius repertos, necnon quædam fragmenta in duobus codicibus, quorum unus Monaci in Bavaria, alter Lauduni in Francia asservatur, præcipuis eorum lectionibus excerptis, ad finem huius voluminis retulimus. Titus Tobler codicum istorum haudquaquam ignarus erat, quippe qui Vindobonensem & Tegernensem in manibus habuerit: cur istis, etsi optimis, uti noluerit, plane nescimus.* — A. Molinier.]

Cæterum in impressis codicibus nonnulla utilia reperimus, plura quidem in editione principe Gretseri, pauciora in editione Mabillonis, qui mss. codd. Vaticano & Corbeiensi usus est.

Arculfi (sive Adamnani) divisio in capitula nullo modo respondet divisioni a Beda instituta, quam nos in hoc textu conferendo adhibere debuimus; utrumque opus attente perlegenti, hoc evidentius patebit. In Arculfo divisio sive capitulatio paululum diversa est; tituli etiam in utroque non omnino similes sunt. Illi autem capitulorum tituli in antiquissimis codd. reperiuntur: in nonnullis tantummodo cuique libro præfixi sunt. In aliis vero & hic & in textu ante quodque capitulum transcripta sunt. In primo etiam libro XVII & XVIII capitula, ut apud Bedam, in unum coniuncta sunt: præterea locum, sicut ipse fecit d. Delpit, ex lib. I, c. III: « In eadem vero ecclesia ..... sacrosancta mysteria » *logicæ relationis gratia sexto capitulo adiunximus.*

Arculfi codd. quidam figuras continent, in quibus ecclesiarum Hierosolymæ formam depinxit auctor. Quas in hac præsenti editione integras non dare placuit, hodie diagrammata tantummodo in textu inserere sat habuimus; quæ enim serius in Iconographia Orientis latini *exactius referentur.*

Quamvis a multis usque ad hanc diem manuscripti codices collati sint, nihilominus manifestum omnibus erit novam istam editionem maxime utilem fore.

1 Quod quidem documentum etiam impressit de Gourgues, *Op. cit.*, p. 211.

CODICES *manuſcriptos, qui ſequuntur, in manu habuimus:*

a. *Londini, Muſ. Britann. Cotton. Tib. D. V, ſæc. VIII-IX; in quo nullæ figuræ exſtant.*

b. *Bruxell.*, 2921, *ſæc. IX; figuræ deſunt.*

c. *Bern.*, 582, *ſæc. IX, cum figuris.*

d. *Pariſ. Nat. Bibliot.* 13048 (*ol. Sangermanus* 844), *ſæc. IX; cum figuris.*

e. *Pariſ. lat.* 12943 (*ol. Sangermanus* 593[2]), *ſæc. XI; abſque figuris.*

f. *Sancti Galli*, 320, *ſæc. XII.*

g. *Caduinenſis olim abbatiae ſæc. XII, cum figuris.*

h. *Romæ, Vatican.* 636 A, *ſæc. XIII.*

i. *Romæ, Regin.* 618, *ſæc. XV.*

j. *Vindobonæ, Bibl. Cæſar. Palat., lat.* 609, *ſæc. XIII, mutilus; cum figuris.*

k. *Vindobonæ, ibid., lat.* 458, *ſæc. X.*

l. *Lauduni, Bibliot. munic., n.* 92, *ſæc. IX, fragm. breviſſimum.*

m. *Monaci, Bibliot. reg.* (*olim Tegernenſis cænobij*), *lat.* 19150, *ſæc. X, fragment. breviſſimum; cum figuris.*

Omnes illi membranacei, præter Reginæ Chriſtinæ codicem, qui chartaceus.

EDITIONES *autem, quæ præſentem noſtram anteceſſerunt, hæ ſunt:*

a. *A.* 1619, *Ingolſtadij*, 4°, *curante Gretſero qui codice hodie deperdito, uſus eſt; cuius lectiones ipſi tranſmiſerat Herbertus Roſweidus.*

b. *A.* 1672, *in Mabillonis* Actis SS. ord. S. Benedicti, *ſæc. III, part.* 2, *p.* 501-522, *ex mſſ. codd. Corbeienſi & Vaticano.*

c. *A.* 1734, *inter Opera completa Iacobi Gretſeri, in altera editione Ratiſbonæ data.*

d. *A.* 1850, *in d. Migne* Patrologiæ latinæ curſu, *LXXXIII, c.* 779 *& ſeqq. Mabillonianæ editionis reimpreſſio.*

e. *A.* 1870, *in libro d. Delpit, cui titulus:* Eſſai ſur les anciens pèlerinages à Jéruſalem, *Paris*, 8°, *p.* 305-361. *Textum Mabillonis repetit novus ille editor, lectionibus quibuſdam e noſtris codd.* c, d, f, g, *adiectis.*

IX

BEDA VENERABILIS *DE LOCIS SANCTIS.*

Venerabilis Beda ſive Bæda, quem Anglo-Saxonem fuiſſe ſcimus, unus ex ſapientiſſimis doctiſſimiſque ſuæ ætatis monachis, ſeptimo octavoque ſæculis vixiſſe creditur, qui quidem ornatiſſimo in multiſque doctrinis verſato ingenio præſtantiſſimus fuit. Quem, quum diverſis ſcientiæ partibus ſuam dediſſet operam, quantæ ſit utilitatis biblica geographia non poterat latere.[1] *Itaque libellum conſcripſit de Terra Sancta, quem longe lateque diffuſum, iam apud Bernardum monachum (c. XI) laudatum reperimus, hodie etiam hiſtoricis ſcriptoribus probatum videmus; attamen hiſce noviſſimis temporibus non obtinuit illud opus laudem, qua dignum eſſet, quod multi falſo crediderunt ipſum nihil aliud eſſe quam Arculfianæ peregrinationis epitome & immerito pro archetypo habitum fuiſſe. In hoc maxime erratum fuit, nec me ipſum non omnino quondam a tali errore exemptum fuiſſe fatebor. Beda enim non ſolum Arculfi epitomen dedit, ſed etiam notabilia multa addidit, quæ in Arculfo aut Adamnano fruſtra requiras, multaque ex aliis ſcriptis adiecit, quæ non parvi nobis pretij ſunt. Necnon & ipſe in titulo dicit* Libellum *a ſe e priſcorum ſcriptis compoſitum fuiſſe, atque in clauſula ſibi* maxime *Gallici epiſcopi, a ſacerdote Adamnano conſcriptum, opus ducem atque auſpicem habuiſſe, ſe autem nihilominus excerptos ex hoc opere locos cum priorum libris contuliſſe. Exempli enim gratia, quæ in Arculfo deſunt animadvertit, & præſertim in eo loco, quo de lacu* Betheſda, *de fonte* Siloa, *de eccleſia* Zione *ſita (c. III) & de* Mortuo Mari *(c. XII) tractavit.*

Quinam ſunt ergo illi auctores, quos Beda in manibus habuit? In primis quidem Flavius Ioſephus, a quo multa de magna Iordanis valle accepit. Memorat Beda ſecundum Ioſephum (Bell. Iud., *l. IV, c. VIII,* 2) *vicum* Ginnabrem (*mſſ. & ed. Genna-*

1 Bedæ *Expoſitionem de nominibus urbium in Actibus apoſtolorum* (Opp., V, 666), ſicut d. Hieronymi libellum *De XLII manſionibus* in noſtra præſenti collectione admittendam non cenſuimus, utpote ad theologiam magis quam ad geographiam pertinentem.

bara, *Gennariari*, *Narriari*). *Multa etiam mutuatus eſt a quodam Eucherij anteceſſore aut ab ipſo Eucherio; capitula enim I*, *II & III* Libelli de locis ſanctis *cum Eucherij capitulis I-VIII in nonnullis congruunt. Ab eo autem nil ultra mutuatus eſſe videtur*, *nil etiam ex Euſebij* Onomaſtico & *Hieronymi* deſcriptione peregrinationis ſanctæ Paulæ, *neque e Theodoſij* Breviario *aut* Antonino Martyre *videtur traxiſſe. Citat etiam Guillelmus Malmeſberienſis* [1] *Ioſephum*, *Eucherium & Bedam in uno eodemque loco*, *ex quo ſatis patet primos duos*, *ut præcipuos ea ætate ductores*, *habitos fuiſſe.* [2]

Mirari licet, *quod præſtantiſſimæ illius compilationis textus uſque ad hunc diem adeo ſqualidus evaſerit. Manuſcripti ſcilicet codices nondum ſatis attente ab editoribus inſpecti ſunt. Nos contra*, *ſicut ex indice noſtro patebit*, *multis in præſenti editione ornanda manuſcriptis codicibus uſi ſumus. Qui primus inſcribitur Monacenſis codex*, *etiamſi nulla alia cauſa pretioſus eſſet*, *antiquitate tamen commendandus. Codicem tamen illum non ex omni parte perfectum dicere poſſumus*, *quum profecto in eo plures lacunas verborumque tranſpoſitiones animadverterimus. In altero Monacenſi codice tantummodo initium opuſculi habemus. Wirtzburgenſis codex*, *qui quidem pulchra manu & attentis oculis conſcriptus eſt*, *totum Bedam non continet*, *ſed tantum excerpta aliqua*, *ſcilicet nonnulla quædam ex capitulis VII*, *VIII & IX.* [3]

Iam in antiquo Monacenſi codice dividitur textus in capitula, *quibus ſingulis rubricæ præpoſitæ ſunt*, *editio autem d.* F. Michel, *quæ manuſcriptum codicem Britannici Muſæi ſecuta eſt*, *iiſdem rubricis caret. Cæterum capitulorum numerus in diverſis mſſ. aliquantulum differt. Ego autem*, *a quarto ſaltem capitulo*, *Baſileenſem editionem ſecutus ſum*, *ita ut cum vigeſimo capitulo ad finem*, *in qua de Conſtantinopoli agitur*, *perveniatur; denique XXI° capitulo*

1 *De geſtis regum Anglorum*, Francofurti, 1601, p. 140.

2 In manuſcripto codice Pariſ. 2321, in initio capituli II, in margine rubris litteris eadem manu ſcripta hæc verba legimus: . . . . « Eucherio, Arcules, Arculfus. »

3 Eadem fragmenta Beda ſuæ *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Anglorum*, l. V, c. 16-17 (Migne, *Pat. lat.*, XCV, c. 254-258) inſeruit. Cuius Bedæ verba repetit Anonymus Mellicenſis, qui XII° ſæculo ſcripſit (cf. *ibid.*, CCXIII, c. 968-971). *Vide ſupra*, p. xxxj.

concluditur opus, id eſt epilogo qui in tribus iam prediƈtis editionibus Procemium, *apud Giles autem* concluſio *dicitur; in Monacenſi autem codice hoc verbum deeſt. Nullomodo autem hoc capitulum* Procemium *dici poſſet, quum profeƈto ſummam totius operis contineat; at in Gretſeriana editione* Perorationem *reƈte legimus. Nihilominus Monacenſis, Pariſienſium* 2321 *&* 12277, *ſicut & Oxonienſis codicum, exemplum ſequi malui, qui præpoſitis verſibus* « Deſcripſi breviter » *poetico modo præfationem abſentem expleverunt.*

In codicibus impreſſiſque libris ſit de quibuſdam figuris mentio; nempe in antiquo Monacenſi codice unam eccleſiæ Zionæ *ſitæ figuram reperimus; in Pariſienſi contra* 2321 *quattuor eccleſias graphice deſcriptas habemus; figuræ autem illæ ita negligenter delineatæ ſunt, ut ipſis neque in Beda, neque in Arculfo edendo uti potuerimus. Figuras etiam in textu inſerere ſupervacuum nobis viſum eſt, quum iam in Arculfi libello eas dederimus.*

Codices *manuſcripti, quibus editor uſus eſt, hi ſunt:*

a. *Monaci, Bibl. regia,* 6489, *ſæc. IX.*

b. *Wirziburgi, Bibl. univerſitatis, Mſ. th., IX.*

c. *Mediolani, Bibl. Ambroſiana, ſæc. X.*

d. *Pariſiis, Bibl. Nation., lat.* 2321, *ſæc. X.*

e. *Monaci, Bibl. reg.* 13002, *ſæc. XII.*

f. *Pariſiis, Bibl. Nat., lat.* 14797, *ſæc. XII.*

g. *Londini, Britannic. Muſ., Cotton. Fauſtina A, VII, ſæc. XII-XIII.*

h. *Oxoniæ, Bibl. collegij Lincolnienſis,* 96, *ſæc. XIII.*

i. *Pariſiis, Biblioth. Nat., lat.* 12277, *ſæc. XII.*

Permulti etiam in bibliothecis latent codices, qui forſan numerum centum excedunt, quorum iſtos hic memorare placuit:

j. *Bruxell., Bibl. duc. Burgundiæ, n.* 8658, *ſæc. IX.*

k. *Brugis, Bibl. munic., n.* 77, *ſæc. XIII.*

l. *Londini, Britann. Muſ. Add.* 15219, *ſæc. XII, olim S. Martini Tornacenſis.*

m. *Mettis, Bibl. munic., n.* 349, *ſæc. X; olim S. Arculphi.*

n. *Carolivillæ, Bibl. munic., n.* 190, *ſæc. XII.*

o. *Ibid., ibid., n.* 275, *ſæc. XIII.*

p. *Dublinij, Trinitatis collegio, E* 62, *ſæc. XIII.*
q. *Cantabrigiæ, Caïus* 225, *ſæc. XII.*
r. *Valencianis, Bibl. munic., n.* 45, *ſæc. XII.*

In illis qui ſequuntur codicibus tantummodo Libelli *fragmenta aſſervantur.*

s. *Lauduni, Bibl. munic., n.* 92, *ſæc. IX.*
t. *Lat.* 14797, *ſæc. XI.*
u. *Londini, Britann. Muſ., Add.* 22635, *ſæc. XIV.*
v. *Avinione, Muſ. Calvet, ſæc. XV.*

Editione principe, quæ anno 1521 *publicata eſt, & editione anni* 1544 *uti nequivimus, quod primus tomus editionum illarum nec* Pariſiis, *nec* Londini, *nec* Oxoniæ *neque etiam* Monaci *repertus eſt, nec veriſimiliter unquam publici iuris factus eſt.*

Editiones *cæteræ, quibus uſi ſumus, ſex ſunt :*

a. Baſileæ, *inter Bedæ opera omnia, anno* 1563.

b. Coloniæ, *anno* 1612*; in qua textum minime emendatum reperimus.*

c. 1619 & 1734, Iacobi Gretſeri *editio* (*inter Bedæ opp. omnia,* 412, 239). *Quod ad* Gretſeri *editiones pertinet, earum prototypum* Baſileenſem *editionem fuiſſe credimus, quin etiam Gretſerus Arculfi ſimul ac Bedæ libellos typographis tradidit, & ita parum diſtincta, ut difficile ſit Bedæ verba ab Arculfi narratione ſeparare. Qui vero novæ anni* 1734 *editioni curam dederunt, in hoc erraſſe Gretſerum ſentientes, uno Bedam, altero caractere Arculfum impreſſerunt. Nec tamen hoc mihi ſufficere videtur. Lector enim, qui non critico modo procedere, ſed facile ſingulos auctores legere cupit, hac inaudita diſpoſitione continuo turbatur. Itaque* Bedam *poſt* Arculfum *dare ſtatui, & diſſimiles locos italicis litteris notare ; in cuiuſque etiam capituli ſummario lectorem ad Arculfi locos eodem pertinentes remitto.*

d. *Cantabrigiæ,* 1726. *Meliorem vix ſucceſſum conſecutus eſt* J. Smith *in ſua omnium Bedæ operum editione, pp.* 315-324. *Etſi tres codices, quorum unum anno* 734 *conſcriptum fuiſſe contendit, ante oculos habuerit, ſi ipſius editionem cum* Baſileenſi *contuleris, vix quidquam in melius emendatum animadvertas. Smith ſcilicet rem non ſatis ſerio tractavit, quippe qui, exempli gratia,* fons *pro* pons

ſcriptum (c. VI) reliquerit, quod ex Arculfo (l. I, c. XVIII) corrigi potuiſſet. Pro critica igitur editione, ea nulli habenda eſt, quanquam variæ lectiones ex impreſſis libris in utraque margine exhibentur; lectori enim critico delectus faciendi curam reliquit.

e. 1843. *Facillimam J. A. Giles, noviſſimus Bedæ* Operum *editor, ſibi ipſe operam fecit, qui, ut ipſe fatetur (vol. 4, part. VII), tantummodo* Smith *editionem rurſus typis mandaverit. Idcirco, quum variarum lectionum, quæ quidem non ſine pretio ſint & cum Monacenſi codice continuo congruant, modicum ſane numerum e codice inſeruerit, hoc pro luxu habendum eſt; quum enim varias lectiones critice tractare debuiſſet, J. Smith editionem tantummodo tranſcripſit, neque quidquam in ea attentius inſpexit, ita ut typographicos errores ut:* de locis *pro* de locuſtis *(c. XIV), & ineptias ut* ferro medicante *pro* ferro mediante *iterum ediderit.*

f. 1839, Pariſiis. *Iam nobis agendum eſt de* F. Michel *editione, in collectione cui titulus:* Mémoires de la Société géographique, *tome IV, p. 794 & ſeq. Ab editore non expreſſe dicitur an* Libellus *Bedæ tribuendus ſit. Primum etiam locum recentiori Bernardo locum dedit, in quo tamen dicitur: « Amodo de libro Arculfi, epiſ« copi Galliæ temporibus Bedæ. » F. Michel ſolo codice ſ. Fauſtina B. 1 ex Britannico Muſeo uſus eſt, atque ad calcem cuiuſque paginæ varias lectiones ex codice Lincolnienſis Collegij tantummodo adiunxit.*

FRAGMENTUM ARCULFO ADDITUM.

Præter epitomen Bedæ quod in Herbipolenſi codice continetur, hiſtoricum geographicumque ſimul fragmentum etiam in Bruxellenſi *codice & in* Reginæ Chriſtinæ *codice Romano primo* Arculfi *libro, ſine ulla rerum & verborum connexione additum, invenimus. Idem vero Arculfo attribuendum non cenſuimus, cum e primis verbis pateat Bedam aut anonymum quemdam eius auctorem eſſe. In diverſis tamen editionibus fragmentum illud neque editum neque memoratum reperire potuimus.*

[Huc uſque Titi Tobler præfatio; cætera ab Auguſto Molinier conſcripta ſunt.]

X-XI

HODŒPORICON SANCTI WILLIBALDI.

a. Scriptum a ſanctimoniali Heydenheimenſi.

S. Willibaldi, epiſcopi Eichſtetenſis, in Palæſtinam peregrinationis duæ exſtant relationes. Quarum prior ac melior a quadam moniali cœnobij Heydenheimenſis paulo poſt ipſius beati viri mortem (anno circiter 785) conſcripta eſt, quæ quidem monialis omnia, quæ nobis tradidit, ab ipſius Willibaldi ore acceperat. Operis illius rationem habere certe maxime noſtra intereſt: in eo enim plura ſunt, quæ nullus alius auctor nobis tradidit; cum autem omnes regiones, quas peragravit Willibaldus, deſcripſerit auctor, pauciora nobis de Palæſtina ſervavit. Magni tamen exiſtimandum eſt, quum nullum aliud opuſculum, Merovingorum durante regno de Terra ſancta conſcriptum, præter Antoninum atque Arculfum, ſuperfuerit.

In iſto libello non tam peregrinationem quam ſ. Willibaldi vitam enarrare in animo habuit monialis Heydenheimenſis; notatu tamen dignum eſt illum piiſſimum virum fere totam iuventutem in itineribus conſumpſiſſe. Ex Anglia oriundus, cuiuſdam principis, Richardi nomine, filius, inde ab infantia in conventu Waldheimenſi nutritus fuit, in quo litteris & pietati deditus, omnia quæ illo ſæculo diſci poſſent, edoctus eſt, ac vitam monachalem egit. Iuvenis adhuc (anno circiter 720 *poſt C. n.), longinquorum itinerum amore captus, patri ipſi ac Wunebaldo fratri ſuaſit, ut ſe Romam viſentem comitarentur, Angliamque reliquit, in patriam nunquam deinceps rediturus. Gallia autem tota atque Italiæ parte minima perluſtratis, pater Richardus, provecta forte ætate, legi naturæ conceſſit, atque in Sancto Frigidiano dicata eccleſia Lucæ ſepultus eſt, in qua, finiente XVII ſæculo, eius epitaphium adhuc legebatur.* [1] *Deplorata morte patris, filij inceptum perſecuti ſunt iter, & Romam intraverunt* 11 *die menſis novembris anno* 721, *die ſancti Martini* [2]*; in qua urbe uſque ad Paſcha anno* 722 *demorati ſunt,*

1 Mabillon, *AA. SS. ord. S. Ben.*, III, 2, p. 371.

2 *Vide infra*, p. 254.

ſcilicet nimium febre laborantes. Nec ſatis fuit noſtro Willibaldo ſancta vidiſſe limina apoſtolorum; ſed conſilium iniit Ieruſalem adeundi, ac loca illa, Ieſu Chriſti vita ac paſſione celebrata, perluſtrandi. Relicto fratre, duobus tantum comitantibus ſociis, Roma diſceſſit, Neapolim, mox Regium petit, ac navem Ægyptiacam conſcendit, Orientem aditurus.

Pataram, Lyciæ urbem, mox advectus, hiemem totam ibi conſumpſerunt ſanctus eiuſque ſocij anno 722-723; *mare denuo ingreſſi, hieme intrante, feſtum Paſchæ Paphi in Cypro inſula egerunt* (*p.* 257). *Serius Emeſam advecti, nonnulla ibi mala perpeſſi ſunt; quippe qui, quum eos exploratores eſſe ſuſpicarentur regionis principes, in carcerem detruduntur; a quo, interventu cuiuſdam Hiſpani apoſtatæ, liberati, Ieruſalem tandem urbem ſanctam, diutius optatam, devenerunt, anno* 724, *menſe novembri* (infra *p.* 263). *Hic Willibaldus noſter morbo corripitur, quo fere duobus menſibus laboravit. Annum* 725 *in peragranda Palæſtina conſumpſit, atque in urbe ſancta tota hieme a.* 725-726 *demoratus eſt. Inde Tyrum rediens, navem conſcendit, & poſt longam difficilemque navigationem, Conſtantinopolim circa menſem martium, anno* 726, *pervenit, ubi duos annos continuavit* (infra *p.* 272). *Anno denique* 729 *Italiam reverſus cum nuntiis papæ atque imperatoris, autumno medio Montem Caſinum adiit, ubi monachalem habitum reſumpſit. Septem iam erant elapſi anni, ex quo a Roma diſceſſerat. Decem exinde annos in Monte Caſino permanſit, diverſis officiis tam apud monaſterium quam apud ſubiacentes eccleſias implendis; anno tandem* 739, *quum Romam veniſſet, Gregorius papa III ipſum comitem ſ. Bonifacio, qui Evangelium Germanis adhuc paganis tunc prædicabat, deſtinavit. Iubente ergo pontifice, Bavariam adiit, ubi epiſcopus Eichſtetenſis effectus, apoſtolica prædicatione reliquam vitam conſumpſit.* [1]

Præter codices, quos priores ſecuti ſunt editores, etiam Vallicelliano, Augienſi & Pariſienſi codicibus in præſenti editione uſi ſumus. In duobus ultimis quædam deſunt; unus enim tantummodo capitula XIII-XXIX, alter capitula omnia uſque ad

1 Itineris S. Willibaldi recenſionem quamdam invenies in actis, quibus titulus: *Das Heilige Land*, XXI. Jahrgang, 1877, pp. 97-104 & 129-137.

XXXIXum continet. Augienſis codex non ſatis diligenter ſcriptus eſt, nonnunquam etiam ita tempore corroſus, ut pro litterarum pallore lectu difficilis ſit; cæterum illi non magnum pretium tribuendum eſt, qui cum Friſingenſi codice fere in omnibus congruat. E magna amborum codicum concordia neceſſe eſt, ut concludamus Friſingenſem ex Augienſi tranſcriptum eſſe, aut utrique eumdem adhuc antiquiorem codicem pro archetypo fuiſſe. Mirum vero eſt quod Augienſis codex tum deſinit, quum papa Willibaldum noſtrum hortatur, ut iter in Germaniam ad ſanctum Bonifacium ſuſcipiat, eo nempe tempore quo peregrinatio finita eſt, & veriſimiliter dictata *ceſſant. Unde concludendum forſan eſſet, monialem Heydenheimenſem tantum Willibaldi peregrinationem narraviſſe, poſtea autem quædam breviora de eius poſt epiſcopatum vita addita fuiſſe.* [1]

1 Sæculo X° finiente, Reginoldus, Eichſtettenſis epiſcopus (965-989), Monialis narratione uſus eſt, ad quamdam ſ. Willibaldi vitam verſibus conſcribendam. Quod nobis refert Anonymus Haſerenſis, cuius verba hic addere placuit.

«Poſt hos venerabiles patres, Reginoldus epiſcopus factus eſt, carnali quidem nobilis proſapia, ſed nobilior ſcientia; litteris non ſolum Latinis & Grecis, ſed etiam Hebreis imbutus, & quod unicum & ſingulare in eo fuit, optimus huius temporis muſicus. Hic inprimis hiſtoriam ſancti Nicolai fecit, & per hoc epiſcopalem dignitatem promeruit. Accepto autem epiſcopatu, ſummo ſtudio ſummaque devotione hiſtorica de ſancto Willibaldo carmina compoſuit, totamque ſcientiæ ſuæ vim in his decorandis atque mirabiliter variandis excitavit. Hinc eſt enim, quod quibuſdam reſponſoriis longiſſimis in fine notulas appoſuit, eiſdem notulis verſiculos inſtar ſequentiarum ſubiunxit. Quod quidem in tertio, ſexto & nono fecit, & tertio paucos verſiculos, ſexto plures, nono dedit plurimos. Sed vide ordinem! tercio minimum iter, id eſt initium peregrinationis attribuit, ſcilicet ubi de patria exivit; ſexto maius quo Ioniam venit; nono maximum, quo Ieroſolimitani itineris qualitatem in verſiculis noni reſponſorij conatus eſt exprimere. Nam quemadmodum ſanctiſſimus viator noſter de Italia in Greciam, de Grecia in Iudeam, iterumque de Iudea in Greciam, de Grecia in Italiam, & inde huc ad nos uſque ſalvus pervenit: ita ſollertiſſimus noſter muſicus primo Latinos, dein Grecos, mox Hebreos iterumque Grecos, ad ultimum Latinos fecit verſiculos. Fecit etiam perpulcram de ſancto Wunebaldo hiſtoriam, & de ſancto Blaſio noviſſimam.» (Anonymus Haſerenſis, ap. Pertz, *M. G., SS., VII*, 257.)

Hos ergo Codices *in manu habuimus:*

a. *Monaci*, *Bibliot. regia* (*ol. Frisingensis*), *lat.* 6890, *s. VIII-IX.*

b. *Romæ*, *Vallicellan. C.*, 73, *s. XI* (*fragm.*).

c. *Monaci*, *Bibl. reg.*, *lat.* 14396, *s. XII.*

d. *Ibid.*, *Bibl. reg.*, *lat.* 4535, *s. IX-XI* (*fragm.*).

e. *Carlsruhe*, *Bibl. magn. Duc.*, *LXXXIV* (*ol. Augiensis*), *s. XIII* (*fragm.*).

f. *Parisiis*, *Bibliot. Nation.*, *lat.* 9744, *s. XV*, *chartaceus.*

Editiones *præcipuæ operis Heydenheimensis hæ sunt:*

1603, *ap. Canisium*, Lect. Antiq. (*IV*, 473, *ed. Basnage*, *II*, 99)*; unum tantum codicem ille editor in manibus habuit*, *quem esse cod. Parisiensem lat.* 9744 *multa indicia demonstrant.*

1610, *plures ad textum Canisianum correctiones affert J. Gretserus in opere cui titulus:* Philippi ecclesiæ Eystettensis XXXIX episcopi, de eiusdem ecclesiæ divis tutelaribus.

1672, *ex Canisio in* Actis SS. ord. S. Benedicti, *auctore Mabillone*, *sæc. III*, *p. II*, *pp.* 367-383.

1721, *in* Actis Sanctorum *Bollandistarum*, *Iul. II*, *p.* 500-511.

1857, *Eichstätt*, 4°, *ed. Suttuez*, *canonicus tunc*, *postea istius ecclesiæ vicarius generalis.*

1873, *Lipsiæ*, *inter alias* Descriptiones Terræ Sanctæ, *auctore T. Tobler*, *pp.* 1-55.

b. Scriptum ab Anonymo.

Narratio vitæ sancti Willibaldi ab anonymo auctore scripta, longe abest quin tanti pretij sit quanti prior ista quam sanctimonialis redegit, etsi eius oratio multo emendatior sit. Putandum est viatoris narrationem ab auctore auditam fuisse, eumque ideo argumentum longius usque ad mortem sancti viri tractavisse, quod aut illi superstes fuerit aut ab alio quodam complementum illud additum sit. Coniici potest unum ex diaconis aut auditoribus s. Willibaldi, Adalbertum aut Wunibaldum, primum Heydenheimensem abbatem, narrationem talem conscripsisse, qualem secundum

unicum usque ad hunc diem notum codicem Oxenhusianum, in H. Canisij Antiquis Lectionibus, *primum editam, novimus.*

Procul dubio multa apud Anonymum reperiuntur, quæ in Sanctimonialis narratione desunt; illa vero nova quæ ab Anonymo afferuntur Willibaldo dictanti rarius tribuenda sunt.

In nova editione pauca tantum in melius corrigi potuerunt.

Anonymi EDITIONES *sequentes indicandæ nobis visæ sunt:*

1603, *Canisius in* Lect. Antiq., *IV, pp.* 705-718 (*ed. Basnage, II, part. I,* 117-122).

1672, *in Mabillonij* Actis SS. ord. S. Bened., *sæcul. III, part. II, pp.* 383-392.

1721, *in* Actis sanctorum Bollandistarum, *Iul. II, pp.* 512-517.

1873, *inter* Descriptiones Terræ Sanctæ, *quas edidit T. Tobler, pp.* 56-76.

XII

COMMEMORATORIUM DE CASIS DEI VEL MONASTERIIS.

Pretiosum illud monumentum initio noni sæculi scriptum est. Ex Casarum Dei & Monasteriorum *cum suis sacerdotibus ministrisque, quam ibi legimus, descriptione, patet in eo tempore adhuc magna & multa monasteria in Terra Sancta. Appropinquante autem sacrarum expeditionum ætate, Christianæ religionis miserabilior status.*

Auctoris nomen invenire frustra aliquis tentaret. Nec tamen dubitandum est quin ille unus fuerit e sacerdotibus idemque vir dignitate princeps, quidam forte presbyter a Carolo magno missus, ut de statu christianorum in Palæstinam commemoratorium, partim etiam numerum conscriberet, quod breviarium demonstrat quod operi adiunctum est. Nec de publica huius documenti auctoritate dubitare licet.

Manuscriptus codex, qui unico pergameno folio constat, in media parte laceratus, in bibliotheca urbis Basileæ asservatur. Illustris ille Romanus Iohannes de Rossi *monumentum illud tanti fecit,*

ut eius transcriptionem, quæ quidem non satis accurata est, in Bolletino di Archeologia cristiana, *ann.* 1865, *pag.* 84 *sqq., commentariis auctam ediderit. Nulla huius, quamquam non spernendæ editionis ratione habita, commemoratorium, in omnibus manuscriptum codicem sequendo, in* Descriptionibus Terræ Sanctæ (*pp.* 77-84) *iuris publici fecit T. Tobler. Difficillimum autem fuit textum interdum deficientem complere atque nimirum nonnulli eum vituperabunt quod interdum nimis audacter processerit. Qui autem loco eorum quæ in manuscripto leguntur, melius aliquid proposuerit, de omnibus vere eruditis viris se bene meritum esse sciat.*

XIII

BERNARDI MONACHI ITINERARIUM.

Opus cui nomen Bernardi monachi inscribitur, nono finiente sæculo scriptum fuit. Hoc enim, etsi omnes quos noverimus codices anno 970 *librum conscriptum testentur, multa temporum indicia significant, putandumque scribam in uno antiquissimo ms., quo solo usi fuerunt qui nunc supersunt codices, DCCCCLXX pro DCCCLXX scripsisse. Guillelmus enim Malmesberiensis in* Modernorum gestis regum Anglorum, [1] *inter alios, qui de Terra*

1 Livre IV, n. 367, ed. Hardy (*English history*), II, 562-563. Cuius Guilelmi verba integra legentium oculis subiicere utile nobis visum est: « Quod miraculum [ignis « sacri] quando cœperit vel si ante « tempora Sarracenorum fuerit, nul- « lius historiæ cognitione discerni- « tur. Legi ego in scripto Bernardi « monachi, quod abhinc annis du- « centis quinquaginta, id est anno « Incarnationis octingentesimo sep- « tuagesimo, idem, Ierosolymam « profectus, ignem illum viderit, « hospitatusque fuerit in xenodo- « chio, quod ibidem gloriosissimus « Karolus magnus construi iussit, « ubi & bibliotecam ingentis ex- « pensæ compegerat. Tantamque « & Ægypti & per id locorum « commemorat pacem Christianos « sub Turcorum dominio habuis- « se, ut si alicui vianti in mediis « forte triviis iumentum, quo ne- « cessaria veheret, defungeretur, « ille, relictis sarcinis, ad proxi- « mam urbem expeditus pro auxi- « lio pergeret, omnia quæ dimise- « rat illibata procul dubio repertu- « rus. Nullus tamen ibi Christianus « alienigena secure vivere, pro ex- « ploratorum suspicione, poterat, « nisi sigillo imperatoris Babylonij « fretus; indigenæ pacem Turco-

Sancta scripserunt, auctores, quemdam commemorat Bernardum, qui de sacro igne, divinitus in Templo Ierosolimitano accenso, aliquid tradiderit, Terramque Sanctam anno 870 *viserit.* [1] *Nonnulla etiam, e textu ipso deprompta, idem certissime demonstrant; papam Nicolaum I, patriarchas Hierosolymitanum Theodosium, Alexandrinum Michaëlem, Ludovicum, Karolum & Lotharium, Lotharij I imperatoris filios, auctor enumerat, qui omnes annis* 865-870 *vixerunt. Quin etiam tempus ipsum itineris definire possimus. Francus ille noster, relicta patria, Romam adiit ante mortem Nicolai primi papæ* (infra, *p.* 300), *qui obiit anno medio* 867*; Ierusalem autem discessit antequam Theodosius patriarcha debitum naturæ, anno* 869, *solvisset. Italiam denuo peragravit non multo post Beneventanos a Ludovico, Italiæ rege, imperio suo subiectos, quod anno* 870 *factum est. Nec miraberis quod fere quatuor annos huic peregrinationi impenderit, si attente quanta pericula, quantas molestias toleraverit consideraveris.*

Et hic quidem in procemio Francum natione se dicit, ac fortasse ex illa parte Franciæ oriundus erat, quæ Britanniæ minori conterminat, ut qui sæpe de Britonibus loquatur, & S. Michaëlis in Periculo Maris monasterium describat. Nec tamen Bernardum illum confundere licet cum illo Benedicto archiepiscopo Edessenò, quem Th. Dempsterus [2] *indicat, ut auctorem cuiusdam* Historiæ

« rum tribus annuis talentis vel « bizantinis redimebant. Verum « tamen quia Bernardus Theodosij « tunc patriarchæ nomen non « tacet, ipsa me monet occasio « ut omnium patriarcharum no- « mina proponam. » Hunc locum Guillelmi Malmesberiensis exscripsit Helinandus, in *Chronicorum* libro XLVII (Tissier, *Bibliotheca Cistercienfis*, VII, p. 168). Quem Helinandum ipse sequutus est Albericus de Novomonasterio (Pertz, *M. G., Scriptores*, XXIII, 770). De Helinando ab Alberico cognito, cf. Scheffer-Boichorst, in præfatione, *Ibid.*, 658.

1 Mamachi in opere, cui titulus: *Antiquitates christianæ*, II, 36, not. 5, hunc Bernardum a Guillelmo Malmesberiensi indicatum non eumdem esse ac nostrum peregrinum contendit. Quod tamen nullo modo negare poterit, qui attente Guillelmi verba legerit.

2 Præfat. ad Bened. Accoltum, *De Bello a Christianis contra Barbaros gesto*, Groningæ, 1674, pp. 12-13, 8°. Cf. etiam *Historiam Belli sacri*, c. 135, Fulcherium Carnotensem, II, c. 27, Bartolfum, c. 72, & Radulfum Cadomensem, c. 140, 149 (*Recueil des Hist. occ. d. Croisades*, III, 227, 458-459, 543, 704, 710); Le Quien, *Oriens Christianus*, III, 1185-1186.

Belli ſacri, *in libros VII diviſæ*, *Bernardumque ſapientem appellat ; hic enim Scotus natione*, *ille vero Francus ; hic XImo finiente floruit ſæculo*, *ille vero nono medio.*

Bernardi autem iter fuit illud : Roma digreſſus cum ſociis ſuis, *Montem S. Angeli*, *iam tunc peregrinantibus celeberrimum locum*, *adiit*, *unde Ægyptum devenit. Inde Babylonia*, *ut vulgo tunc dicebatur* le Caire, *inviſa*, *per El-Warrâda* (Albara) *&* *El-Bakkara* (Albacara [1]) *tranſiit*, *atque inde El-Arîſch*, *Ramleh ac Ieruſalem devenit*, *Sanctaque Loca viſitavit. Mari tandem rurſus invectus*, *poſt navigationem LX dierum Italiam pervenit ac denique Franciam*, *in qua S. Michaelis in Periculo Maris monaſterium inviſere voluit.*

Etſi autem in hac Bernardi relatione pauca ſint de Locis Sanctis verba, *non id opus omnino negligendum*, *utpote quod mille abhinc annis ſcriptum ſit*, *& ab ipſo auctore abſolutum videatur. Hoc autem certe mirandum*, *quod ea quæ ad peregrinationem non pertinent*, *maiorem locum in eius narratione occupent. Notabis etiam eius de ſancto igne in Sepulchri eccleſia verba*, *& quod in deſcriptione eiuſdem eccleſiæ Bedæ* Hiſtoriam Anglorum *brevitatis gratia lectores legere iubet* (*pag.* 315). *Sed ibi tam vitiata eſt ſcriptura*, *ut eam in melius mutare debeat editor ; auctor enim ſæpius de illis quatuor eccleſiis loquitur*, *quæ apud Bedam memorantur: duas autem tantum indicat ; locus itaque ille forte ita corrigendus ; loco* « una videlicet ad orientem, » *ſcribendum* « una & altera videlicet, » *deinde* « quarta eccleſia ad occidentem, » *pro tertia.*

Codices :

a. *Londini*, *Muſæo Britannico*, *Cottonianus*, *Fauſtina*, *B.* 1, *XIII ſæculo exaratus.*

b. *Oxoniæ*, *Lincoln. colleg.* 96, *XIII ſæcul. exaratus.*

c. *Vindobonæ*, *Bibliot. Cæſar. Palat.* 2432 ; *XIV ſæcul. exar.*

d. *Remis*, *olim in bibliotheca abbatiæ S. Remigij*, *hodie deperditus.*

1 Clermont Ganneau in *Revue critique*, 1876, t. II, p. 394, *Albara & Albakara* unum eumdemque locum fuiſſe exiſtimat.

EDITIONES:

1672, *in Mabillonis* AA. SS. ord. S. Bened., *fæcul. III, part. II, p.* 523-526, *ex cod.* d.

1839, *codicem Lincolnenfem edidit Fr. Michel, in actis quæ dicuntur:* Mémoires de la Société de géographie, *t. IV, pp.* 784-794. *Quæ editio fere nullius pretij exiftimanda.*

1852, *Mabillonianam editionem denuo typis expreffit Migne, in* Patrologiæ latinæ curfu, CXXI, *c.* 569.

1873, *luci eamdem narrationem, Francifci Michel emendato textu, dedit Tobler, inter* Defcriptiones Terræ Sanctæ, *p.* 85.

XIV-XV

DESCRIPTIO PARROCHIÆ IERUSALEM. NOTITIA PATRIARCHATUUM ANTIOCHIÆ AC IEROSOLYMÆ.

In opufculo, cui titulum Defcriptionem parrochiæ Ierufalem *præfigunt codices manufcripti, quædam brevis atque omni ornatu deftituta ecclefiarum, quæ Ierofolymitani patriarchæ ditioni fubditæ erant, nobis enumeratio exhibetur. Quam fi illuftrare voluerimus, pauca nobis de antiquo iftius ecclefiæ ftatu dicenda. In primis poft Chriftum fæculis, ecclefia Hierofolymitana tantummodo epifcopalis erat, etfi quibufdam honoribus ac privilegiis fingularibus gaudens, ac Cæfarienfi fubdita erat metropoli, intra Antiocheni patriarchatus limites fitæ. Nec tamen æquo animo hanc fedis fuæ conditionem tulerunt epifcopi, quorum in mente recurrebant tot & tantæ in ifta urbe res geftæ. In primo itaque concilio œcumenico, Nicænum dico, anno* 325 *congregato, nonnullæ querelæ de ftatu illo ab epifcopo Macario prolatæ funt. Quas tamen non audiverunt patres, qui in feptimo canone decreverunt Hierofolymitani epifcopi cuncta fervanda effe privilegia, dummodo metropolitæ iura illæfa manerent.* [1] *Neque vero hoc edicto fedata difcordia eft. Quum enim concilium Ephefi anno* 431 *congregatum fuit, epifcopus Hierofolymitanus, Iuvenalis, a patribus petiit ut deinceps ecclefiæ fuæ dicioni fubiiceretur Antiochena ecclefia, omni patriarchatus*

1 Labbe, *Concilia*, II, 47.

honore ſpoliata. Nec tam inauditæ petitioni morem geſſere patres; in adverſum locutus eſt Cyrillus, Alexandrinus patriarcha, Iuvenaliſque, voto defraudatus, urbem ſanctam repetiit. [1] *Neque una repulſa contentus, idem Iuvenalis anno* 450 *ab Epheſino conciliabulo, in quo maiores numero erant Eutychij fautores, hanc ipſam impetravit patriarchatus dignitatem, imperiali favente auctoritate, ac tandem anno* 451, *ad fidem orthodoxam reverſus, ab ipſo Chalcedonenſi concilio novi privilegij confirmationem obtinuit. Hieroſolymitanæ eccleſiæ Tres Palæſtinæ conceſſæ fuerunt, Antiochenæ vero Duæ Phœniciæ atque Arabia relictæ.*

Iam illius opuſculi, quod infra exhibebimus, ætas ex illis quæ præcedunt concludi poteſt. Non ante annum 451 *ſcriptum fuit; veriſimiliter autem, cum locorum nomina græcam linguam maxime redoleant, annum* 637, *quo Sarraceni Palæſtina potiti ſunt, antecedit.* [2] *Quin etiam, ſi modo lectori quæ infra dicemus probaverimus, ante annum* 553 *ipſum exaratum fuiſſe neceſſe fuerit.*

Ad calcem enim huiuſce Deſcriptionis parrochiæ Ieruſalem, *maiorem quamdam Antiochiæ atque Hieroſolymæ patriarchatuum notitiam typis tradidimus, quam nonnulli codices Guillelmi Tyrij hiſtoriæ ſubiunxerunt, quanquam auctori eam tranſcribere certe in animo non fuerit; quam quidem notitiam multo ſacras expeditiones præceſſiſſe credimus. Quum enim Francorum virtus Terram Sanctam chriſtianæ fidei reddidiſſet, novi limites cuique eccleſiæ attributi ſunt; cum non omnes urbes, quas quondam Antiochenus patriarchatus poſſederat, chriſtiani dicionis ſuæ feciſſent, novo patriarchæ, latini quidem ritus, non omnes iſtæ attribui poterant. Inde iræ multæ diſſenſioneſque ortæ ſunt, præſertim de Tyrenſis eccleſiæ primatia, quas tandem ſedavit Paſchalis II. Ille enim ſummus pontifex, die octava menſis iunij, anno* 1111, *petente Balduino rege, Hieroſolymitanæ eccleſiæ omnes urbes, quas deinceps ſui iuris facerent Chriſtiani, attribuit, etiam illas, quæ hactenus Antiocheni fuiſſent patriarchatus.* [3] *Illas diſſenſiones*

1 Labbe, III, 642.

2 Hæc eſt ſaltem noſtra ſententia. Bollandiſtæ, qui de hac re doctiſſime diſſeruerunt (*AA. SS.*, maij II, p. 805), hanc notitiam, vel potius quoddam genuinum opus græce ſcriptum, quod cum ipſa in multis concordat, a ſæculo V ad VII ſcriptam fuiſſe cenſuerunt.

3 De Rozière, *Cartulaire du Saint Sépulcre*, p. 13, n. 12, & p. 8, n. 9. Cf. Guillelmi Tyrij *Hiſt. Hieroſolimit.*, XI, c. 27, & XIV, c. 14, & Rey, *Lignages d'Outremer*, p. 709.

fusius narrat Guillelmus Tyrius, qui papæ litteras de verbo ad verbum suæ historiæ inseruit, atque de antiquis Antiocheni patriarchatus limitibus ac divisione disseruit, pauca quædam ab antiqua aliqua notitia mutuatus, quæ non alia quam nostra esse videtur.

Illa ergo, quam prælo subiecimus, Notitia, *illius ætatis esse videtur, qua Græci in Palæstina etiam dominabantur. Quin etiam anno* 553 *scriptam esse dixerimus, si modo quibusdam verbis, Antiocheni patriarchatus descriptionem sequentibus, tribuenda sit fides. Ex quibus comperimus illam novam divisionem in Constantinopolitano concilio, hoc anno celebrato, decretam fuisse. Fatendum tamen nihil tale in concilij actis nos invenisse, nec in omnibus* Notitiam *cum* Descriptione, *quæ præcedit, congruere. Quod scire volenti cuiuscumque metropolis ecclesias episcopales computare sufficiet. In* Descriptione *sub Cæsarea* 27 *ecclesiæ sunt, in* Notitia *autem* 19; *in* Descriptione *sub* Scythopoli 14, *in* Notitia 8; *in* Descriptione *Petreio episcopo subiiciuntur* 13, *in* Notitia *vero* 12, *in* Descriptione *Bostrensi* 30, *in* Notitia 34. *Quibus addit* Notitia 25 *ecclesias suffraganeas. Atque ut rem ad summarium redigamus, in* Descriptione 84, *in* Notitia *vero* 98 *sunt ecclesiæ.*

Quidam forte mirabuntur, nos antiquiorem Descriptionem *existimasse, quum* Notitia *plurium contineat ecclesiarum nomina, & in Oriente multæ ecclesiæ temporum processu destructæ fuerint. Nec tamen hoc nostram mutare potuit sententiam, qui* Descriptioni *multo maiorem fiduciam quam* Notitiæ *tribuamus.* Descriptio *enim in omnibus cum illis, quæ de Palæstinæ statu nobis nota sunt optime convenit, in* Notitia *vero plura intellectu difficilia nec satis probata.* Descriptionem *ergo paulo post Chalcedonense concilium redactam fuisse opinamur,* Notitiam *vero serius ab Antiocheno quodam presbytero conscriptam fuisse, qui plures ecclesias suæ ecclesiæ attribuerit.*

Neque vero nostrum est indicare quæ sit his libellis adhibenda fides; satis erit unam alteramque, maxima qua potuimus diligentia denuo impressas exhibere, qui volenti Terræ Sanctæ statum ante sacras expeditiones describere non minimi esse debeant auxilij. Græca certe lingua conscripta erant genuina opera, de quibus

iſtæ tranſlationes ſumptæ fuerunt, a nullo autem, utcumque novimus, publicata vel viſa ſunt.

Etſi plurimos utriuſque operis in manibus habuimus codices, non ſemper veram archetypi potuiſſe nos ſcripturam aſſequi fatebimur. Quippe illi, quos novimus, codices recentiori ætate ſcripti ſunt, neque id a ſcribis diligentibus. In lectionibus ergo colligendis ac diſcernendis nobis magnam opem attulerunt illæ græcæ notitiæ, quas vv. dd. Pinder & Parthey ad calcem ſuæ Hieroclis Synecdemi *editionis recudendas curaverunt. Quantum in nobis fuit, latinorum codicum lectionem emendavimus. Quando autem, quod ſæpius accidit, nulla latina lectio cum græco vocabulo congruebat, illam vocem elegimus, quæ græco nomini propior erat. In conſtituendo textu multam nobis opem contulit, præſertim quod pertinet ad notitiam patriarchatus Antiocheni, regni Armeniaci notitia Sempadiana, quam vir doctiſſimus E. Dulaurier iuris publici fecit commentarioque critico illuſtravit.* [1]

Codices *mſſ.* Deſcriptionis parrochiæ Ieruſalem *hi ſunt:*

a. *Romæ, Reginæ Bibliot.*, 196, *m. ſæc. XII.*

b. *Bruxellis, Bibliot. Burgund.*, 7579, *ch. ſæc. XVII. Tranſcriptio a Bollandiſtis cuiuſdam codicis, tunc in Rubeævallis monaſterio aſſervati, in quo, ut & in ſequenti, continebantur liber decimus a quodam anonymo Roberti monachi* Hiſtoriæ *additus, Fretelli opus amplificatum, ac multæ epiſcoporum locorumque ſeries. Codex genuinus forte XII ſæculo ſcriptus fuerat.*

c. *Bruxellis, ibid.*, 9827, *m. ſæc. XII.*

d. *Pariſiis, Bibl. Nat., lat.* 5129, *m. ſæc. XII.*

e. *Remis, Bibl. municip.*, 821, *m. ſæc. XII.*

f. *Quibus addendus codex alius, nobis ſerius tranſmiſſus, olim Marcianenſis cœnobij, nunc Duaci in bibl. publica aſſervatus* (*n.* 838, *f.* 49-50), *XII ſæculo exaratus, cuius lectiones cum* a & e *in omnibus congruunt.*

Quin etiam alius codex, circa annum 1270 *ſcriptus, præcedentibus addendus eſſet, codicem dico latinum* 6189, *Bibl. nat. Pariſ., in quo nunc temporis iniuria fere tota deeſt* Deſcriptio. *Ex illis verbis*

1 *Hiſtoriens arméniens des croiſades*, I, 673. Cf. etiam *Journal Aſiatique*, an. 1861, XVII, p. 377 & ſqq.

paucissimis, quæ in eo codice superfuerunt, excogitari potest hunc in omnibus cum codice a *congruere.*

Editio :

Descriptionem parrochiæ Ierusalem *impressit Antonius Schelstrate, in suis* Antiquitatibus Ecclesiæ (*Romæ*, 1697, *in-f.*), *II*, *p.* 744, *qui codicem* a *de verbo ad verbum exscripsit.*

Codices *mss.* Notitiæ patriarchatuum *hi sunt:*

a. *Parisiis, Bibl. nat., lat.* 17801 (*ol. Navarre* 21), *m. sæc. XII exeunte.*

b. *Romæ, Vatic., Regin.* 690 (*olim Petavianus*), *m. sæc. XIII.*

c. « *Vatican.* 2002, *m. sæc. XIII vel XIV.*

d. *Cantabrigiæ, Bibl. collegij Corporis Christi, lat.* 95, *m. sæc. XIV.*

e. *Codex collegij Sancti Hieronymi Dolensis, hodie deperditus, quem exscripsit Philibertus Poyssenot, ad suam Guillelmi Tyrij editionem contexendam, in quo codice* Notitia *post caput* 12 *libri XIV inserta erat; in aliis autem codd. ad calcem totius operis transcripta est.*

Hanc Notitiam *quatuor ad hunc diem confectæ Guillelmi Tyrij historiæ editiones exhibuerunt :*

1549, *Basileæ, a Phil. Poyssenot, pp.* 322-324.

1564, *Ibid., ab Henrico Pantaleone, pp.* 247-249.

1611, *Hanoveræ, a Bongarsio*, Gesta Dei per Francos, *I*, *pp.* 1044-1046.

1855, *Paris., Migne*, Patrol.. lat., *CCI*, *cc.* 1065-1067.

1859, *Ibid.*, Recueil des Historiens des croisades, Hist. occident., *I*, *pp.* 1135-1137.

1641, *Ibid., a Car. a S. Paulo*, Geographia sacra, *pp.* 84-85 (*compendium textus nostri*).

1704, *Amstelod., ab eodem*, Ibid., *pp.* 59-61.

1493, *Romæ* Notitiam *impressioni dedit, partium ordine mutato, Iohannes de Besicken in* Practica cancellariæ apostolicæ, *composita per Hier. Paulum & Francisc. de Borgia, f.* 9 *& sqq. Cuius mendosissimæ editionis* [1] *lectiones indicare omnino inutile nobis visum est.*

1 Pluries, durante sæculo XVI°, *Practica* ista typis exscripta est, postremum autem, ut arbitramur, Venetiis, typis Regazoli, 1572, in-8.

XVI

QUALITER SITA EST CIVITAS IERUSALEM.

Libellum quem, meliori deficiente titulo, Qualiter ſita eſt civitas Ieruſalem *inſcripſimus, nobis ſuppeditavit codex quidam manuſcriptus Bibliothecæ Armamentarij Pariſini, n°* 1161 (*ol.* 102), *XII^mo^ incipiente ſæculo exaratus, in quo una cum opuſculo, de quo agimus, continetur* Hiſtoria Hieroſolymitana, *a Baldrico Burgulienſi conſcripta. Breviſſimum quidem, nec tamen contemnendum opuſculum iſtud, ut ab oculato teſte conſcriptum, qui neque Bedæ libello, neque innominatis, a Tito Tobler olim editis, deſcriptionibus, ad ſuam contexendam narrationem uſus fuit. Cuius ætas, quanquam ante primam ſacram expeditionem auctorem anonymum vixiſſe credimus, non ſatis certe cognoſcitur. Multi fortaſſe eum incipiente XII^mo^ ſæculo floruiſſe opinabuntur. Utile ergo nobis fore viſum eſt, argumenta, quæ ad unam alteramque probandam opinionem afferri poſſent, breviter exponere.*

Quum de reliquiis Iudaicis loquatur anonymus, eaſque narret in Templo Domini aſſervari, quas reliquias multis ante primam ſacram expeditionem annis Conſtantinopolim tranſtulerant imperatores Græci, [1] *pro certo habendum, auctorem noſtrum expeditionem iſtam anteceſſiſſe.*

Auctorem vero anonymum Ieruſalem, hac civitate iam a Sarracenis ſubacta, adiiſſe videretur, quippe qui Templum Domini, *id eſt ſynagogam ab Omaro, ut vulgo creditur, exſtructam, deſcribat. Iam eius peregrinationem diu poſt Arculfianam contigiſſe ex eo concludi poſſet, quod ipſius de Templo verba magis cum illis, quæ nobis de hoc tradiderunt recentiores ſcriptores, quam cum Arculfi relatione concordent.* [2] *Subnotandum etiam quod, cum nuſquam de Sarracenis, qui quamdiu Ieruſalem tenuerunt, Templum pro ſynagoga habuerunt, meminerit peregrinus noſter, neceſſe*

1 Anno enim 627, Arca Fœderis in Blachernarum palatio aſſervabatur. Cf. *Chronicon Paſchale,* ed. Bonn., I, 726.

2 Cf. infra, p. 145, & Mudgir Eddin, *Hiſt. de Jéruſalem & d'Hébron,* trad. Sauvaire, p. 51-55.

eſt Terram Sanctam illum eo tempore peragraviſſe, quo, Iſmaelitis expulſis, Chriſtianæ religioni reddita ſunt urbis ſanctæ templa. Quod bis tantum evenit, primum anno 975, *deinde autem anno* 1099. *Quum enim Conſtantinopolitanus imperator, Iohannes Zimiſces, Syria fere tota ac Palæſtina circa annum* 975 *potitus fuiſſet, Hieroſolimitani ultro Græcorum imperium ſubierunt.* [1] *Si ergo noſtram hanc ſententiam legentibus probaverimus, opuſculum, de quo agimus, a quodam preſbytero latino, circa hunc annum* 975 *in Hieroſolima verſante, ſcriptum fuit.*

Quanquam non inficiamur multa noſtræ ſententiæ obiici poſſe: in hoc enim libello memoratur eccleſia Sanctæ Mariæ Latinæ, quæ annis circiter 1063-1084, *ſi modo Guillelmo Tyrio credimus, ab Amalphitanis mercatoribus condita eſt.* [2] *Fere etiam in omnibus deſcriptiuncula noſtra concordat cum illis urbis ſanctæ iconographiis, quas nobis exhibent codices manuſcripti, XII*^mo^ *ſæculo exarati.* [3] *Quin etiam, quod nobis multo maioris momenti videtur eſſe, in quodam ſuæ hiſtoriæ loco, Albertus Aquenſis reliquias Iudaicas eiſdem fere, quibus noſter, verbis memorat. Quum enim Templum Domini a Tancredo occupatum auctor ille deſcribit, rupem ſive tabernaculum indicat, in quo « ex quorumdam opinione quædam « ſancta ſanctorum adhuc ſervari perhibentur. » Imo lampadem illam (urnam dicit Albertus) a ſumma Templi teſtudine dependentem memorat, « quod urnam auream alij affirmant, alij ſanguinem Domini, alij manna in eo abſconditum. » Et hæc quidem Albertus.* [4] *Eiuſdem opinionis meminit Fulcherius Carnotenſis,* [5] *quam fabuloſam prorſus eſſe contendit. Qui noſtri anonymi verba cum iſtorum ſcriptorum narratione comparaverint, eum eodem tempore atque iſtos omnes, id eſt ineunte XII*^mo^ *ſæculo, ſcripſiſſe fortaſſe*

1 Cf. *Epiſtolas* a Zimiſce regi Armeniæ miſſas, ap. Matthæum Edeſſenum (*Hiſt. arméniens des croiſades*, I, 13-21).

2 Will. Tyr., l. I, c. 10 (*Rec. des hiſt. occ. des Cr.*, I, 30). Eccleſiæ porro S. Mariæ *Latinæ* meminerunt Bernardus Monachus (*infra*, p. 314) & charta qua bona quædam S. Sepulchro, anno 993 donantur (Martène, *Theſ. Anecd.*, I, 347).

3 Cf. *Iconographiam* e mſſ. cod. ſ. Audomari exſcriptam. (*Rec. des hiſt. occid. des Croiſades*, III, 511.)

4 Lib. VI, c. 24-25 (*Rec. des hiſt. occ. des Cr.*, IV, 480-481).

5 Fulch. Carn., l. I, c. 26 (*Ibid.*, III, 356; cf. 510); vid. Ibn-Khaldoun, tr. Tornberg (Upſ. 1840, in-4), p. 53.

opinabuntur, nisi forsan Nostrum scriptum aliquod, reliquiis Iudaicis Constantinopolim translatis antiquius, propriis suis adornasse commentariis arbitrentur.

Hanc litem resolvere nobis in animo non fuit; satis erit utramque opinionem legentium oculis subiecisse.

*

NOTA

paginæ xix addenda.

S. Eucherij ad Faustum presbyterum De locis sanctis Epistolam *spuriam esse multi contenderunt. Gennadius enim alijque in suis virorum illustrium catalogis libellum, de quo agimus, nunquam operibus s. Eucherij adnumerant, codexque unicus, quem usque ad hunc diem exscripserunt editores, XIII^mo tantum sæculo exaratus est. Cum autem codex alter, sæculo VIII scriptus,* [1] *in Parisiensi maxima bibliotheca asservetur, necesse est huiusce operis auctorem, qualiscumque fuerit, huic ætati superiorem exstitisse. Iam vero, quod nec T. Tobler fugit,* [2] *Eucherij opusculum a Beda venerabili cognitum fuisse certum est, multaque in uno alteroque libello similia leguntur. Cum autem de Sarracenis, qui anno* 637 *Ierusalem totamque Palæstinam suo subiecerunt imperio, nulla apud Eucherium fiat mentio, eosque pluries nominet Beda, haud dubitandum est, quin Beda Eucherium, non Eucherius Bedam exscripserit.*

Quemcumque ergo libellum nostrum scripsisse credamus, sanctumne Eucherium, Lugdunensem episcopum, an auctorem quemdam anonymum, concludendum est eum ante annum 637 *vixisse. Nihil autem, quantum certe intelligimus, obiici posset, quominus s. Eucherio opus supradictum tribueretur; omnia, quæ de Terra Sancta nobis narrat auctor, cum illis optime concordant, quæ medio quinto sæculo Occidentalibus de Terra Sancta nota erant;* Epistola *ipsa ad Faustum,* 3 *Lerinensem presbyterum, scribitur, quem*

1 Cuius lectiones supra, p. xix, not., retulimus.

2 V. supra, p. xxxv.

3 Quem falso *Faustinum* vocat codex Vaticanus.

ſ. Eucherio æqualem atque ipſi arctiſſima amicitia coniunctum fuiſſe certe ſcimus.

Verba quæ & in Beda & in Eucherio ſimilia invenire eſt, hic annotare utile nobis viſum eſt.

Euch., *p.* 51, Hieruſalem ab Elio .... ſuſcepit (*Beda*, infra, *p.* 215).

Ibid., Situs ipſe .... ſupereminet (*Beda*, ibid.).

Euch., *p.* 52, Mons Sion .... frequentatur (*Beda*, infra, *p.* 218).

Ibid., Primum de locis ſanctis .... exſtructam (*Beda*, infra, p. 216).

Ibid. & *p.* 53, Pauce illic .... iuxta murum (*Beda*, infra, *p.* 218).

Euch., *p.* 53, Iuxta .... traditur (*Beda*, infra, *p.* 220).

Ibid., Sex millibus .... ubi preſepe (*Beda*, infra, *p.* 223).

[A. MOLINIER.]

I

ITINERARIUM

A BURDIGALA HIERUSALEM USQUE

[333]

INDEX CODICUM MMSS.

P. Cod. Parifienfis.

V. Cod. Veronenfis.

ITINERARIUM

a Bordigala[a] Hieruſalem uſque & ab Heraclea per Aulonam & per urbem Romam Mediolanum uſque. Sic :

CIVITAS BORDIGALA, *ubi eſt fluvius Garonna, per quem facit mare Oceanum acceſſa & receſſa* per leugas plus minus numero c.

Mutatio Stomatas	leugas VII
mutatio Senone[b]	VIIII
civitas Vaſates[c]	VIII
mutatio Tres Arbores	V
mutatio Oſcineio	VIII
mutatio Scotio[d]	VIII
civitas Eluſa[e]	VIII
mutatio Vaneſia	XII
civitas Auſcius	VIII
mutatio ad Sextum	VI
mutatio Hungunverro[f]	VII
mutatio Bucconesg[g]	VII
mutatio ad Iovem	VII

a. *P.* Burdigala. — b. *P.* Sirione. — c. *P.* Vaſatas ix. — d. *P.* Scittio. — e. *V.* Toloſa. — f. *V.* Hungunerru. — g. *P.* Bucconis.

civitas Tolosa	leugas VII
mutatio ad Nonum	millia VIIII
mutatio ad Vicesimum	XI
mansio Elusione [a]	VIIII
mutatio Sostomago	VIIII
vicus Hebromago [b]	X
mutatio Caedros	VI
castellum Carcassone	VIII
mutatio Trecesimum [c]	VIII
mutatio Hosuerbas [d]	XV
civitas Narbone	XV
civitas Beterris [e]	XVI
mansio Cessarone	XII
mutatio Foro Domiti	XVIII
mutatio Sustantione [f]	XV
mutatio Ambrosio [g]	XV
civitas Nemauso	XV
mutatio Ponte Herarum [h]	XVI
civitas Arelate [i]	VIII

Fit a Bordigala Arelate usque millia ccclxxij,[j] mutationes xxx, mansiones xj.

Mutatio Arnagine [k]	millia VIII
mutatio Bellinto	X
civitas Avinione [l]	V
mutatio Cepressata [m]	V
civitas Arausione [n]	XV
mutatio ad Letoce [o]	XIII
mutatio Novem Craris [p]	X
mansio Acuno [q]	XV

a. *V.* Eleusione. — b. *V.* Ebromago. — c. *P.* Tricencimum. — d *V.* Husuerbas. — e. *P.* Biterris. — f. *P.* Sostancione xvij. — g *V.* Ambrosi. — h. *P.* Porte ærarium xij. — i. *V.* viiij. — j *P.* ccclxxj. — k. *V.* Arnagene viiij. — l. *P.* Avenione. — m. *P.* Cypressata. — n. *V.* xiij. — o. *V.* *deest.* — p. *V.* Novencrares. — q. *V.* x.

mutatio Vancianis [a]	millia XII
mutatio Umbenno [b]	XII
civitas Valentia	VIIII
mutatio Cerebelliaca	XII
manſio Auguſta	X
mutatio Darentiaca	XII
civitas Dea Vocontiorum [c]	XVI
manſio Luco	XII
mutatio Vologatis [d]	VIIII
Inde aſcenditur Gaura mons.	
Mutatio Cambono	VIII
manſio Monte Seleuci	VIII
mutatio Daviano	VIII
mutatio ad Finem	XII
manſio Vapinco	XI
manſio Catoricas [e]	XII
manſio Ebroduno [f]	XVI
Inde incipiunt Alpes Cottie. [g]	
Mutatio Rame	XVII
manſio Byrigantum [h]	XVII
Inde aſcendis Matronam. [i]	
Mutatio Geſdaone	X
manſio ad Martem	VIIII
civitas Seguſſione [j]	XVI
Inde incipit Italia.	
Mutatio ad Duodecimum	XII
manſio ad Fines	XII
mutatio ad Octavum	VIII
civitas Taurinis	VIII
mutatio ad Decimum	X
manſio Quadratis	XII
mutatio Ceſte	XI

a. *V.* Bantianis. — b. *V.* om. xij. — c. *V.* Deanocontinorum. — d. *V.* Volocates. — e. *P.* Catorigas. — f. *P.* Hebriuno. — g. *V. A.* Penninæ. — h. *V.* Byrigane. — i. *V.* Matroniam. — j. *V.* Segucio.

manſio Regomago	millia VIII
mutatio ad Medias	X
mutatio ad Cottias	XIII
manſio Laumello	XII
mutatio Dunis [a]	VIIII
civitas Ticino	XII
mutatio ad Decimum	X
civitas Mediolanum	X
manſio Fluvio Frigido	XII

Fit ab Arelate Mediolanum uſque millia ccccl xxv,[b] mutationes lxiij, manſiones xxij.

Mutatio Argentia	millia X
mutatio Ponte Aureoli	X
civitas Bergamo [c]	XIII
mutatio Tellegate [d]	XII
mutatio Tetellus	X
civitas Brixa	X
manſio ad Flexum	XI
mutatio Beneventum [e]	X
civitas Verona	X
mutatio Cadiano	X
mutatio Aureos [f]	X
civitas Vincentia	XI
mutatio ad Finem	XI
civitas Patavi	X
mutatio ad Duodecimum [g]	XII
mutatio ad Nonum	XI
civitas Altino [h]	VIIII
mutatio Sanus [i]	X
civitas Concordia [j]	VIIII

a. *P.* Duriis. — b. *P.* ccclxxv, mut. lxiij *deeſt.* — c. *P.* Vergamo. — d. *V.* Tallegate. — e. *V.* Bene Aventum. — f. *P.* Auraeos. — g. *V.* Duod. *deeſt.* — h. *V.* viij. — i. *P.* Sanos. — j. *V.* viij.

mutatio ad Picilia[a]	millia	viiii
mutatio ad Undecimum[b]		x
civitas Aquileia		xi

Fit a Mediolano Aquileiam usque millia cclj, mutationes xxiiij, mansiones viiij.

Mutatio ad Undecimum	millia	xi
mutatio ad Fornolus		xii
mutatio Castra		xii
Inde surgunt Alpes Iulie.		
Ad Pirum, summas Alpes[c]		viiii
mansio Longatico		x
mutatio ad Nonum		viiii
civitas Emona[d]		xiiii
mutatio ad Quartodecimum		x
mansio Hadrante[e]		xiii
Finis Italie.[f]		
Mutatio ad Medias		xiii
civitas Caelia[g]		xiii
mutatio Lotodos		xii
mansio Ragendone		xii
mutatio Pultovia[h]		xii
civitas Petovione[i]		xii
Transis pontem, intras Pannoniam inferiorem.		
Mutatio Ramista	millia	viiii
mansio Aqua Viva		viiii
mutatio Populis		x
civitas Iovia		viiii
mutatio Sunista		viiii
mutatio Peritur		xii
mansio Lentolis[j]		xii

a. *V.* Pacilia. — b. *V.* xj. — c. *V.* viiij *deest.* — d. *V.* Semona. — e. *V. deest.* — f. *P.* & Norici. — g. *V.* Caeia. — h. *V.* Poltovia xvj. — i. *V.* Potovione, om. xvj. — j. *V.* Lertoles.

mutatio Cardono	millia	x
mutatio Cocconis [a]		xii
manſio Serota		x
mutatio Bolentia		x
manſio Maurianis		viiii

Intras Pannoniam ſuperiorem.

Mutatio Serena	viii
manſio Vereis	x
mutatio Iovalia [b]	viii
mutatio Merſella	viii
civitas Murſa [c]	x
mutatio Leutuano [d]	xii
civitas Cibalis [e]	xii
mutatio Celena	xi
manſio Ulmo	xi
mutatio Spaneta	x
mutatio Bedulia [f]	viii
civitas Sirmium	viii

Fit ab Aquileia Sirmium uſque millia ccccxij, manſiones xvij,[g] mutationes xxxviiij.

Mutatio Foſſis	millia	viiii
civitas Baſſianis		x
mutatio Noviciani		xii
mutatio Altina		xi
civitas Singiduno		viii

Fines Pannonie & Myſie.

Mutatio ad Sextum	vi
mutatio Tricornia caſtra	vi
mutatio ad Sextum milliare [h]	vii
civitas Aureo Monte	vi

a. *V.* Coccones. — b. *V.* Iovenalia. — c. *V.* Morſa. — d. *P.* Leutuoano. e. *V.* Ciliciales. — f. *V.* Vidunlia; *Parthey* Vedulia. — g. *Parth.* manſ. xiiij. — h. *V. deeſt.*

mutatio Vingeio [a]	millia	VI
civitas Margo		VIIII
civitas Viminatio		X
ubi Diocletianus occidit Carinum		
mutatio ad Nonum		VIIII
manſio Municipio		VIIII
mutatio Iovis Pago		X
mutatio Bao		VII
manſio Idomo		VIIII
mutatio ad Octavum		VIIII
manſio Oromago		VIII
Fines Myſie & Dacie. [b]		
Mutatio Sarmatorum [c]		XII
mutatio Cametas [d]		XI
manſio Ipompeis		VIIII
mutatio Rappiana [e]		XII
civitas Naiſſo		XII
mutatio Redicibus [f]		XII
mutatio Ulmo		VII
manſio Romanſiana		VIIII
mutatio Latina		VIIII
manſio Turribus		VIIII
mutatio Tranſlites		XII
mutatio Ballanſtra		X
manſio Meldia		VIIII
mutatio Screteſca		XII
civitas Serdica		XI

Fit a Sirmio Serdicam uſque millia cccxiiij, mutationes xxiiij, manſiones xiij.

Mutatio Extuomne [g]	millia	VIII
manſio Buracara [h]		VIII

a. *V.* Mingeio. — b. *V. deeſt.* — c. *V. deeſt.* — d. *V.* Caminitas. — e. *V.* Rampiana. — f. *V. deeſt.* — g. *V.* Extuome. — h. *P.* Buragara.

mutatio Sparata	millia	VIII
manſio Hilica[a]		X
mutatio Soneio		VIIII

Fines Dacie & Thracie.

Mutatio Ponte Ucaſi [b]	VI.
manſio Bona Manſio	VI
mutatio Aluſore	VIIII
manſio Baſſapare [c]	XII
mutatio Tugugero	VIIII
civitas Philippopoli	XII
mutatio Sernota[d]	X
mutatio Paramvole	VIII
manſio Cillio	XII
mutatio Caraſſura	VIIII
manſio Arzo	XI
mutatio Palae	VII
manſio Caſtozobra	XI
mutatio Rammes [e]	VII
manſio Burdiſta [f]	XI
mutatio Daphabe[g]	XI
manſio Nice	VIIII
mutatio Tarpodizo[h]	X
mutatio Uriſio	VII
manſio Virgolis	VII
mutatio Nario	VIII
manſio Drizupara [i]	VIIII
mutatio Tipſo[j]	X
manſio Tunorullo[k]	XI
mutatio Beodizo [l]	VIII
civitas Heraclea	VIIII
mutatio Braunne [m]	XII

a. *P.* Iliga. — b. *V.* Ponte Ugas. — c. *Al.* Baſapare. — d. *P.* Syrnota. — e. *P.* Rhamis. — f. *V.* Buſdicta. — g. *V.* Dapabe x. h. *Al.* Arboditio, Arbodico. — i. *V.* Dritiopara. — j. *V.* viij. — k. *V.* Tunorollo viij. — l. *V.* viiij. — m. *P.* Baunne.

manſio Salamembria [a]	millia x
mutatio Eallum [b]	x
manſio Atyra [c]	x
manſio Regio	xii
civitas Conſtantinopolis	xii

Fit a Serdica Conſtantinopolim millia ccccxiij, mutationes xij, manſiones xx.

FIT OMNIS SUMMA A BORDIGALA CONSTANTINOPOLIM VICIES BIS CENTENA XXI MILLIA, MUTATIONES CCXXX, MANSIONES CXII.

Item ambulavimus, Dalmatio & Zenophilo conſulibus, d. iij kal. jun. a Chalcedonia, & reverſi ſumus Conſtantinopolim viij [d] kal. jan. conſulatu ſupraſcripto.

A Conſtantinopoli tranſis Pontum, venis Chalcedoniam, ambulas provinciam Bithyniam.

Mutatio Narſete [e]	millia vii
manſio Pandicia	vii
mutatio Pontamus	xiii
manſio Libyſſa [f]	viiii

Ibi poſitus eſt rex Annibalianus, qui fuit Afrorum.

Mutatio Brunga [g]	millia xii
civitas Nicomedia [h]	xiii

Fit a Conſtantinopoli Nicomediam uſque millia l, mutationes vij, manſiones iij.

Mutatio Egribolum [i]	millia x
manſio Libum [j]	xi
mutatio Liada	xii
civitas Nicia [k]	viiii

a. *V.* Salambria. — b. *Parth.* Callum. — c. *V.* Aleſra. — d. *P.* vij. — e. *V.* Narſite. — f. *V.* Liboſa. — g. *P.* Brunca. — h. *V.* viiij. — i. *Al.* Hiribolum. — j. *V.* x. — k. *P.* viij.

mutatio Schine[a]	millia VIII
mansio Mido	VII
mutatio Chogee[b]	VI
mutatio Thateso	X
mutatio Tutado[c]	VIIII
mutatio Protoniaca[d]	XI
mutatio Artemis	XII
mansio Dable[e]	VI
mansio Cerate	VI
Fines Bithynie & Galatie.	
Mutatio Fines[f]	X
mansio Dadartano	VI
mutatio Trans montem	VI
mutatio Milia[g]	XI
civitas Iuliopolis	VIII
mutatio Hieronpotamum	XIII
mansio Agannia	XI
mutatio Petrobrogen[h]	VI
mansio Mnizos[i]	X
mutatio Prasmon[j]	XII
mansio Malogardis[k]	VIIII
mutatio Cenaxempalide[l]	XIII
civitas Anchira Galatie[m]	XIII

Fit a Nicomedia Anchiram Galatie usque millia cclviij, mutationes xvj,[n] mansiones xij.

Mutatio Delemna	millia X
mansio Curveunta	XI
mutatio Rosolodiaco	XII
mutatio Aliassum[o]	XIII

a. *V.* Schene. — b. *V.* Chogia. — c. *P.* Tutaio viij. — d. *P.* Protunica. — e. *V.* Doble. — f. *P.* Finis. — g. *V.* Melia. — h. *Al.* Ipetobrogen, Petrobogen.— i. Ed., *P.* Innizos, *V.* Simonizous. — j. *V.* Trasmon. — k. *P. deest.* — l. *P.* Cenaxempalidem. — m. *P.* xiij *deest.* — n. *P.* mut. xxvj. — o. *V.* Aliasum.

civitas Afpona [a] . . . . millia XVIII
mutatio Galea XIII
mutatio Andrapa VIIII

Fines Galatie & Cappadocie.

Manfio Parnaffo XIII
manfio Iogola [b] XVI
manfio Nitalis XVIII
mutatio Arguftana XIII
civitas Colonia [c] XVI
mutatio Momoaffon [d] XII
manfio Anathiango [e] XII
mutatio Chufa XII
manfio Safima XII
manfio Andavilis [f] XVI

Ibi eft villa Pampati,[g] unde veniunt equi curules.

Civitas Thyana [h] . . . . millia XVIII

Inde fuit Appollonius magus.

Civitas Fauftinopoli [i] XII
mutatio Caena [j] XIII
manfio Opodando XII
mutatio Pylas [k] XIIII

Fines Cappadocie & Cilicie.

Manfio Manfucrine XII
civitas Tarfo Cilicie [l] XII

Inde fuit apoftolus Paulus.

Fit ab Anchira Galatie Tarfum ufque millia cccxliij, mutationes xxv, manfiones xviij.

Mutatio Pargais [m] . . . . millia XIII
civitas Adana [n] XIIII

a. *P.* Arpona. — b. *V.* Iogula. — c. *V.* xv. — d. *V.* Mummoafum. — e. *V.* Anachiango. — f. *V.* Andaviles. — g. *V.* Pammati. — h. *P.* xviij *deeft.* — i. *V.* x. — j. *V.* Cona viiij. — k. *V.* Pilas xiij. — l. *P.* Cilicie om. — m. *V.* Pargas. — n. *V.* Gadana.

civitas Manſiſta	millia XVIII
mutatio Tardequeia	XV
manſio Catavolo	XVI
manſio Baie	XVII
manſio Alexandria Scabioſa	XVI
mutatio Pictanus [a]	VIIII

Fines Cilicie & Syrie.

Manſio Pagrius [b]	VIII
civitas Antiochia [c]	XVI

Fit a Tarſo Cilicie Antiochiam uſque millia cxlj, mutationes x, manſiones vij.

Ad palatium Daphne	millia V
mutatio Hyſdata [d]	XI
manſio Platanus	VIII
mutatio Bacchaias [e]	VIII
manſio Catelas [f]	XVI
civitas Ladica [g]	XVI
civitas Gabala [h]	XIIII
civitas Balaneas	XIII

Fines Syrie Celis & Phenices.

Mutatio Maraccas	X
manſio Antaradus	XVI

Eſt civitas in mare, a ripa millia ij.

Mutatio Spiclin	XII
mutatio Baſiliſcum [i]	XII
manſio Arcas	VIII
mutatio Bruttus	IIII
civitas Tripoli	XII
mutatio Triclis [j]	XII
mutatio Bruttus alia	XII

a. *V.* Platanus. — b. *P.* Pagrios. — c. *V.* Anchiotia. — d. *V.* Stadata. — e. *V.* Baccaias. f. *P.* Cattelas. — g. *V.* Laſdeca. — h. *V.* Gavala xiij. — i. *V.* Baſeliſco. — j. *V.* Trecles.

mutatio Alcobile [a]	millia	XII
civitas Beryto [b]		XII
mutatio Heldua [c]		XII
mutatio Porphyrion [d]		VIII
civitas Sidona		VIII
inde Sarepta		VIIII

Ibi Helias ad viduam aſcendit & petiit ſibi cibum.

Mutatio ad Nonum	millia	IIII
civitas Tyro		XII

Fit ab Antiochia Tyrum uſque millia clxxiiij, mutationes xx, manſiones xj.

Mutatio Alexandroſchene	millia	XII
mutatio Ecdeppa [e]		XII
civitas Ptolemaida [f]		VIIII
mutatio Calamon [g]		XII
manſio Sycaminos [h]		III

Ibi eſt mons Carmelus, ibi Helias ſacrificium faciebat.

Mutatio Certa [i]	millia	VIII

Fines Syrie, Phenices [j] & Paleſtine.

Civitas *Ceſarea Paleſtina,* [k] id eſt Iudea		VIII

Fit a Tyro Ceſaream Paleſtinam millia lxxiij, mutationes ij, manſiones iij.

Ibi eſt balneus Cornelij centurionis, qui multas eleemoſynas faciebat.

Inde eſt tertio milliario mons Syna,

ubi fons eſt, in quem mulier, ſi laverit, gravida ſit.

Civitas Maximianopolis [l]	millia	XVIII

a. *V.* Alcovile. — b. *Al.* Berito, Bireto. — c. *V.* Eldua. — d. *P.* Parphirion, *V.* Parpinon. — e. *V.* Hecdeppa. — f. *P.* viij. — g. *V.* Calomon. — h. *V.* Secaminus, *P.* Sicamenos. — i. *V.* Cirtha. — j. *P.* Phenices *deeſt.* — k. *P.* vij, Ceſarea Paleſtina. — l. *P.* xvij.

civitas Stradela[a] . . . . . millia x

Ibi ſedit Achab rex, & Helias prophetavit. Ibi eſt campus, ubi David Goliat occidit.

Civitas *Scythopolis* XII

Aſer, ubi fuit villa Iob[b] VI

civitas *Neapolis* XV

Mons Garizim. Ibi eſt *mons Garizim*. Ibi dicunt Samaritani Abraham ſacrificium obtuliſſe, & aſcenditur uſque ad ſummum montem gradibus numero ccc. Inde ad pedem montis

Sichem. ipſius locus eſt, cui nomen eſt *Sichem*. Ibi eſt monumentum, ubi poſitus eſt Ioſeph in villa, quam dedit ei Iacob, pater eius. Inde rapta eſt Dina, filia Iacob, a filiis Amorrheorum. Inde paſſus mille locus eſt, cui nomen

Sichar. *Sichar*, unde deſcendit mulier ſamaritana ad eundem locum, ubi Iacob puteum fodit, ut de eo aquam impleret, & Dominus Ieſus Chriſtus cum ea locutus eſt: ubi ſunt & arbores platani, quas plantavit Iacob, & balneus, qui de eo puteo lavatur.

Inde millia xxviij euntibus Hieruſalem in parte ſiniſtra

Bethar. eſt villa, que dicitur *Bethar*. Inde paſſus mille eſt locus, ubi Iacob, cum iret in Meſopotamiam, dormivit, & ibi eſt arbor amygdala, & vidit viſum, & angelus cum eo luctatus eſt. Ibi fuit rex Hieroboam, ad quem miſſus fuit propheta, ut converteretur ad Deum excelſum: & juſſum fuerat prophete, ne cum pſeudopropheta, quem rex ſecum habebat, manducaret. Et quia ſeductus eſt a pſeudopropheta & cum eo manducavit, redeunti occurrit prophete leo in via, & occidit eum.

Ieruſalem. Inde *Hieruſalem* . . . . . millia XII

Fit a Ceſarea Paleſtina Hieruſalem uſque millia cxvj, manſiones iv, mutationes iv.[c]

Sunt in Hieruſalem piſcine magne due ad latus templi,

a. *V.* Iſtradela. — b. *V.* xvj. — c. *V.* om. mut. iv.

id eſt, una ad dextram, alia ad ſiniſtram, quas Salomon fecit; interius vero in civitate ſunt piſcine gemellares, quinque porticus habentes, que appellantur *Bethſaida*. Betheſda. Ibi egri multorum annorum ſanabantur; aquam autem habent piſcine in modum cocci turbatam. Eſt & ibi crypta, ubi Salomon demones torquebat. Et ibi eſt angulus turris excelſiſſime, ubi Dominus aſcendit, & dixit ei, qui tentabat eum: *Si filius Dei es, mitte te deorſum.* Et ait ei Dominus: *Non tentabis Dominum Deum tuum, ſed illi ſoli ſervies.* Ibi eſt *lapis angularis* magnus, de Lapis angularis. quo dictum eſt: *Lapidem, quem reprobaverunt edificantes, hic factus eſt ad caput anguli.* Et ſub pinna turris ipſius ſunt cubicula plurima, ubi *Salomon palatium* habebat. Salomonis palatium. Ibi etiam conſtat cubiculum, in quo ſedit & ſapientiam deſcripſit; ipſum vero cubiculum uno lapide eſt tectum. Sunt ibi & exceptoria magna aque ſubterranea & *piſcine* magno opere edificate. Et in ede ipſa, Piſcine. ubi templum fuit, quod Salomon edificavit, in marmore ante *aram* ſanguinem Zacharie dicunt hodie fuſum; Ara. etiam parent veſtigia clavorum militum, qui eum occiderunt, per totam aream, ut putes in cera fixum eſſe. Sunt ibi & *ſtatue* due *Hadriani*, & eſt non longe de ſtatuis lapis pertuſus, ad quem veniunt Iudei ſingulis annis, Statue Hadriani. & unguent eum, & lamentant ſe cum gemitu, & veſtimenta ſua ſcindunt, & ſic recedunt. Eſt ibi & domus Ezechie, regis Iude.

Item exeunti Hieruſalem, ut aſcendas *Sion*, in parte Sion. ſiniſtra & deorſum in valle, iuxta murum, eſt piſcina, que dicitur *Siloa* & habet quadriporticum, & alia piſ- Siloa. cina grandis foras. Hic fons ſex diebus atque noctibus currit, ſeptimo vero die, qui eſt ſabbatum, in totum nec nocte, nec die currit.

Ex[a] eadem aſcenditur Sion, & paret, ubi fuit *domus Caiphe* ſacerdotis, & columna adhuc ibi eſt, in qua Domus Caiphe.

a. Mſſ. habent in.

Christum flagellis ceciderunt. Intus autem, intra murum
Palatium David. Sion, paret locus, ubi *palatium* habuit *David*. Ex septem
Synagoge. synagogis, que illic fuerant, una tantum remansit; reliquie autem arantur & seminantur, sicut Isaias propheta dixit.

Porta neapolitana. Inde ut eas foras murum de Sion, eunti ad *portam neapolitanam* ad partem dextram, deorsum in valle sunt
Pretorium. parietes, ubi domus fuit sive *pretorium* Pontii Pilati. Ibi Dominus auditus est, antequam pateretur. A sinistra
Golgotha. autem parte est monticulus *Golgotha*, ubi Dominus cru-
Crypta Domini. cifixus est. Inde quasi ad lapidis missum est *crypta*, ubi corpus eius positum fuit, & tertio die surrexit. Ibidem
Basilica Constantini. modo iussu *Constantini* imperatoris *basilica* facta est, id est, dominicum mire pulchritudinis, habens ad latus exceptoria, unde aqua levatur, & balneum a tergo, ubi infantes lavantur.

Item ab Hierusalem eunti ad portam, que est contra
Vallis Iosaphat. orientem, ut ascendatur in montem Oliveti, *vallis*, que dicitur *Iosaphat*. Ad partem sinistram, ubi sunt vinee, est & petra, ubi Iudas Iscarioth Christum tradidit; ad partem vero dextram est arbor palme, de qua infantes ramos tulerunt &, veniente Christo, substraverunt. Inde
Monumenta Isaie & Ezechie. non longe, quasi ad lapidis missum, sunt *monumenta* duo, monubiles mire pulchritudinis, facta: in unum positus est *Isaias* propheta, qui est vere monolithus, & in alium *Ezechias*, rex Iudeorum.

Mons Oliveti. Inde ascendis in *montem Oliveti*, ubi Dominus ante passionem discipulos docuit. Ibi facta est iussu Constantini basilica mire pulchritudinis. Inde non longe est monticulus, ubi Dominus ascendit orare, & apparuit illic Moyses & Elias, quando Petrum & Iohannem secum duxit. Inde ad orientem passus mille quingentos est villa,
Bethania. que appellatur *Bethania*. Ibi est crypta, ubi Lazarus positus fuit, quem suscitavit Dominus.

Iericho. Item ab Hierusalem in *Iericho* . . . millia XVIII

Defcendentibus de monte in parte dextra, retro monumentum, eft *arbor fycomori*, in quam *Zacheus* afcendit, ut Chriftum videret. A civitate paffus mille quingentos eft *fons Helifei* prophete. Antea fi qua mulier ex ipfo aquam bibebat, non faciebat natos. Ad latus eft vas fictile. Helifeus mifit in id falem, & venit & ftetit fuper fontem, & dixit: *Hec dicit Dominus: Sanavi aquas has; ex eo fonte fi qua mulier biberit, filios faciet.* Supra eundem vero fontem eft *domus Rachab* fornicarie, ad quam exploratores introierunt, & occultavit eos, quando *Hiericho* everfa eft, & fola evafit. Ibi fuit civitas Iericho, cuius muros gyraverunt cum arca Teftamenti filij Ifrael, & ceciderunt muri. Ex eo non paret nifi locus, ubi fuit arca Teftamenti, & lapides duodecim, quos filij Ifrael de Iordane levaverunt. Ibidem Iefus, filius Nave, circumcidit filios Ifrael, & circumcifiones eorum fepelivit. Sycomorus Zachei. Fons Helifei. Domus Rahab. Iericho. Gilgal.

Item ab Iericho ad *mare Mortuum* . . millia IX Mare Mortuum.

Eft aqua ipfius valde amariffima, ubi in totum nullius generis pifcis eft, nec aliqua navis, & fi quis hominum miferit fe, ut natet, ipfa aqua eum verfat. Inde ad *Iordanem*, ubi Dominus a Iohanne baptizatus eft, millia V. Iordanis.

Ibi eft locus fuper flumen, monticulus in illa ripa, ubi raptus eft Helias in celum.

Item ab Hierufalem euntibus Bethlehem millia VI

Super ftrata, in parte dextra, eft *monumentum*, ubi *Rachel* pofita eft, uxor Iacob. Inde millia duo, a parte finiftra, eft *Bethlehem*, ubi natus eft Dominus Iefus Chriftus. Ibi bafilica facta eft iuffu Conftantini. Inde non longe eft *monumentum* Ezechiel, Afaph, Iob, Ieffe, David, Salomon, & habet in ipfa crypta, ad latus deorfum defcendentibus, hebreis litteris nomina fuprafcripta. Monumentum Rachel. Bethlehem. Monumenta regum.

Inde *Bethafora* . . . . millia XIIII Bethafora (fons Philippi).

Ibi eft *fons*, in quo *Philippus* eunuchum baptizavit.

Inde ad Terebinthum . . . millia VIII

Ibi *Abraham* habitavit, & *puteum* fodit fub arbore Puteus Abraham.

terebintho, & cum angelis locutus eſt, & cibum ſumſit. Ibi baſilica mire pulchritudinis facta eſt iuſſu Conſtantini.

Hebron. Inde Terebintho *Hebron* . . . millia II

Sepulcrum Abraham aliorumque. Ibi eſt memoria per quadrum ex lapidibus mire pulchritudinis, in qua poſiti ſunt Abraham, Iſaac, Iacob, Sara, Rebecca & Lia.

Item ab Hieroſolyma ſic :

Civitas Nicopolis	millia XXII
civitas Lydda	X
mutatio Antipatrida	X
mutatio Betthar[a]	X
civitas Ceſarea[b]	XVI

Fit omnis ſumma a Conſtantinopoli uſque Hieruſalem millia undecies centena lxiiij, mutationes lxviiij, manſiones lviij.

Item per Nicopolim Ceſaream millia lxxiij ſ., mutationes v, manſiones iij.

Item ab Heraclea per Macedoniam:

Mutatio Erea	millia XVI
manſio Regiſto	XII
mutatio Bedizo	XII
civitas Apris	XII
mutatio Zeſutera	XII
Fines Europe & Rhodopee.	
Manſio Sirogellis	X
mutatio Drippa	XIIII
manſio Gypſela	XII
mutatio Demas	XII
civitas Traianopoli	XIII
mutatio ad Unimpara	VIII
mutatio Salei	VII

a. *V.* Bettarum. — b. *V. cetera deſunt uſque Tarracinam.*

mutatio Melalico	millia VIII
manſio Berozicha	XV
mutatio Breierophara	X
civitas Maximianopoli	X
mutatio ad Stabulo Dio . . . . . . [a] . .	XII
mutatio Rumbodona	X
civitas Epirum	X
mutatio Purdis	VIII
Fines Rhodopee & Macedonie.	
Manſio Hercontroma	VIIII
mutatio Neapolim	VIIII
civitas Philippis	X
ubi Paulus & Sileas in carcere fuerunt.	
Mutatio ad Duodecimum . . .	XII
mutatio Domeros	VII
civitas Amphipolim	XIII
mutatio Pennana	X
mutatio Euripidis	X
Ibi poſitus eſt Euripides poeta.	
Manſio Appollonia	XI
mutatio Heracleuſtibus	XI
mutatio Duodea	XIIII
civitas Theſſalonica	XIII
mutatio ad Decimum	X
mutatio Gephyra	X
civitas Pelli, *unde fuit Alexander Magnus Macedo*	X
mutatio Scurio	XV
civitas Edeſſa [b]	XV
mutatio ad Duodecimum	XII
manſio Cellis	XVI
mutatio Grande	XIIII
mutatio Melitonus	XIIII
civitas Heraclea	XII

I

a. Weſſ. Diomedis? — b. *Al.* Ediſſa.

mutatio Parambole	millia XII
mutatio Brucida	XVIIII

Fines Macedonie & Epiri.

Civitas Cledo	XIII
mutatio Patras	XII
manſio Claudanon	IIII
mutatio in Tabernas	VIIII
manſio Grandavia	VIIII
mutatio Traiecto [a]	VIIII
manſio Hiſcampis	VIIII
mutatio ad Quintum	VI
manſio Coladiana	XV
manſio Maruſio	XIII
manſio Abſos	XIIII
mutatio Stephanaphana	XII
civitas Apollonia	XVIII
mutatio Stephana	XII
manſio Aulona, *traiectum*	XII

Fit omnis ſumma ab Heraclea per Macedoniam Aulonam uſque millia dclxxxviij, mutationes lviij, manſiones xxv.

Trans mare ſtadia mille, quod facit millia centum, & venis Hydrontum,[b] manſio mille paſſus.

Mutatio ad Duodecimum	millia XIII
manſio Clipeas	XII
mutatio Valentia	XIII
civitas Brindiſi	XI
manſio Spilenees	XIIII
mutatio ad Decimum	XI
civitas Leonatie	X
mutatio Turres Aurilianas	XV

a. *Al.* Treiecto. — b. *Al.* Odronto.

mutatio Turres Iuliane . . .	millia VIIII
civitas Beroes	XI
mutatio Butontones	XI
civitas Rubos	XI
mutatio ad Quintodecimum . . .	XV
civitas Canusio	XV
mutatio Undecimum	XI
civitas Serdonis	XV
civitas Aecas	XVIII
mutatio Aquilonis	X
Fines Apulie & Campanie.	
Mansio ad Equum magnum . . .	VIII
mutatio vicus Forno novo . . .	XII
civitas Benevento	X
civitas & mansio Claudiis . . .	XII
mutatio Novas	VIIII
civitas Capua	XII

Fit summa ab Aulona usque Capuam millia cclxxxviiij, mutationes xxv, mansiones xiij.

Mutatio ad Octavum . . .	millia VIII
mutatio Ponte Campano	VIIII
civitas Sonuessa	VIIII
civitas Menturnas	VIIII
civitas Formis	VIIII
civitas Fundis	XII
civitas Tarracina	XIII
mutatio ad Medias	X
mutatio Appi Foro [a]	VIIII
mutatio Sponsas	VII
civitas Aricia & Albona	XIIII
mutatio ad Nonum [b]	VII

a. *V.* viij. — b. *V.* Ionum.

in urbem Romam	millia	VIIII

Fit a Capua usque ad urbem Romam millia cxxxvj, mutationes xiiij, mansiones viiij.

FIT AB HERACLEA PER AULONAM IN URBEM ROMAM USQUE MILLIA UNDECIES CENTENA XIII,[a] MUTATIONES CXVII, MANSIONES XLVI.

Ad urbem[b] Mediolanum:

Mutatio Rubras	millia	VIIII
mutatio ad Vicesimum		XI
mutatio Aqua Viva		XII
civitas Utriculo, mansio[c]		XII
civitas Narnie		XII
civitas Interamna		VIII
mutatio Tribus Tabernis[d]		III
mutatio Fani Fugitivi[e]		X
civitas Spolitio		VII
mutatio Sacraria		VIII
civitas Trevis[f]		IIII
civitas Fulginis		V
civitas Foro Flamini		III
civitas Noceria		XII
civitas Ptanias		VIII
mansio Herbello[g]		VII
mutatio ad Hesis[h]		X
mutatio ad Calem[i]		XIIII
mutatio Intercisa		VIIII
civitas Foro Semproni		VIIII
mutatio ad Octavum		VIIII
civitas Fano Fortune		VIII
civitas Pisauro[k]		XXIIII

a. *P.* xvij. — b. *Al.* ab urbe. — c. *Al.* Ucriculo, Hericulo. — d. *V.* Taernis. — e. *V.* Fugenui. — f. *V.* Tranes. — g. *Al.* Erbello, Herbelloni. — h. *V.* Adesse. — i. *P.* Cale, *V.* Caloe. — k. *P. deest* xxiv.

...... usque ad Riminum [a] . . millia	
mutatio Conpetu	XII
civitas Cesena	VI
civitas Foro Populi [b]	VI
civitas Foro Livi [c]	VI
civitas Faventia	V
civitas Foro Corneli	X
civitas Claterno	XIII
civitas Bononia	X
mutatio ad Medias	XV
mutatio Victoriolas	X
civitas Mutena	III
mutatio Ponte Secies	V
civitas Regio	VIII
mutatio Canneto	X
civitas Parme	VIII
mutatio ad Tarum	VII
mansio Fidentie [d]	VIII
mutatio ad Fonticulos	VIII
civitas Placentia	XIII
mutatio ad Rotam	XI
mutatio Tribus Tabernis	V
civitas Laude [e]	VIIII
mutatio ad Nonum	VII
civitas Mediolanum	VII

Fit omnis summa ab urbe Roma Mediolanum usque millia ccccxvj, mutationes xlij, mansiones xxiiij. [f]

a. *P.* Ariminum. — b. *V.* Foropuli. — c. *V.* Liti. — d. *V.* Sidencie. — e. *V.* viij. — f. *V.* ccccxcj, mut. xliiij, manf. xxxiiij.

II

S. HIERONYMI

PEREGRINATIO SANCTAE PAULAE

[404]

INDEX CODICUM MMSS.

QUIBUS USUS EST EDITOR.

Cod. membran. in bibliotheca regia publica Monac., 12104, fec. XI.

Cod. membran. ibidem, 14031, fec. XI.

SANCTI HIERONYMI

PEREGRINATIO

SANCTAE PAULAE

QUUM orientis & occidentis epiſcopos ob quaſdam eccleſiarum diſſenſiones Romam imperiales littere contraxiſſent, vidit [Paula] admirabiles viros Chriſtique pontifices, Paulinum, Antiochene urbis epiſcopum, & Epiphanium Salamine Cypri, que nunc Conſtantia dicitur: quorum Epiphanium etiam hoſpitem habuit, Paulinum, in aliena manentem domo, quaſi proprium humanitate poſſedit. Quorum accenſa virtutibus per momenta patriam deſerere cogitabat. Non domus, non liberorum, non familie, non poſſeſſionum, non alicuius rei, que ad ſeculum pertinet, memor, ſola, ſi dici poteſt, & incomitata ad eremum Antoniorum atque Paulorum pergere geſtiebat.

II. Tandemque exacta hieme, aperto mari, redeuntibus ad eccleſias ſuas epiſcopis, & ipſa voto cum eis ac deſiderio navigavit. Quid ultra differo? [a] Deſcendit ad portum, fratre, cognatis, affinibus &, quod his maius eſt, liberis proſequentibus & clementiſſimam matrem pietate vincere cupientibus. Iam carbaſa tendebantur &

a. *Forte* diſſero.

remorum ductu navis in altum protrahebatur. Parvus Texotius supplices manus tendebat in littore; Rufina, iam nubilis, ut suas exspectaret nuptias, tacens fletibus obsecrabat. Et tamen illa siccos tendebat ad celum oculos, pietatem in filios pietate in Deum superans. Nesciebat se matrem, ut Christi probaret ancillam. Torquebantur viscera &, quasi a suis membris distraherentur, cum dolore pugnabat : in eo cunctis admirabilior, quod magnam vinceret caritatem. Inter hostium manus & captivitatis duram necessitatem nihil crudelius est quam parentes a liberis separari. Hec contra iura nature plena fides patiebatur, immo gaudens animus appetebat, &, amorem filiorum maiore in Deum amore contemnens, in sola Eustochio, que & propositi & navigationis eius comes erat, acquiescebat. Sulcabat interim navis mare &, cunctis, qui cum ea vehebantur, littora respicientibus, ipsa aversos tenebat oculos, ne videret, quos sine tormento videre non poterat. Fateor, nulla sic amavit filios, quibus, antequam proficisceretur, cuncta largita est, exheredens se in terra, ut hereditatem inveniret in celo.

Pontia. III. Delata ad insulam *Pontiam*, quam clarissime quondam feminarum sub Domitiano principe, pro confessione nominis christiani, Flavie Domitille nobilitavit exsilium, vidensque cellulas, in quibus illa longum martyrium duxerat, sumtis fidei alis, Hierosolymam & sancta loca videre cupiebat. Tardi erant venti & omnis pigra velocitas. Inter Scyllam & Charybdem Adriatico se credens pelago, quasi per stagnum venit *Methonen*, ibique refocillato paululum corpusculo, (Methone.)

Et sale tabentes artus in littore ponens,
Per Maleam & Cytheram sparsasque per equor
Cyclades, & crebris freta consita terris,

Cyprus. post *Rhodum* & *Lyciam*, tandem vidit *Cyprum*, ubi sancti & venerabilis Epiphanij pedibus provoluta decem

ab eo diebus retenta eſt non in refectionem, ut ille arbitratur, ſed in opus Dei, ut rebus comprobatum eſt. Nam omnia illius regionis luſtrans monaſteria, prout potuit, refrigeria ſumtuum fratribus dereliquit, quos amor ſancti viri de toto illuc orbe conduxerat.

IV. Inde brevi curſu transfretavit *Seleuciam*, de qua Seleucia. aſcendens *Antiochiam* ſancti confeſſoris Paulini modi- Antiochia. cum caritate detenta, media hieme calente ardore fidei, femina nobilis, que prius eunuchorum manibus portabatur, aſello ſedens profecta eſt. Omitto *Celes Syrie* & Celeſyria. *Phenicis* iter: neque enim hodeporicon ei[a] diſpoſui Phenice. ſcribere; ea tantum loca nominabo, que ſacris voluminibus continentur. *Beryto*, romana colonia, & antiqua Berytus. urbe *Sidone* derelicta, in *Sarepte* littore Helie eſt ingreſſa Sidon. Sarepta. turriculam, in qua, adorato Domino ſalvatore, per arenas *Tyri*, in quibus genua Paulus fixit, pervenit Acco, Tyrus. que nunc *Ptolemais* dicitur, & per campos Megiddo Io- Ptolemais. Megiddo. ſie necis conſcios intravit terram Philiſtim. Philiſtim.

V. Mirata ruinas Dor, urbis quondam potentiſſime, &, verſa vice, Stratonis turrim ab Herode, rege Iude, in honorem Ceſaris Auguſti *Ceſaream* nuncupatam, in Ceſarea. qua Cornelij domum, Chriſti vidit eccleſiam, & Philippi ediculas & cubiculum quatuor virginum prophetarum; deinde *Antipatridam*, ſemirutum oppidulum, quod patris Antipatrida. ex nomine Herodes vocaverat, viſitavit, & *Lyddam* ver- Lydda. ſam in Dioſpolim, Dorcadis atque Enee reſurrectione ac ſanitate inclytam, haud procul ab ea *Arimathiam*, vicu- Arimathia. lum Ioſeph, qui Dominum ſepelivit, & *Nobe*, urbem Nobe. quondam ſacerdotum, nunc tumulum occiſorum, *Iop-* Ioppe. *pen* quoque, fugientis portum Ione &, ut aliquid perſtringam de fabulis poetarum, religate ad ſaxum Andromede ſpectatricem; repetitoque itinere, *Nicopolim*, que prius *Emmaus* vocabatur, apud quam in fractione panis Emmaus.

a. Mſ.; eius ed.

cognitus dominus, Cleophe domum in ecclesiam dedicavit.

Bethoron. VI. Atque inde proficiscens ascendit *Bethoron* inferiorem & superiorem, urbes a Salomone conditas, sed varia postea bellorum tempestate deletas, ad dextram aspiciens *Aialon* & *Gabaon*, ubi Iesus, filius Nave, contra quinque reges dimicans, soli imperavit & lune, & Gabaonitas, ob dolos & insidias federis impetrati, in aquarios & lignarios damnavit. In *Gabaa*, urbe usque ad solum diruta, paululum substitit recordata peccati eius & concubine in frustra divise & tribus Beniamin in trecentos viros propter Paulum apostolum reservatos. Quid diu moror? Ad levam mausoleo Helene derelicto, que, Adiabenorum regina, in fame populum frumento iuverat, ingressa est *Hierosolymam*, urbem trinominem, Iebus, Salem, Ierusalem, que ab Elio, postea Hadriano, de ruinis & cineribus civitatis in Eliam suscitata[a] est. Quumque proconsul Palestine, qui familiam eius optime noverat, premissis apparitoribus, iussit parari pretorium, elegit humilem cellulam, & cuncta loca tanto ardore ac studio circumivit, ut, nisi ad reliqua festinaret, a primis non posset abduci. Prostrataque ante crucem, quasi pendentem Dominum cerneret, adorabat; ingressa sepulcrum resurrectionis osculabatur lapidem, quem ab ostio monumenti amoverat angelus, & ipsum corporis locum, in quo Dominus iacuerat, quasi sitiens desideratas aquas, fideli ore lambebat. Quid ibi lacrimarum, quantum gemituum, quid doloris effuderit, testis est cuncta Hierosolyma, testis est ipse Dominus, quem rogabat.

Aialon. Gabaon.

Gabaa.

Hierosolyma.

Sion. VII. Inde egrediens ascendit *Sion*, que in arcem vel speculam vertitur. Hanc urbem quondam expugnavit & reedificavit David. Unde de expugnata scribitur: *Ve tibi, civitas Ariel*, id est, leo Dei, & quondam firmissima,

a. Ed.; Ms. sustenta, sustentata.

quam expugnavit David, & de ea, que edificata eſt, dictum eſt: *Fundamenta eius in montibus ſanctis. Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob;* non eas portas, quas hodie cernimus in favillam & cinerem diſſolutas, ſed portas, quibus non prevalet infernus & per quas credentium ad Chriſtum ingreditur multitudo. Oſtendebatur illic columna eccleſie porticum ſuſtinens, infecta cruore Domini, ad quam vinctus dicitur & flagellatus; monſtrabatur locus, ubi ſuper centum viginti credentium animas ſpiritus ſanctus deſcendiſſet, ut Ioelis vaticinium compleretur.

VIII. Deinde, pro facultatula ſua, pauperibus atque conſervis pecunia diſtributa, perrexit Bethlehem, & in dextra parte itineris ſtetit ad *ſepulcrum Rachel*, in quo Beniamin, non, ut vocaverat moriens, Benoni, hoc eſt, filius doloris mei, ſed, ut pater prophetavit in ſpiritu, filium dextre procreavit. Atque inde *Bethlehem* ingreſſa & in ſpecum ſalvatoris introiens, poſtquam vidit ſacrum virginis diverſorium & ſtabulum, in quo *agnovit bos poſſeſſorem ſuum & aſinus preſepe Domini ſui*, ut illud impleretur, quod in eodem propheta ſcriptum eſt: *Beatus, qui ſeminat ſuper aquas, ubi bos & aſinus calcant*, me audiente iurabat cernere ſe oculis fidei infantem pannis involutum vagientem in preſepe Dominum, magos adorantes, ſtellam fulgentem deſuper, matrem virginem, nutritium ſedulum, paſtores nocte venientes, ut viderent verbum, quod factum erat, & iam tunc evangeliſte Iohannis principium dedicarent: *In principio erat verbum, & verbum caro factum eſt*, parvulos interfectos, Herodem ſevientem, Ioſeph & Mariam fugientes in Egyptum. Mixtiſque gaudio lacrimis loquebatur: Salve, Bethlehem, domus panis, in qua natus eſt ille panis, qui de celo deſcendit; ſalve, Ephrata, regio uberrima atque καρποφόρε, cuius fertilitas Deus eſt. De quo quondam Micheus vaticinatus eſt: *Et tu, Bethlehem Ephrata, non minima es in millibus Iuda. Ex te mihi egredietur qui ſit*

Sepulchrum Rachel.

Bethlehem.

princeps in Israel, & egressus eius ab initio, a diebus eternitatis. Propterea dabis eos usque ad tempus parientis. Pariet, & reliquie fratrum eius convertentur ad filios Israel. In te enim natus est princeps, qui ante luciferum genitus est: cuius de patre nativitas omnem excedit etatem. Et tamdiu in te davidici generis origo permansit, donec virgo pareret, & reliquie populi credentis in Christum converterentur ad filios Israel & libere predicarent: *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis eterne vite, ecce convertimur ad gentes.* Dixerat enim Deus: *Non veni nisi ad oves perditas domus Israel.* Et eo tempore Iacob super eo verba completa sunt: *Non deficiet princeps ex Iuda & dux de femoribus eius, donec veniat cui repositum est, & ipse erit exspectatio gentium.* Bene David iurabat, bene vota faciebat dicens: *Si introiero in tabernaculum domus mee, si ascendero in lectum strati mei, si dedero somnum oculis meis & palpebris meis dormitationem & requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Domino Iacob.* Et statim quid desideraret, exposuit, atque oculis prophetalibus, quem non venisse iam credimus, ille venturum esse cernebat. *Ecce audivimus illum in Ephrata, invenimus eum in campis silve. Zo* quippe sermo hebraicus, ut te docente didici, non Mariam, matrem Domini, hoc est αὐτὴν, sed ipsum, id est αὐτὸν, significat. Unde loquitur confidenter: *Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, ubi steterunt pedes eius.* Et ego misera atque peccatrix, digna sum iudicata deosculari presepe, in quo Dominus parvulus vagiit, orare in spelunca, in qua virgo puerpera Dominum fudit infantem? Hec requies mea, quia Domini mei patria est; hic habitabo, quoniam salvator elegit eam. *Paravi lucernam Christo meo. Anima mea illi vivet, & semen meum serviet ipsi.*

Turris Ader. IX. Haud procul inde descendit ad *turrim Ader*, id est, gregis, iuxta quam Iacob pavit greges suos, & pastores

nocte vigilantes audire meruerunt: *Gloria in excelſis Deo & ſuper terram pax hominibus bone voluntatis.* Dumque ſervant oves, invenerunt agnum Dei puro & mundiſſimo vellere, quod in ariditate totius terre celeſti rore completum eſt, & cuius ſanguis tulit peccata mundi & exterminatorem Egypti, illitus in poſtibus, fugavit.

X. Statimque concito gradu cepit per viam veterem pergere, que ducit Gazam ad potentiam vel ad divitias Dei, & tacita ſecum volvere, quomodo eunuchus Ethiops, gentium populos prefigurans, mutaverit pellem ſuam, & dum vetus relegit inſtrumentum, fontem reperit Evangelii. Atque inde ad dextram tranſiit *Bethſur*, & inde[a] venit *Eſcol*, que in botrum vertitur. Unde in teſtimonium terre fertiliſſime & in typum eius, qui dicit: *Torcular calcavi ſolus, & de gentibus non eſt vir mecum*, exploratores botrum mire magnitudinis portaverunt. Bethſur. Eſcol.

XI. Nec poſt longum ſpatium intravit Sare cellulas, videns incunabula Iſaac & veſtigia quercus Abraham, ſub qua vidit diem Chriſti & letatus eſt. Atque inde conſurgens aſcendit *Hebron*. Hec eſt Cariatharbe, id eſt, oppidum virorum quatuor, Abraham, Iſaac, Iacob & Adam magni, quem ibi conditum, iuxta librum Ieſu Nave, Hebrei autumant, licet plerique Caleb quartum putant, cuius ex latere memoria monſtratur. His inſpectis, noluit pergere ad *Cariathſepher*, id eſt, viculum litterarum, quia, contemnens occidentem litteram, reperat ſpiritum vivificantem. Magiſque mirabatur ſuperiores & inferiores aquas, quas Othoniel, filius Iephone Kenez, pro auſtrali terra & arida poſſeſſione ſuſceperat & quarum ductu ſiccos prioris inſtrumenti agros faciebat irriguos, ut redemtionem veterum peccatorum in aquis baptiſmi reperiret. Hebron. Cariathſepher.

XII. Altero die, orto iam ſole, ſtetit in ſupercilio *Caphar Barucha*, id eſt, ville benedictionis, quem ad locum Caphar Barucha.

a. Mſ.

Abraham Dominum profecutus eft. Unde latam defpiciens folitudinem ac terram quondam Sodome & Gomorrhe, Adame & Seboim, contemplata eft hortum bal-
Engaddi. Segor. fami & vineas *Engaddi*, & *Segor* vitulam conternantem, que prius Bala vocabatur & in Zoaram, id eft, parvulam, fyro fermone tranflata eft. Recordabatur fpelunce Loth &, verfa in lacrimas, virgines focias admonebat cavendum effe vinum, in quo eft luxuria: cuius opus Moabite funt & Ammonite. Diu ergo in meridie, ubi fponfa cubantem reperit fponfum, & Iofeph inebriatus eft cum fratribus fuis, morata eft.[a]

Thecua. XIII. Revertar Hierofolyman per *Thecuam*, patriam
Mons Oliveti. Amos, rutilantem *montis Oliveti* lucem afpiciam, de quo falvator afcendit ad patrem: in quo per annos fingulos vacca rufa in holocauftum Domino cremabatur, & cuius cinis expiabat populum Ifrael: in quo, iuxta Ezechielem, Cherubim de templo tranfmigrantes ecclefiam Domini
Sepulcrum Lazari. fundaverunt. Poft ingreffa *fepulcrum Lazari*, Marie &
Bethphage. Marthe vidit hofpitium, & *Bethphage*, villam facerdotalium maxillarum, & locum, in quo pullus lafciviens gentium Dei frena fufcepit apoftolorumque ftratus veftibus mollia terga prebuit ad fedendum.

XIV. Rectoque itinere defcendebat Iericho, recogitans illum de Evangelio vulneratum ac, facerdotibus & levitis mentis feritate pretereuntibus, clementiam Samarite, id eft, cuftodis, qui feminecem fuo iumento impofitum ad
Adomim. ftabulum ecclefie deportavit: & locum *Adomim*, quod interpretatur fanguinum, quia multus in eo fanguis crebris latronum fundebatur incurfibus: & arborem fycomorum Zachei, id eft, bona penitentie opera, quibus cruenta dudum & noxia rapinis peccata calcabat excelfumque Dominum de excelfo virtutum intuebatur: & iuxta viam cecorum loca, qui, receptis luminibus, utriufque

a. In ed. mor. e. om.

populi credentis in Dominum ſacramenta premiſerant. Ingreſſa *Iericho* vidit urbem, quam fundavit Hiel in Abiram, primogenito ſuo, & cuius portas poſuit in Segub, noviſſimo filiorum. Intuita eſt caſtra *Galgale* & acervum preputiorum & ſecunde circumciſionis myſterium, & duodecim lapides, qui, de Iordanis illuc tranſlati alveo, duodecim apoſtolorum fundamenta firmaverunt, & fontem quondam legis amariſſimum & ſterilem, quem vero *Heliſeus* ſua condivit ſapientia & in dulcorem ubertatemque convertit. Vix nox tranſierat, ferventiſſimo eſtu venit ad *Iordanem*, ſtetit in ripa fluminis &, orto ſole, ſolis iuſtitie recordata eſt, quomodo in medio Iordanis alveo ſicca ſacerdotes poſuerint veſtigia & ad Helie & Heliſei imperium, ſtantibus ex utraque parte aquis, iter unda prebuerit pollutaſque diluvio aquas & totius humani generis interfectione maculatas ſuo Dominus mundaverit baptiſmo.

Iericho. Galgala. Fons Heliſei. Iordanis.

XV. Longum eſt, ſi velim de *valle Achor* dicere, id eſt, tumultus atque turbarum, in qua furtum & avaritia condemnata eſt, & de *Bethel*, domo Dei, in qua ſuper nudam humum nudus & pauper dormivit Iacob &, poſito ſubter caput lapide, qui in Zacharia ſeptem oculos habere deſcribitur & in Iſaia lapis dicitur angularis, vidit ſcalam uſque ad celum tendentem, in qua Dominus deſuper innitebatur aſcendentibus porrigens manum & negligentes de ſublimi precipitans. Sepulcra quoque in monte Ephraim Ieſu, filii Nave, & Eleazari, filii Aron ſacerdotis, e regione veneratae eſt, quorum alter conditus eſt in *Thamnathſare* a ſeptentrionali parte *montis Gaas*, alter in *Gabaa*, filii ſui Phinees, ſatiſque mirata eſt, quod diſtributor poſſeſſionum ſibi montana & aſpera delegiſſet.

Vallis Achor. Bethel. Thamnathſare. Mons Gaas. Gabaa.

XVI. Quid narrem *Silo*, in qua altare dirutum hodieque monſtratur, & raptum Sabinarum a Romulo tribus beniamitica precucurrit? Tranſivit *Sichem*, non, ut plerique errantes legunt, Sichar, que nunc Neapolis appellatur,

Silo. Sichem.

Mons Garizim. Puteus Iacob. & ex latere *montis Garizim* exſtructam circa *puteum Iacob* intravit eccleſiam: ſuper quo reſidens Dominus, ſitienſque & eſuriens, Samaritane fide ſatiatus eſt, que, quinque moſaicorum voluminum viris ſextoque, quem ſe habere iactabat, errore Doſithei derelicto, verum meſſiam & verum reperit ſalvatorem. Atque inde divertens vidit duodecim
Samaria. patriarcharum ſepulcra & Sebaſtem, id eſt, *Samariam*, que in honorem Auguſti ab Herode greco ſermone Auguſta eſt nominata. Ibi ſiti ſunt Heliſeus & Abdias prophete &, quo maior inter natos mulierum non fuit, Iohannes Baptiſta: ubi multis intremuit mirabilibus; namque cernebat variis demones rugire cruciatibus & ante ſepulcra ſanctorum ululare homines more luporum, vocibus latrare canum, fremere leonum, ſibilare ſerpentum, mugire taurorum, alios rotare caput & poſt tergum terram vertice tangere ſuſpenſiſque pede feminis veſtes defluere in faciem. Miſerebatur omnium &, ſingulis effuſis lacrimis, Chriſti clementiam deprecabatur. Et ſicut erat invalida, aſcendit pedibus montem, in cuius duabus ſpeluncis, perſecutionis & famis tempore, Abdias propheta centum prophetas aluit pane & aqua.

Nazareth. XVII. Inde cito itinere percurrit *Nazareth*, nutriculam
Cana. Capharnaum. Domini, *Cana & Capharnaum*, ſignorum eius familiares,
Lacus Tiberiadis. *lacum Tiberiadis* navigante Domino ſanctificatum & ſolitudinem, in qua multa populorum millia paucis ſaturata ſunt panibus, & de reliquiis veſcentium repleti ſunt co-
Mons Tabor. phini duodecim tribuum Iſrael. Scandebat *montem Tabor*, in quo tranſfiguratus eſt Dominus; aſpiciebat procul
Hermon. Hermoniim. montes *Hermon & Hermoniim*, & campos latiſſimos Galilee, in quibus Siſara & omnis exercitus eius, Barach
Torrens Ciſon. vincente, proſtratus eſt, *torrentem*[a] *Ciſon*, qui mediam pla-
Naim. nitiem dividebat; & oppidum iuxta *Naim*, in quo vidue ſuſcitatus eſt filius, monſtrabatur.

a. Mſ., ed. torrens.

XVIII. Dies mihi prius quam ſermo defluit, ſi voluero cuncta percurrere, que Paula venerabilis fide incredibili pervagata eſt. Tranſibo ad *Egyptum*, & in *Sochot* atque apud fontem *Samſon*, quem de molari maxille dente produxit, ſubſiſtam parumper & arentia ora colluam, ut refocillatus videam *Moraſthim*, ſepulcrum quondam Michee prophete & nunc eccleſiam. Et ex latere derelinquam Chorreos & Getheos, *Mareſa*, Idumeam & *Lachis*. Et per arenas molliſſimas pergentium veſtigia ſubtrahentes latamque eremi vaſtitatem veniam ad Egypti fluvium *Sior*, qui interpretatur turbidus, & quinque Egypti tranſeam civitates, que loquuntur lingua chananitide, & terram *Geſſen* & campos Taneos, in quibus fecit Deus mirabilia, & urbem No, que poſtea verſa eſt in *Alexandriam*, & oppidum Domini *Nitriam*, in quo puriſſimo virtutum nitro ſordes lavantur quotidie plurimorum. Quod quum vidiſſet, occurrente ſibi ſancto & venerabili epiſcopo Iſidoro confeſſore & turbis innumerabilibus monachorum, ex quibus multos ſacerdotalis & leviticus ſublimabat gradus, letabatur quidem ad gloriam Domini, ſed ſe indignam tanto honore fatebatur. Quid ego narrem Macarios, Arſenios, Serapiones & reliqua columnarum Chriſti nomina? Cuius non intravit cellulam? Quorum pedibus non advoluta eſt? Per ſingulos ſanctos Chriſtum ſe videre credebat, & quidquid in illos contulerat, in Dominum ſe contuliſſe letabatur. Mirus ardor & vix in femina credibilis fortitudo; oblita ſexus & fragilitatis corporis inter tot millia monachorum cum puellis ſuis habitare cupiebat. Et forſitan, cunctis eam ſuſcipientibus, impetraſſet, ni maius ſanctorum locorum retraxiſſet deſiderium.

Egyptus. Sochot. Fons Samſon. Moraſthim. Mareſa. Lachis. Sior. Geſſen. Alexandria. Nitria.

XIX. Atque propter ferventiſſimos eſtus, de *Peluſio Maiumam* navigatione perveniens, tanta velocitate reverſa eſt, ut avem putares. Nec multo poſt in ſancta *Bethlehem* manſura perpetuo, anguſto per triennium manſit hoſpitiolo, donec extrueret cellulas ac monaſ-

Peluſium. Maiuma. Bethlehem.

teria & diverſorum peregrinorum iuxta viam conderet manſiones: in qua Maria & Ioſeph hoſpitium non invenerant.

Huc uſque iter eius deſcriptum ſit, quod multis virginibus & filia comite peragravit.

III

PAULA & EUSTOCHIUM

DE LOCIS SANCTIS

[386]

PAULAE & EUSTOCHII

EPISTOLA AD MARCELLAM

DE LOCIS SANCTIS

*　　*
*

SI poſt paſſionem Domini (ut ſcelerata vox concrepat) hic deteſtabilis locus eſt, quid voluit Paulus Hieroſolymam feſtinare, ut ibi faceret pentecoſten? qui retinentibus ſe locutus eſt, dicens: *Quid facitis flentes & conturbantes cor meum? Ego enim non ſolum ligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum pro nomine Domini Ieſu.* Quid ceteri ſancti & illuſtres viri, quorum vota & oblationes poſt predicationem Chriſti ad fratres, qui erant Hieroſolymis, deferebantur? Longum eſt nunc ab aſcenſu Domini uſque ad preſentem diem per ſingulas etates currere, qui epiſcoporum, qui martyrum, qui eloquentium in doctrina eccleſiaſtica virorum venerint Hieroſolymam, putantes minus ſe religionis, minus habere ſcientie, nec ſummam, ut dicitur, manum accepiſſe virtutum, niſi in illis Chriſtum adorarent locis, de quibus primum evangelium de patibulo coruſcaverat. Certe ſi etiam preclarus orator reprehendendum neſcio, quem putat, quod litteras grecas non Athenis, ſed Lilybei, latinas non Rome, ſed in Sicilia didicerit, quod videlicet unaqueque provincia habeat aliquid proprium, quod alia eque habere non poſſit: cur nos putamus abſque Athenis noſtris quem-

quam ad ſtudiorum faſtigia perveniſſe? Nec hoc dicimus, quod renuamus regnum Dei intra nos eſſe, & ſanctos viros etiam in ceteris eſſe regionibus, ſed quod hoc aſſeramus vel maxime, eos, qui in toto orbe ſunt primi, huc pariter congregari.

II. Ad que nos loca non ut prime, ſed ut externe venimus, ut primos in eis omnium gentium cerneremus. Certe flos quidam & pretioſiſſimus lapis inter eccleſiaſtica ornamenta monachorum & virginum chorus eſt. Quicumque in Gallia fuerit primus, huc properat. Diviſus ab orbe noſtro Britannus, ſi in religione proceſſerit, occiduo ſole dimiſſo, querit locum fama ſibi tantum & ſcripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Perſas, quid Indie & Ethiopie populos[a] ipſamque iuxta Egyptum fertilem monachorum, Pontum & Cappadociam, Syriam Celen & Meſopotamiam cunctaque orientis examina? que iuxta ſalvatoris eloquium, dicentis: *Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquile*, concurrunt ad hec loca & diverſarum nobis virtutum ſpecimen oſtendunt.

III. Vox quidem diſſona, ſed una religio. Tot pene pſallentium chori, quot gentium diverſitates. Inter hec, que vel prima in chriſtianis virtus eſt, nihil arrogans, nihil ſibi de continentia ſupercilii: humilitatis inter omnes contentio eſt. Quicumque noviſſimus fuerit, hic primus putatur. In veſte nulla diſcretio, nulla admiratio. Utcumque placuerit incedere, nec detractionis eſt, nec laudis. Ieiunia quoque neminem ſublevant, nec defertur inedie, nec modeſta ſaturitas condemnatur. Suo domino ſtat unuſquiſque aut cadit. Nemo iudicat alterum, ne a Domino iudicetur. Et quod in pleriſque provinciis familiare eſt, ut genuino dente ſe lacerent, hic penitus non habetur. Procul luxuria, procul voluptas.

IV. Tanta in ipſa urbe orationum loca, ut ad ea per-

a. Ed. populus.

agranda dies ſufficere non poſſit. Verum, ut ad villulam Chriſti & Marie diverſorium veniamus (plus enim laudat unuſquiſque, quod poſſidet), quo ſermone, qua voce ſpeluncam tibi poſſumus ſalvatoris exponere? Et illud preſepe, in quo infantulus vagiit, ſilentio magis quam infirmo ſermone honorandum eſt. Ubi ſunt late porticus? ubi aurata laquearia? ubi domus miſerorum pœnis & damnatorum labore veſtite? ubi, inſtar palatii, opibus privatorum exſtructe baſilice, ut vile corpuſculum hominis pretioſius inambulet &, quaſi mundo quidquam poſſit eſſe ornatius, tecta magis ſua velit adſpicere quam celum? Ecce in hoc parvo terre foramine celorum conditor natus eſt, hic involutus pannis, hic viſus a paſtoribus, hic demonſtratus a ſtella, hic adoratus a magis. Et hic, puto, locus ſanctior eſt rupe Tarpeia, que de celo ſepius fulminata oſtendit, quod Domino diſpliceret.

V. Lege Apocalypſim Iohannis, & quid de muliere purpurata, & ſcripta in eius fronte blaſphemia, ſeptem montibus, aquis multis & Babylonis cantetur exitu, contuere. *Exite*, inquit Dominus, *de illa populus meus, & ne participes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis.* Ad Ieremiam quoque regrediens, ſcriptum pariter attende: *Fugite de medio Babylonis & ſalvate unuſquiſque animam ſuam. Cecidit enim, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio demonum & cuſtodia omnis ſpiritus immundi.* Eſt quidem ibi ſancta eccleſia, ſunt trophea apoſtolorum & martyrum, eſt Chriſti vera confeſſio & ab apoſtolo predicata fides & gentilitate calcata, in ſublime ſe quotidie erigens vocabulum chriſtianum, ſed ipſa ambitio, potentia, magnitudo urbis, videri & videre, ſalutari & ſalutare, laudare & detrahere, vel audire vel proloqui, & tantam frequentiam hominum ſaltem invitum videre a propoſito monachorum & quiete aliena ſunt. Aut enim videmus venientes ad nos, & ſilentium perdimus, aut non videmus, & ſuperbie arguimur. Interdumque, ut viſi-

tantibus reddamus vicem, ad ſuperbas fores pergimus &, inter linguas rodentium miniſtrorum, poſtes ingredimur auratos.

VI. In Chriſti vero, ut ſupra diximus, villula tota ruſticitas &, extra pſalmos, ſilentium eſt. Quocumque te verteris, arator, ſtivam tenens, alleluia decantat. Sudans meſſor pſalmis ſe avocat &, curva attondens vitem falce, vinitor aliquid Davidicum canit. Hec ſunt in hac provincia carmina, he, ut vulgo dicitur, amatorie cantationes, hic paſtorum ſibilus, hec arma culture. Verum quid agimus, nec quid deceat cogitantes, ſolum quod cupimus, hoc videmus.

VII. O quando illud tempus adveniet, quum anhelus nuncium viator apportet, Marcellam noſtram ad Paleſtine littus appulſam, & toti monachorum chori, tota virginum agmina concrepabunt? Obviam iamiam geſtimus occurrere &, non exſpectato vehiculo, concitum pedibus ferre corpus. Tenebimus manus, ora cernemus & a deſiderato vix avellemur amplexu. Ergone erit ille dies, quando nobis liceat ſpeluncam ſalvatoris intrare? in ſepulcro Domini flere cum ſorore, flere cum matre? crucis deinde lambere lignum & in Oliveti monte, cum aſcendente Domino, voto & animo ſublevari? videre exire Lazarum faſciis colligatum, & fluenta Iordanis ad lavacrum Domini puriora? inde ad paſtorum caulas pergere, in David orare mauſoleo? Amos prophetam etiam nunc buccina paſtorali in ſua conſpicere rupe plangentem? ad Abraham, Iſaac & Iacob, trium quoque illuſtrium feminarum vel tabernacula properare vel memorias? videre fontem, in quo a Philippo eunuchus eſt tinctus? Samariam pergere, & Iohannis Baptiſte, Eliſei quoque & Abdie pariter cineres adorare? ingredi ſpeluncas, in quibus, perſecutionis & famis tempore, prophetarum agmina ſunt nutrita?

VIII. Ibimus ad Nazareth &, iuxta interpretationem nominis eius, florem videbimus Galilee. Haud procul inde

cernetur Cana, in qua aque in vinum verſe ſunt. Pergemus ad Itabyrium & tabernacula ſalvatoris, non, ut Petrus quondam voluit, cum Moyſe & Elia, ſed cum patre cernemus & ſpiritu ſancto. Inde ad mare veniemus Genezareth, & de quinque & ſeptem panibus videbimus in deſerto quinque & quatuor hominum millia ſaturata. Apparebit oppidum Naim, in cuius portis vidue filius ſuſcitatus eſt. Videbitur & Hermoniim & torrens Endor, [a] in quo ſuperatus eſt Siſara. Capharnaum quoque, ſignorum Domini familiare, & omnis pariter Galilea cernetur. Et tunc, comitante Chriſto, quum per Silo & Bethel & cetera loca, in quibus eccleſie, quaſi quedam victoriarum Domini, ſunt erecta vexilla, ad noſtram ſpeluncam redierimus, canemus iugiter, crebro flebimus, indeſinenter orabimus &, vulnerate iaculo ſalvatoris, in commune dicemus : *Inveni quem queſivit anima mea ; tenebo eum & non dimittam illum.*

a. Lege Ciſon.

IV

S. EUCHERIUS

DE LOCIS ALIQUIBUS SANCTIS

[circa 440]

CODEX MANUSCRIPTUS

QUO USUS EST EDITOR

aſſervatur in bibliotheca Vaticana, 636 A, f°, ſæc. XIII.

S. EUCHERII EPITOME

DE

LOCIS ALIQUIBUS SANCTIS

* *
*

Epiſtola Eucherij epiſcopi

ad

FAUSTINUM PRESBYTERUM.

Fauſtino preſbytero Inſulano Eucherius epiſcopus.

HIEROSOLYMITANE urbis ſitum atque ipſius Iudee, ut mihi relatione cognitus eſt vel lectione compertus, breviter amplexus ſum, brevique ipſum prefatione indicans, quia opuſculo non diffuſo nequaquam eſſe diffuſam prefationem decet. Vale in Chriſto, decus & preſidium meum. Præfatio.

I. Hieruſalem ab Elio Hadriano *Elia* vocitatur; nam, Ælia. poſt ſubverſionem Titi, conditoris Elii nomen cum opere ſuſcepit. Natura[a] loci edita, aiunt,[b] qualibet ex parte haud dubie aſcendendum erit; diutino quippe, ſed molli tractu aſſurgit. Situs ipſe urbis pene in orbem circumactus, non parvo murorum ambitu, quo etiam montem Sion, quondam vicinum, iam intra ſe recipit, qui, a meridie poſitus, pro arce urbi ſupereminet. Maior civitatis pars infra montem iacet in planitie humilioris collis ſita.

a. Mſ., ed. naturale loci edita. — *b*. Mſ. ibi eam.

Mons Sion. II. *Mons Sion* latere uno, quod aquilonem respicit, clericorum religiosorumque habitationibus sequestratur[a]: cuius in vertice planitiem monachorum cellule obtinuerunt[b] ecclesiam circumdantes, que illic, ut fertur, ab apostolis fundata pro loci resurrectionis dominice reverentia: ob quod promissum quondam per Dominum paracleto repleti sunt spiritu.

III. Celebriores tres sunt portarum exitus: unus ab occasu, alter ab oriente, tertius a septentrionali parte urbis.

IV. Primum de locis sanctis.

Martyrium. Pro conditione platearum divertendum est ad basilicam, que *martyrium* appellatur, a Constantino magno cultu exstructa. Dehinc coherentia ab occasu visuntur

Golgotha. Anastasis. *Golgotha* atque *anastasis*; sed anastasis in loco est resurrectionis, Golgotha vero, medius inter anastasim ac[c] martyrium, locus est dominice passionis: in quo etiam rupes apparet, que quondam ipsam, affixo Domini corpore, crucem pertulit. Atque hec[d] tamen[e] extra montem Sion posita cernuntur, quo se ad aquilonem deficiens loci tumor porrigit.

Templum. V. *Templum* vero, in inferiori parte urbis in vicinia muri ab oriente locatum magnificeque exstructum, quondam miraculum fuit, ex quo parietis unius in ruinis quedam pinna superest,[f] reliquis ad fundamenta usque destructis. Pauce illic cisterne in usum aquarum ostenduntur in ea parte civitatis, que ad septentrionem ostenditur in vicinia templi.

Bethesda. VI. *Bethesda*[g] gemino apparet insignis lacu, quorum alter hibernis plerumque impletur imbribus, alter rubris est discolor aquis.

VII. Ab ea fronte montis Sion, que prerupta rupe

a. Ed. frequentatur. — *b*. Ed. obtinent. — *c*. Mf., ed. medius in anastasim at. — *d*. Mf., ed. Aquæ hic. — *e*. Ed. tum. *Forte* tantum. — *f*. Ed. stat super. — *g*. Mf., ed. Bethsaida.

orientalem plagam ſpectat,[a] infra[b] muros atque radicibus collis fons Siloa prorumpit (qui non ſemper, ſed Siloa. in certis horis diebuſque emanat per antra ſaxaque decurrens), alternante[c] aquarum acceſſu in meridiem fluit. Iuxta murum Ieruſalem vel templi ab oriente Geennon occurrit, *vallis Ioſaphat*, a ſeptentrione in auſtrum Vallis Ioſaphat. porrecta, per quam torrens, ſiquando pluviarum aquas recipit, decurrit.

VIII. Circumiecta hieroſolymitane urbis aſpera & montuoſa cernuntur, que etiam *montem Oliveti* mille a ſe Mons Oliveti. diſcretum paſſibus in orientem proſpectat. Due in eo eccleſie celeberrime habentur: una in eodem fundata loco, in quo Dominus ad diſcipulos ſuos habuiſſe dicitur ſermones, altera in loco, de quo celum aſcendiſſe traditur.

IX. Sex millibus *Bethlehem* ab Hieroſolyma in meri- Bethlehem. diano latere ſecedit, que humili muro & abſque turribus anguſtiſſimo ſpatio circumdatur: ubi preſepe Domini, exornatum inſuper argento atque auro, fulgenti cella ambitur.

X. *Iericho* vero ab Hieruſalem in oriente eſtivo decem Iericho. & octo millibus excurrit. *Iordanis* quoque ab eadem celi Iordanis. parte Iudee pretenditur, quarto & quindecimo lapide ab Elia ſeparatur: qui, primum mare Tiberiadis inſecans atque ex hoc mergens, largis deinde ac placidis fluentibus aquis in *mare Mortuum* conditur: quod mare Hiero- Mare Mortuum. ſolyma viginti circiter millibus reſpicit. (Iordanis ideo dictus eſt, quod duo fontes in unum confluunt, quorum alter dicitur Ior, alter Dan appellatur.)

XI. *Hebron*, civitas quondam gigantum, lapide ferme Hebron. XXII. ab Hieruſalem ad[d] meridianam plagam diſtat. Mare Magnum nuſquam vicinius quam iuxta *Ioppen* op- Ioppe. pidum, quod XL ab ea in occaſum eſtivum millibus abeſt.

a. Mſ. expectat. — *b*. Mſ., ed. intra.

c. Mſ. alternante. — *d*. *Sic ego*, Mſ. infra.

XII. Longitudo terre a Dan uſque Berſabee protenditur, ab aquilonari plaga ad meridiem producta.

Dan. *Dan* quoque vicus exiguus eſt in exterioribus Iudee, que ſeptentrionalem plagam contuetur, in quarto

Paneas. *Paneade* milliario Tyrum pergentibus.

Ior. (*Ior* vero Hebrei fluvium appellant.)

Bezabee. Ceterum *Berſabee*, ut ſupra diximus, ad auſtrum vergens vicus eſt maximus XX ab Hebron millibus.

V

BREVIARIUS

DE HIEROSOLYMA

[circa 530]

CODEX MANUSCRIPTUS

QUO USUS EST EDITOR

affervatur in bibliotheca Ambrofiana Mediolanenfis, M. 79 fup., fæc. X.

BREVIARIUS

DE HIEROSOLYMA

* * *

Incipit breviarius, quomodo Hierosolyma constructa est.

IPSA civitas in monte posita.

In medio civitatis est *basilica Constantini*. In introitu basilice ipsius ad sinistram partem est cubiculum, ubi crux Domini posita est. Et inde intranti[a] in ecclesiam sancti Constantini magna ab occidente est absida, ubi invente sunt tres cruces. Est ibi desuper altare de argento & auro puro, & novem columne, que sustinent illud altare. Et ipsa absida in circuitu duodecim columne marmoree, omnino incredibile super ipsas columnas hydrie argentee duodecim. Et est in medio civitatis basilica illa, ubi est *lancea*, unde percussus est Dominus, & de ipsa facta est crux,[b] & lucet in nocte, sicut sol in virtute diei. Basilica Constantini. Tres cruces. Lancea.

Et inde intras[c] in *Golgotha*. Est ibi atrium grande, ubi crucifixus est Dominus. In circuitu, in ipso monte, sunt cancelli[d] argentei, & in ipso monte genus silicis admoratur.[e] Habet ostium argenteum,[f] ubi fuit *crux* Domini Golgotha. Crux exposita.

a. Ms. intrans. — b. Ms. lux. — c. Ms. intrans. — d. Ms. cancelle. — e. *Forte* advertitur. — f. Ms ostia argentea.

expofita, de auro & gemmis ornata tota, celo defuper patente; auro & argento multum ornati cancelli; ubi eft ille difcus, ubi caput fancti Iohannis portatum fuit; ubi

Cornu unctionis.

eft illud *cornu*, quo David unctus eft & Salomon, & ille annulus[a] ibidem, unde Salomon figillavit fermones,[b] & eft de electro; ubi plafmatus Adam, ubi obtulit Abraham Ifaac, filium fuum, in facrificium in ipfo loco, ubi crucifixus eft Dominus Iefus Chriftus.

Sepulcrum Domini.

Inde ad occidentem intras[c] fanctam refurrectionem, ubi eft *fepulcrum Domini*, ubi ante ipfum eft ille lapis, genus filicis. Supra ipfum eft ecclefia in rotundo pofita. Super ipfo fepulcro tranfvolatile argenteum & aureum & in circuitu omne de auro.

Altare Zachariæ.

Ante ipfum fepulcrum eft *altare*, ubi Zacharias fanctus occifus eft, ubi arefcit fanguis eius.

Sacrarium, bafilica Conftantini. Calamus, fpongia, calix.

Deinde ad *facrarium* de bafilica fancti Conftantini, ubi eft cubiculum, ubi eft ille *calamus* & illa *fpongia*, & ille *calix*, quem benedixit Dominus & dedit difcipulis fuis bibere, & ait: *Hoc eft corpus meum & fanguis meus.*

Templum Domini.

Inde vadis ad illam *bafilicam*, ubi invenit Iefus ementes & vendentes, eiecitque foras (cathedras vendentium), columbas (evertit).[d]

Bafilica Sion. Columna Dom. Stephanus lapidatus.

Deinde vadis ad fancte none (Sion) *bafilicam* magnam nimis, ubi eft illa *columna*, ubi cefus eft Dominus Iefus. Apparet ibi, quomodo manu amplexavit, quafi in cera defignaffet. Unde venis ad facrificium, ubi eft ille *lapis*, unde lapidatus eft Stephanus fanctus. In media bafilica eft corona de fpinis, quam accepit Iefus. Et eft ibi illa *lucerna*, ubi docebat difcipulos, quando cenaverat. Ibi illa eft virga inclufa in columna argentea.

a. Mf. anullus. — *b.* Mf. dermones. *Supra poft* argentee XII *omifi eadem verba:* figill. Salom. dermones. — *c.* Mf. intrans. — *d. Ex Ev. S. Marci,* XI, 15, *addidi, quod in parenthefi eft.*

Inde vadis ad *domum Caiphe,* ubi negavit ſanctus Petrus : Domus Caiphe.
ubi eſt *baſilica* grandis *ſancti Petri.* Deinde vadis ad Baſilica S. Petri.
domum Pilati, ubi tradidit Dominum flagellatum Iudeis:
ubi eſt baſilica grandis, & eſt ibi cubiculum, ubi exſpo- Prætorium.
liaverunt eum, & flagellatus eſt, & vocatur *ſancta* S. Sophia.
Sophia.

Finit. Amen. Deo gratias.

VI

THEODOSIUS

DE TERRA SANCTA

[circa 530]

INDEX CODICUM MANUSCRIPTORUM

QUIBUS USUS EST EDITOR.

G. Cod. membran. veteris abbatiæ Sangallenſis, 732, min. 8, ſæc. IX.

V. Cod. membran. in bibliotheca Vaticana, 6018, ſæc. IX.

P. Cod. membran. in bibliotheca nationali Pariſienſi, lat. 4808, ſæc. X.

L. Cod. membran. in muſeo Britannico, Cotton. Titus D. III, ſæc. XIII-XIV.

Lov. Cod. chart. in bibliotheca univerſitatis cath. Lovanienſi, 10, ſæc. XVI.

THEODOSIUS

DE

TERRA SANCTA

* *
*

Theodoſij liber de ſitu Terræ ſanctæ, & de via filiorum Iſrael.

VBI eſt *Hieruſalem*, provincia Paleſtina dicitur: terra Canaan. Ipſa civitas ſancta in monte excelſo eſt poſita. Hieruſalem habet portas maiores ſex extra poſterulas. Porta Beniamin exit ad Iordanem.

II. In medio civitatis eſt *baſilica.* A parte occidentis intras in ſanctam reſurrectionem, ubi eſt *ſepulcrum Domini* noſtri Ieſu Chriſti. Sepulcrum Domini. Eſt ibi *mons*[a] *Calvarie*, ubi Abraham obtulit filium ſuum in holocauſtum (illic decalvabantur homines[b]). Mons Calvariæ. Mons petroſus eſt, & per gradus aſcenditur. Ibi Dominus crucifixus eſt. Ad pedem ipſius montis fecit Abraham altare,[c] & ſuper altare eminet mons. De ſepulcro Domini uſque in Calvarie locum paſſus XV: ſub uno tecto eſt.[d]

III. Et in circuitu montis ſunt cancelli de argento. Ibi eſt exedra,[e] ubi fuit reſuſcitatus, per quem fuit crux Chriſti declarata: cubiculum, ubi poſita eſt crux Domini Ieſu

a. *L.*, *Lov.* locus. — b. Iidem. — c. *V. habet* correctum ſuſo per ſummum. — d. *V.* decurrens. — e. *Sic corr.*; *G.* eſca.

Chrifti. Et ipfa crux eft de auro & gemmis ornata, & celum defuper aureum, & deforis habet cancellum. Ibi eft illud miffiorium, ubi portatum fuit caput Iohannis Baptifte ante Herodem regem. Et ibi eft cornu illud, unde unctus eft David. Et ibi plafmatus eft Adam.

Golgotha. IV. Poftea intras in bafilicam, in *Golgotham*, ubi invente funt tres cruces abfcondite. (Sunt tamen, qui affirmant, partem omnem, que corpus Domini contigit nudum & fanguine eius[a] tincta fuit, ab omni humano tactu atque confpectu ftatim in celum raptam fuiffe eamque demum in iudicio apparituram. Et nota, quod Ierufalem vallis invifionis dicitur.[b] Locus Ierufalem ab Ifaia propter eminentiam montium, in quorum fummo eft monticulus, *Moria* dictus, in quo Abraham immolavit Ifaac: ubi Iudei tradunt poft templum factum & altare, in quo & Abraham fecit altare & David vidit angelum reponentem gladium in area[c] ornan Iebufei, de quo dixit Ifaias: *Erit mons in vertice montium, ad eum fluunt*[d] *omnes gentes. Omnis enim fecta templum adorat.* Ibi quoque vidit Iacob fcalam, unde Bethel dicitur.)

Moria.

Et eft ibi altare de auro & argento. Et habet columnas novem aureas, que fuftinent illud altare. Et eft in media bafilica lancea, unde percuffus fuit Dominus Iefus Chriftus in latus fuum. Et de ipfa lancea facta eft crux, & fic lucet per noctem ficut fol per diem.

De Calvarie loco ufque in Golgotham paffus funt numero XV, ubi crux Domini inventa eft.

S. Crux. V. *Inventio fancte crucis.* Quando inventa eft ab Helena, matre Conftantini, xvij kal. octobris,[e] per feptem dies in Hierufalem ad fanctum fepulcrum Domini miffe celebrantur, & ipfa crux oftenditur.

Sion. VI. De Golgotha ufque ad *fanctam Sion*, que eft mater omnium ecclefiarum, paffus numero cc: quam Dominus

a. *L.* &: ubique. — b. *Lov.* — contra. — e. *Omitto* &.
c. *Lov.* archa. — d. *Sed mff.*

noſter Ieſus Chriſtus cum apoſtolis fundavit. Ipſa fuit domus ſancti Marci Evangeliſte. Columna, que fuit in domo Caiphe, eſt modo in ſancta Sion; iuſſu Domini ipſa in ſanctam Sion ſecuta eſt. Dum vero flagellaretur Dominus & columnam amplexaretur, ſicut in cera molli brachia, manus & digiti in ea heſerunt, & adhuc veſtigia expreſſa comparent in facie, mento, naſo & in oculis. Et eſt ibi in media baſilica corona ſpinea, unde coronatus fuit Dominus apud Iudeos, & miſit manum ſuper coronam. Inde venis ad ſacrarium. Et ibi eſt lancea. Et ibi eſt lapis ille, unde lapidatus eſt ſanctus Stephanus. Ibi docebat Dominus diſcipulos ſuos, quum cenavit cum eis.

De ſancta Sion ad *domum Caiphe*, que eſt modo *eccleſia ſancti Petri*, ſunt plus minus paſſus numero l. Domus Caiphæ ſ. eccleſia ſ. Petri.

VII. De domo Caiphe uſque ad *pretorium Pilati* paſſus numero c. Ibi eſt *eccleſia ſancte Sophie.*[a] Iuxta eam[b] miſſus eſt ſanctus Ieremias in lacum.[c] Prætorium. Eccleſia ſ. Sophiæ.

VIII. *Piſcina Siloa* a lacu, ubi miſſus eſt Ieremias propheta, habet paſſus numero c, que piſcina intra[d] murum eſt. A domo Pilati uſque ad *piſcinam probaticam* plus minus paſſus numero c. Ibi Dominus Chriſtus paralyticum curavit, cuius grabatus adhuc ibi ſtat. Iuxta piſcinam probaticam, ubi ſe lavabant infirmi & ſanabantur, eſt *eccleſia beate virginis.* Piſcina probatica. Eccleſia B. V.

IX. Et venis ad illam *pinnam templi*, ubi tentavit ſatanas Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & eſt ibi baſilica in cruce poſita. Iuxta civitatem eſt locus, qui vocatur ſanctus Iacob, quia illic beatus Iacobus, ordinatus ab ipſo Chriſto Hieroſolymitanus epiſcopus, poſt aſcenſionem Domini (excuſſo cerebro) de pinna templi precipitatus eſt, & nihil ei nocuit, ſed fullo eum de vecte, quem reportare conſueverat, occidit, & poſitus eſt in monte Oliveti. Templum.

a. Tantum *Lov.* ſ. Iohannis. — b. *L.*, *Lov.* e vicino. — c. Tantum *L.* in lacum leonum; *V.* in lacum columne qui fui in domo Cayphe. — d. *Forte* infra.

Ecclesia sancti Stephani.

X. *Sanctus Stephanus* foris portam Galilee lapidatus est. Ibi & *ecclesia* eius est, quam fundavit Eudocia, uxor Theodosii imperatoris.

Vallis Iosaphat.

XI. Ibi est *vallis Iosaphat*. Ibi iudicaturus est Dominus iustos & peccatores. Et ibi est fluvius πύρινος, qui ignem vomit in consummationem seculi. Et ibi est *basilica sancte Marie*, matris Domini, & ibi est sepulcrum eius. Et ibi est locus, *ubi Dominus cenavit* cum discipulis suis. Ibi & Dominus lavit pedes apostolorum. Ibi sunt quatuor accubitus, ubi Dominus cum apostolis ipse medius accubuit, qui accubitus ternos homines recipiunt. Et ibi Dominum tradidit Iudas.

Basilica sanctæ Mariæ.

Cœnaculum.

Modo nonnulli pro religiositate ibi cum venerint, excepta carne, cibaria sua comedere delectantur, & lucernas accendunt, quia ipse locus in spelunca est, & descendunt ibi modo cc monachi.

Monasterium nonnarum.

XII. Est enim spelunca in loco, & in interiori[a] loco, a pinna templi subtus, est *monasterium castimonialium*, que nunquam vive vel mortue exeunt vel efferuntur. Quando aliqua earum transierit de seculo, ibi intus in monasterio ipso reponitur. Quando aliqua de sanctimonialibus illuc converti voluerit, aut alicui penitenti huc tantummodo ipse porte aperiuntur; nam semper clause sunt. Et victualia per murum deponuntur, & aqua ibi in cisterna habetur.

Memoria s. Iacobi, Zacharie & Simonis.

Sanctus *Iacobus* & sanctus *Zacharias* & sanctus *Simeon in una memoria positi* sunt, quam memoriam ipse sanctus Iacobus fabricavit, corpora illorum ipse ibi recondidit & se ibi cum eis precepit poni.

Mons Oliveti.

Multæ ecclesiæ.

XIII. Deinde ascendis in montem. De Hierusalem usque in *montem Oliveti*, quod scribitur, stadia septem sive milliarium unum. Inde Dominus ascendit in celum. Ibi asserunt[b] fabricatas fuisse *viginti quatuor ecclesias*, & ibi

a. *Lov.*, infer. *L.* — b. *L.*, *Lov.*, *alias* fabricatæ sunt.

prope eſt *ſpelunca*, que dicitur *μάζα*, quod interpretatur diſcipulorum, ubi Dominus, quando predicabat in Hieruſalem, requieſcebat. In monte Oliveti poſuit Dominus humeros ſuper lapidem, in quo fixi ambo humeri adhuc apparent, ſicut in cera molli, qui locus ideo icona[a] vocatur. Et eſt illic etiam fabricata eccleſia, iuxta quam eſt *eccleſia*, in qua *ſancta Pelagia*[b] requieſcit. Et ibi ſunt *due baſilice, ubi docebat Chriſtus diſcipulos ſuos*. Et inde venis ad *Galileam*, ubi diſcipuli viderunt Dominum Ieſum, poſtquam reſurrexit a mortuis.

Spelunca μάζα. — Eccleſia ſ. Pelagiæ. — Baſilicæ. — Galilæa.

XIV. Eſt e vicino *Bethphage*. Inde pullus aſinus, ſuper quem Dominus ſedit, adductus eſt, cum quo intravit portam Hieruſalem cum pueris clamantibus Hoſanna. De Hieruſalem uſque *Bethaniam* ſunt millia duo, ubi reſuſcitavit Dominus noſter Ieſus Chriſtus Lazarum, & in reſuſcitatione ſancti Lazari in ipſo loco ante paſcham die dominico omnis populus congregatur & miſſe celebrantur. Lazarum eſſe,[c] quem Dominus reſuſcitavit, ſcitur, quia reſuſcitatus eſt; ſed ſecundam mortem eius nemo cognovit.

Bethphage. — Bethania.

XV. A Ieruſalem uſque *Anathot*,[d] ubi natus eſt Hieremias propheta, ubi & requieſcit, millia ſex. De monte Oliveti uſque in lucum filiorum Ammon,[e] ubi dormivit ſub arbore ficus Abimelech annis quadraginta ſex,[f] qui diſcipulus ſancti Hieremie fuit, milliarium unum. Ibi fuit Baruch propheta in ſpelunca.

Anathot.

XVI. A porta Beniamin ad *Iericho* millia octodecim, inde ad Iordanem millia ſex.[g] A Iericho ad orientem *Galgala* diſtat milliario uno, a Iordane ad Galgala ſtadiis quinquaginta.[h] Ibi ſunt duodecim lapides, quos levaverunt filii Iſrael de Iordane, ad quos Iohannes[i] fecit

Iericho. — Galgala.

a. *Sic lego*, *L.* cana, *Lov.* clava. — b. Mſſ. Thecla. — c. *Addo* eſſe. — d. Edit., *V.* Mantho, *L.* Manatoh. — e. *Lov.*, *P.* Hermippo, *V.* Ermipo, *L.* Ermitum. Mons Offenſionis? — f. *V.* VIIII. — g. Ed., *V.* VII. — h. *L.*, *Lov.*, *ſic* Ioſephus. — i. Matthæus.

demonſtrationem : *Potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahe.* In Pſalmo legitur : *Quid eſt tibi, mare, quod fugiſti, & tu, Iordanis, quia converſus eſt retrorſum?*

Domus Raab. Fons Heliſei. De Iericho, ubi erat *domus Raab* publicane, que excepit exploratores, uſque ad *fontem Heliſei* millia duo. Memoria ſancti Heliſei ibi eſt, ubi fontem illum benedixit, & ſuper ipſa memoria eccleſia fabricata eſt.

Ager Domini. *Ager Domini*, qui eſt in Galgala, irrigatur de fonte Heliſei : ubi Dominus Ieſus Chriſtus unum ſulcum de manu ſua aravit; ſevit plus minus modios ſex. Seritur menſe februario[a] medius ipſe ager, & in cena Domini[b] populus illo pane communicatur. Et alia medietas, cum collecta fuerit, aratur & cum alia meſſe occurrit. Ibi eſt & vitis, quam Dominus plantavit, que in pentecoſte fructum maturum dat, & inde in pentecoſte communicatur. Conſtantinopolim exinde tam de agro, quam de vite tranſmittitur ſuo quoque tempore.

Locus baptiſmi. Eccleſia ſ. Iohannis B. XVII. In loco, *ubi Dominus baptizatus eſt*, ibi eſt columna marmorea & in ipſa crux ferrea. Ibi eſt *eccleſia ſancti Iohannis Baptiſte*, quam fabricavit Anaſtaſius imperator, ſuper cameras edificata in excelſo propter metum fluminis inundantis, in qua eccleſia monachi morantur ſenos ſolidos a fiſco per annum accipientes pro vita ſua tranſigenda. Ubi Dominus baptizatus eſt trans Iordanem,

Mons Hermoniim. ibi eſt *mons* modicus, qui appellatur *Hermoniim*, ſecundum illud David : *Montes exultaverunt ut arietes, & colles ſicut agni ovium.* Circa Iordanem monticelli ſunt multi, & quando Dominus ad baptiſmum deſcendit, ipſi montes ante ipſum ambulabant geſtiendo, & hodie velut ſaltantes

Tabor. videntur. *Mons Tabor* in Galilea eſt, ubi Helias raptus eſt.

XVIII. Ab unde Dominus baptizatus eſt, uſque ubi

Mare Mortuum. Iordanis in *mare Mortuum* intrat, ſunt millia quinque. In loco iſto ſubmerſe ſunt Sodoma & Gomorrha cum aliis

a. Anton. M., auguſto ed., *L.*, *Lov.* — b. Tantum *P.* & paſcha

tribus, quia quinque civitates fuerunt iuxta mare. Ibi & ſtatua ſalis eſt, in quam verſa eſt uxor Loth, & quando creſcit luna, creſcit & ipſa, & quomodo minuitur luna, diminuitur & ipſa.

XIX. Civitas *Liviada*,[a] trans Iordanem, diſtat a Iericho milliaribus duodecim. In ipſa Liviada Moiſes ſilicem de virga percuſſit, & fluxerunt aque, que abundantius totam terram irrigant, dactylorum incolatum[b] maiorem habent. Ibi & Moiſes migravit a ſeculo. Et ibi *aque calide* ſunt, ubi *Moiſes* lavit, & in ipſis aquis calidis leproſi mundantur. Liviada. Thermæ Moyſis.

XX. Eſt locus tertio milliario a Ieruſalem civitate, cum *ſancta Maria*, mater Domini, iret in Bethlehem, deſcendit ab aſina, & *ſedit ſuper petram* & benedixit ei. Urbicius vero dicebatur prepoſitus palatii imperialis, qui capitibus imperatorum coronam imponere conſueverat, & ipſe eas de capite deponebat.[c] Ipſe vero Urbicius lapidem in quadrum[d] incidit, & fecit eum in formam altaris volens eum Conſtantinopolim dirigere, & dum ad portam Sancti Stephani veniret, iam amplius eum movere non potuit, quem lapidem unum iugum bovum ducebat. Et dum viderent, quod nullatenus potuerunt eum in antea movere, lapis ſepulcro Domini applicabatur, & ibi altare de ipſa petra factum eſt, & de ipſo altare communicatur; tamen poſt ſepulcrum Domini eſt. Ipſe vero Urbicius, prepoſitus ſub Anaſtaſio imperatore, Conſtantinopoli moritur, & ſepelierunt eum: quem Urbicium terra non accepit, ſed tertio die eum ſepulcrum foris iactavit. Sedes ſ. Mariæ.

(A Ieruſalem in *Bethlehem* milliaria ſex. Hec Ephrata dicta eſt ab uxore Caleb,[e] que ibi eſt ſepulta. Quoque eſt *Rachel* in via, que ducit ad Bethlehem, ubi lapidem erexit ſuper *ſepulcrum* eius Iacob, quod adhuc apparet. Bethlehem. Sepulcrum Rachel.

a. *Lov.* Levita. — b. *L.*, *Lov.*; *P.* dactalum Nicolaum. — c. *L.*, *Lov.*; *P.* & ipſe eos caſtigabat.

d. *L.*, *Lov.* in ſperam quadratam. — e. *Lov.* Caleph, *L.* Caleth.

Sed & iuxta Bethlehem, ait Hieronymus,[a] locum eſſe, ubi vel angelorum grex in ortu Domini cecinit, vel Iacob greges ſuos pavit, quo in ſignum futurorum Iacob erexit

Turris Ader.

turrim Ader aut turrim gregis, ubi dicunt Hebreis templum edificatum eſſe. Quaſi quodam vaticinio dicta ſit turris congregationis future ad templum.

Hebron, ſepulcrum Iacob.

Ad hoc eſt *ſepulcrum*, in quo curavit[b] Ioſeph ſepelire *Iacob*: quod *Abrahamium*[c] dicunt diſtans a Calvaria per triginta milliaria. Cura enim fuit ſanctis ſepeliri in terra, in qua ſcribunt Chriſtum reſurrecturum, ut cum eo reſurgerent.)

Ubi Philippus baptizavit.

XXI. A Ieruſalem uſque[d] *ubi baptizavit Philippus eunuchum*, milliaria ſedecim. Inde uſque ad Terebinthum, que appellatur *ilex Mambre*, milliaria duo. De Tere-

Spelunca duplex.

bintho uſque ad *ſpeluncam duplicem*, ubi requieſcunt patriarche, milliaria quatuor. De ſpelunca duplici uſque in Hebron milliaria duo. Ibi habitavit David ſeptem annis, quando fugit a Saul.

Pugna cum Golia.

XXII. A porta urbis[e] uſque *ubi pugnavit David cum Golia* in monte *Bethaſan*,[f] que interpretatur lucerna,[g] ...

Eleutheropolis.

De Bethaſan uſque *Eleutheropolim* millia quinque.[h]

Sepulcrum ſ. Zachariæ. Aſcalona.

Ab Eleutheropoli uſque in locum, *ubi iacet ſanctus Zacharias*, millia ſex, & de ipſo loco uſque ad *Aſcalonam* millia viginti.

Gaza.

XXIII. De Aſcalona uſque ad *Gazam* millia duodecim.[i] Inter Aſcalonam & Gazam civitates due, id eſt, *Antionoda* & *Maiuma*. A Gaza circiter quinque milliaria eſt

Tabatha. Raphia.

Tabatha,[j] vicus ad auſtrum ſitus, ex quo ortus eſt beatus Hilarion.[k] De Gaza uſque ad *Raphiam* millia viginti

a. *Lov.*, Ieremias *L.* — b. *Sic ego*; *L.*, *Lov.* furavit. — c. Mſſ. Abraynium. — d. *V.* ad piſcina. — e. *L.*, *Lov. tantum habet* porta, *P.* portu Burgui, *V.* porta Burgius.

f. *P.* Buzana, *V.* Bizima, *L.* Bezima, *Lov.* Birma. — g. *Sine ultimis voc. L.*, *Lov.* — h. *Alias* xv. — i. *L.* xxiiii, *Lov.* xxviiii. — j. *L.* Thalutha. — k. *L.* Ylaridij.

quatuor. De Raphia[a] uſque ad *Bethuliam*, ubi Holofernes occiſus eſt a Iudith, millia duodecim. Bethulia.

XXIV. De Hieruſalem uſque *Ramatha*, ubi requieſcit Samuel, millia quinque. De Hieruſalem uſque *ubi ſancta Maria ſalutavit Eliſabetham*, matrem domini Iohannis Baptiſte, ſunt millia quinque. A Ieruſalem in *Beth Semes*,[b] ubi fuit arca teſtamenti, millia novem. De Beth Semes uſque *Emmaum*, que nunc *Nicopolis* dicitur, millia novem (a Ieruſalem ad Emmaum lxv ſtadia),[c] ubi ſanctus Cleophas cognovit Dominum in fractione panis, ubi & martyrium pertulit. De Emmao uſque in *Dioſpolim* millia duodecim, ubi ſanctus Georgius martyrizatus eſt. Ibi & corpus eius eſt & multa mirabilia fiunt. Ramatha. Ubi ſ. Maria ſalutavit Eliſ. Beth Semes. Emmaus ſ. Nicopolis. Dioſpolis.

XXV. De Dioſpoli[d] uſque *Ioppen* millia duodecim, ubi ſanctus Petrus reſuſcitavit Tabitham & cetus iactavit Ionam. A Ioppe uſque *Ceſaream Paleſtine* millia triginta. Ibi baptizatus eſt Cornelius centurio a beato Petro apoſtolo, & ibidem martyrium ſuſcepit. Ioppe. Cæſarea Pal.

XXVI. A Ceſarea Paleſtine uſque in *Dioceſaream*,[e] unde fuit Simon magus, millia triginta.[f] A Dioceſarea uſque in *Cana Galilee* millia quinque. A Dioceſarea uſque in *Nazareth* millia quinque. A Nazareth uſque in *Itabyrion*,[g] ubi Dominus poſt reſurrectionem diſcipulis apparuit, millia ſeptem. Diocæſarea. Cana Gal. Nazareth. Tabor.

XXVII. A Ieruſalem uſque in *Bethſaidam* milliaria duodecim. In hoc Iacob vidit in ſomno angelos Domini aſcendentes & deſcendentes de celo. (Quia etſi in Luza dicunt factum, ideoque *Bethel* dicta eſt.) A Bethel ad *Sichem*, quod nunc Neapolis dicitur, millia duodetriginta. Ibi eſt *puteus*, quem fabricavit *Iacob.*[h] Ibi ſunt oſſa ſancti Ioſeph. Bethel. Sichem. Puteus Iacob.

a. *P.*, *Lov.* ab Arabia. — b. Mſſ. Sidon, Sidona. — c. *L.* — d. *L.* Indianopoli, *Lov.* Andronopoli. — e. *Lov.* ad alteram Ceſaream. — f. *L.*, *Lov.* xxv. — g. *P.* Scytaburi, *V.* in civitate Guria, *L.* Iudei Dropiorum, *Lov.* Iudei Dropirum. — h. *L.*, *Lov.* Ioſeph.

Sebaste. De Sichem usque in *Sebasten* millia sex.[a] Ibi decollatus est Iohannes Baptista (vel, quod verius est, in castello Macherunta, & Herodias in palatio ipso caput eius sepelivit, non sustinens cum corpore reliquo. Ipsum sepelivit timens, ne si capiti corpus iungeretur, facile resurgeret. Unde corpus ad Sebasten Palestine, quam dictam olim asserunt Samariam, sepultum est usque ad tempora Iuliani apostate, cuius exercitus ossa dispersit & collecta pro magna parte cremavit; sed quedam ex his, collecta a monachis Hierosolymitanis, a Ianuario, Alexandrino episcopo, ablata sunt. Caput a Felici monacho translatum est apud Aquitaniam vico Angeriaco,[b] iuxta fluvium Vulturnum;[c] a Pipino, rege Francorum patricioque Romanorum, est in basilica nova sub ciborio repositum.)

Scythopolis. XXVIII. A Sebaste usque in *Scythopolim*[d] millia triginta. Ibi sanctus Basilius martyrium suscepit. A Scythopoli ad *Tiberiadam*, usque ubi mare est,[e] millia viginti quatuor. (Tiberias.) Super illud mare Dominus ambulavit. De Tiberiada usque *Magdalum*, unde Maria Magdalena, millia duo. (Magdalum.) A Magdalo usque ad (Birsabee, quod interpretatur) *septem fontes* (aut fedus putei, quod pepegit Abraham cum Abimelech), millia quinque (VII fontes.): ubi Dominus Christus baptizavit apostolos, ubi & saturavit populum quinque millium de quinque panibus & duobus piscibus. A septem fontibus usque in *Capharnaum* millia duo.[f] (Capharnaum) Inde fuit mulier illa, quam Dominus noster a profluvio sanguinis liberavit, nomen ipsius mulieris Mariosa;[g] nam in hebraica lingua uironisia[h] dicunt. Ibi est statua Domini electrina[i] in *ecclesia*, quam Mariosa fecit. De Capharnaum usque in *Bethsaidam* (que est probatica piscina[j]) (Bethsaida.)

a. *P.* VII. — b. *L.* Engeriaco, *Lov.* Engaco. *Est St. Iean d'Angeli* — c. *Lov.*, *L.* Vultumeam. — d. *L.* Senopolim, *Lov.* Cenopolim. — e. Iidem. — f. *Tantum V.* XII. — g. Hæmorrhoissa. *Similiter sonat nota in* cod. Lov. Αἱμμοῤῥοῦσα? — h. Berenice? — i. Mss. elitrina. Εἰλικρινής? j. In nota *L.* redarguitur.

millia ſex.[a] Inde nati ſunt apoſtoli Petrus & Andreas, Philippus & filii Zebedei.

XXIX. A Bethſaida uſque in *Paneadem* (vel Paneam) millia quadraginta.[b] Inde ex duobus locis oriuntur duo fontes, Ior & Dan. Per ipſam Paneadem in medio aquas mittunt, & ſub civitate (que nunc *Belinas*[c] dicitur aut *Ceſarea Philippi*) iuncti Iordanem conficiunt. Ibi accepit nomen. Ibi habet caput[d] *mons Libanus.*

Paneas. Cæſarea Philippi. Libanus.

XXX. *Sarepta*[e] Sidonie (iuxta Syriam[f]) eſt in ipſa *Phenice*, & ipſam Phenicem dicunt iuxta montem Carmeli. Et dicitur Sarepta Sidonie, cum a ſe diſtent duodecim milliaribus, quia illis diebus *Sidonia* metropolis fuit Sarepte; at nunc vice verſa Sarepta metropolis dicitur eſſe. Illic ſanctus Helias miſſus eſt ad viduam illam, que eum paſceret, & filium eius ſuſcitavit. Ibi *eccleſia ſancti Helie* eſt; nam nomine mulier non dicitur niſi tantummodo vidua.

Sarepta. Phœnice. Sidonia. Eccleſia ſ. Heliæ

XXXI. Civitas *Cherſona*,[g] que eſt ad mare Pontum: ibi ſanctus Clemens martyrizatus eſt. In mari memoria ei, cum corpus in duodecimo milliario intus mare precipitatum eſt: cui domino Clementi ancora ad collum ligata eſt. Et modo in natale eius omnes in barcas aſcendunt, populus & ſacerdotes. Et dum ibi venerunt, mare deſiccat millia ſex,[h] & ubi ipſa arca eſt, tenduntur ſuper ſe papiliones, & ponitur altare, & per ſeptem dies ibi miſſe celebrantur. Et multa miribilia ibi Dominus facit, ibi demones excluduntur; ſi quis vero devexatus fuerit, qui venerit & tangere potuerit ancoram vel oſculari, ſtatim liberatur.

Cherſona.

XXXII. De Cherſona uſque in *Sinope* .... Ibi dominus Andreas liberavit dominum Mattheum Evangeliſtam de carcere: que Sinope Marmodonia[i] dicebatur & omnes,

Sinope.

a. *Lov.* iij. — b. *L.*, *Lov.* l. — c. *Lov.* Bellina. — d. Ed.; *L.* incipit.

e. Ed. Sarapha. — f. *L.*, *Lov.* — g. Mſſ. Cerſona. — h. *V.*, *P.* viij. — i. *V.*; *P.* Myrmidona.

qui ibi manebant[a] homines, commanebant cum paribus ſuis illic.[b] Modo tanta vis omnipotentis Dei vel miſericordia ibi eſt, ut ad ſtrata ſedeant peregrini, quod die nocțuque Domino laudes referunt.

Inde iam via decurrit in Armeniam.

Cæſarea Cappadociæ. XXXIII. *Ceſarea Cappadocie.* Ibi eſt ſanctus Mammes, eremita & martyr, qui mulſit agreſtia & fecit caſeum, & Sebaſtea. ſanctus Mercurius. In ipſa provincia eſt civitas *Sebaſtea,* ubi ſunt numero quadraginta martyres, que eſt in provincia Cappadocie. Gangra. Civitas *Gangra*: ibi eſt ſanctus martyr Gallienus[c]: que eſt in provincia Galatie. Civitas Evacita,[d] ubi eſt ſanctus martyr Theodorus, que eſt in provincia Galatie. Ancyra. Civitas *Ancyra,*[e] que eſt in provincia Galatie, ubi eſt ſanctus Platon martyr. In Piſidia: ibi iacet corpus ſancti Danielis.

Epheſus. XXXIV. In civitate *Epheſo* ſunt ſeptem fratres dormientes & Catulus Viricanus[f] ad pedes eorum, quorum nomina hec: Asheledes, Diomedes, Eugenius, Diniatheres, Pronatheus, Stephanus, Cyriacus[g]: qui martyres facti ſunt regnante Decio imperatore. In tempore illo, quo manifeſtati ſunt, invenerunt, quod habuerunt ccclij annos in tempore Maximiani imperatoris, cum ſanctorum corpora reſurrexiſſent. Et amplexus eſt Maximianus imperator ſanctos illos & omnes videntes, inclinantes capita ſua obdormierunt.[h] Horum mater Caratina[i] dicitur greca lingua, latine Felicitas.[j] Ibi eſt ſanctus Timotheus, diſcipulus ſancti Pauli.

Tarſus. XXXV. In provincia Cilicia civitas *Tarſus.* Inde Apol- Adana. lonius[k] fuit. De Tarſo uſque ad *Adanam* civitatem millia

a. Veniebant? — b. *V.*; *P.* pares ſuos comedebant. — c. Mſ. Galianicus. — d. Gazium. — e. *P.* Anquira. — f. *L.*, *Lov.* Mercanus. — g. *P.*, *ſed* Sabbatis *pro* Diniatheres; *Lov. ſic:* Scioco tellidis, Eugenis, ſcophanis, pronatis, ſablatis, ſimpliatis; *P. magis ſequitur martyrologium Aethiop.* — h. *G.* — i. *P.*, *Lov.* Hilanan, *L.* Hyllarion. — j. In Bollandi Act. Sanctor., iul. 10, p. 5 & 14 ſqq., Felicitas mater ſeptem martyrum. — k. *P.* Apollius.

triginta. De Adana uſque *Mamiſtram* triginta. De Mamiſtra uſque ad *Anaſtaſiam* . . . uſque ad *Egeas* ſexaginta. De Egeis uſque ad *Alexandriam* Gravioſam ſexaginta. Ab Alexandria ad[a] *Antiochiam* ſexaginta. De Antiochia uſque in *Cyrum*,[b] ubi ſunt ſanctus Coſmas & Damianus, qui ibi & percuſſi ſunt, ſexaginta. De Cyro uſque *Barbaliſſum*,[c] ubi ſunt percuſſi ſanctus Sergius & Bacchus, millia ſexaginta. De Barbaliſſo uſque ad *Hierapolim*[d] . . . In *Canolicum* millia octoginta. De Canolico uſque in *Conſtantinam* millia ſexaginta. De Conſtantina in *Edeſſam*[e] octoginta, ubi Abgarus rex, qui[f] Domino Chriſto ſcripſit, manebat. De Edeſſa uſque in *Daram* centum viginti. De Dara in *Amidam* octoginta, que eſt ad fines Perſarum. De Amida uſque *Ramuſa* . . .

Mamiſtra. Anaſtaſia. Ægæa. Alexandria. Antiochia. Cyrus. Barbaliſſus. Hierapolis. Canolicum. Conſtantina. Edeſſa. Dara. Amida. Ramuſa.

XXXVI. Fabricavit Anaſtaſius in Meſopotamia provincia civitatem, que *Dara* dicitur; tenet in longitudinem millia tria. Propter Perſas, quando in provinciam imperatoris ad predandum veniebant, ibi foſſata figebant, quia aque nullatenus inveniuntur niſi ibi: in qua civitate fluvius exit, ad caput civitatis mergit ſub terra, qui ipſe fluvius omnis muro cinctus eſt. Civitas *Melitene*[g] in Perſia Armenie eſt, ipſa & metropolis; alia civitas Arcanſo, alia Cocurſo, alia *Germanicia*. *Suſa* dicitur triginta de *Babylonia*. Ibi ſunt & tres pueri: in qua civitate habitatio hominum non eſt propter ſerpentes & hippocentauros.[h] Hoc Eudoxius dixit, qui de ipſa provincia eſt.

Dara. Melitene. Suſa. Babylonia.

XXXVII. De montibus Armenie exeunt duo flumina, *Tigris* & *Euphrates*. Et irrigat Tigris terras Aſſyriorum & Euphrates irrigat terras Meſopotamie; *Phiſon* autem irrigat omnem terram Ethiopie & perrexit ad Egyptum. *Geon* rigat terram Euilath & tranſit iuxta Hieruſalem.

Tigris. Euphrates. Phiſon. Geon.

XXXVIII. Deinde in *Egypto* civitas *Memphis*, ubi

Memphis.

a. *P.* acuto ſauſa Ant. — b. Mſ. Quiro. — c. Mſ. Barbariſſo. — d. *P.* Heneapoli.

e. Ed. Deſſa. — f. *Addo* qui. — g. Ed. Metellini. — h. Ed. epocentauros.

Pharao manebat, ubi & Iofeph in carcerem miffus eft. Ibi

Monafteria f. Hieremiæ & f. Apollonij.

funt duo *monafteria*, unum religiofarum ancillarum Dei, aliud eft monachorum, hoc eft, *fancti Hieremie* & *fancti Apollonij* emerite.[a]

Babylon.

Eluzath.

A Ierufalem ufque *Babylonem* funt manfiones fedecim. De Ierufalem in *Eluzath*[b] manfiones tres, de Glutiarinalia manfiones feptem, quas Alexander Magnus Macedo fabricavit.

Sinai.

Ephrat.

Inde ufque in *montem Sinai* manfiones funt quatuordecim. Si, compenduaria per Egyptum, volueris ambulare per eremum, manfiones funt viginti fex.[c] Iuxta montem Sina *Ephrat*, ubi Moyfes pugnavit cum Abimelech.

Civitates a Iofue deftructæ.

XXXIX. In Arabia funt *civitates*, quas deftruxit Iefus Nave,[d] *in quibus* manebant *Amorrhei*, *Pherefei* & *Gergefei*, tredecim, id eft, Vincta, Volumta, Medeva, Mufica, Philadelphia, Gerafa, Genara, Voftrada, Mafcogna, Dara, Avila, Capitulia, Aftra.[e]

Vadum Iaboc.

Soccoth.

XXXX. (Et quia funt, qui *terminos Terre Sancte* a Domino inftitutos nefciunt, audiant Dominum Abrahe terminos Promiffionis definiffe a flumine Egypti ufque ad Euphraten, & populos eius nominavit. Porro Iacob, cum egrediens a Mefopotamia, ubi fervierat Laban, tranfvadaffet Iordanem in baculo fuo, ubi nunc dicitur *vadum Iaboc*,[f] occurrens Efau fixit tabernacula, ubi civitas eft *Soccoth*, quod fonat tabernacula.)

De via filiorum Ifrael.

(Unde cum eruiffet Pharao populum Ifrael, non eduxit eos Moyfes per Paleftinam, que contermina eft Egypto, propter antiquam moleftiam & odium patrum, ne infur-

a. *V.*, *L.*, *Lov.*; *P.* mon. duo, unus e religionis Wandalorum, & alius Romanorum (Græcorum?), hoc eft Wandalorum f. Hieremie, Romanorum f. Apollonij eremite.

b. Luza? — c. *L.*, *Lov.* xxv. — d. *Lov.*, *L.* Ief. varie, *P.* Hiefanave. — e. *P.*, *vis forte legere* Medebah, Gerar, Boftra, Dora, Ælia, Aftharoth. — f. Mf. Iaboth.

gerent Philiſtei adverſus eos, ſed circumduxit eos per deſertum, quod eſt iuxta *mare Rubrum*, tum pro mandato Domini iubentis, ut populus duceretur ad montem Sinai ad immolandum ei, tum quia ſi Egyptij converſi vellent eos proſequi, timerent propter aſperitatem vie. Mare Rubrum.

Filij igitur Iſrael profecti ſunt a *Rameſſe* in *Sochot*, & de Sochot venerunt in *Etham*, que civitas erat deſerta in capite ſolitudinis, quę a Ioſepho lucus dicitur: ubi & Babylonem poſt conditam dicunt. Dum Cambyſes Egyptum vaſtaret, que nunc *minor* eſt *Babylonia* in Egypto, precepit Dominus, ut, reverſi aliquantulum verſus Egyptum, caſtra meterentur in regione *Phihahiroth*,[a] que eſt inter Magdalum & mare contra Beelſephon. Eſt autem *Magdalum* civitas in confinio Egypti, ad quam Iudei tempore Ieremie, interfecto Godolia, primo confugerunt. Rameſſe. Sochot. Etham. Babylonia. Phihahiroth. Magdalum.

Sic ergo poſuerunt caſtra ſupra *mare Rubrum*: non quia aqua ſit rubra, ſed omnis terra circumſtans, ex qua gurges inficitur,[b] unde minium acutiſſimum excerpitur. Quidquid etiam ad eſum in fluctibus eſt, hunc colorem participat. Illic gemme rubre inveniuntur, que humo involute & inter arenas concrete terre colorem habent & maris. Hoc mare in duas partes ſecernitur: que ab oriente *ſinus Perſicus* appellatur, quia Perſe eius oram inhabitant, altera *ſinus Arabicus*, quia perſpicit Arabiam. Mare Rubrum. Sinus Perſicus & Arabicus.

Sane ita coarctati erant filij Iſrael, quia ex una parte erant montes aſperrimi & immeabiles, ex altera mare. Cum ergo extendiſſet Moyſes manum, flavit ventus vehemens & convertit aquam in ſiccum diviſumque eſt mare in duodecim diviſiones, ut[c] unaqueque tribus per turmas ſuas incederet. Filij igitur Iſrael ſecundum Ioſephum ad contrapoſitam terram venerunt. Hebrei vero tradunt, quod, cum veniſſent ad extremum montis ad mare porrecti, per longam maris viam obliquaverunt &, circum-

a. *Lov.* Phiaroth, *L.* Pharan. — b. *Lov.* ganges viſitatur. — c. *Sic ego*; mſ. &.

eundo montem, ad idem littus Egypti redierunt, quod ſic probant : Natura maris eſt, ut, quod in eo perit, ad proximum littus proiiciat. Cum ergo mane iacerent Egyptij in littore mortui, patet, quod idem erat littus ex altera montis parte ; nam enim in ſpatio noctis equinoctialis vel hi vel illi ad medium maris tranſcurriſſent.

Deſertum Etham. Elim, Sin. Mara.

Poſt hec ingreſſi ſunt in *deſertum.*[a] Hebreus habet in deſertum *Etham,* poſtea *Elim* & poſtea in deſertum *Sin.* Et ambulaverunt tribus diebus per ſolitudinem non invenientes aquam, donec veniſſent ad *Mara,*[b] ubi propter amaritudinem aque Moyſes immiſit lignum. Tradunt autem Hebrei, quod illud lignum naturaliter erat amariſſimum, &, ut mirabilior eſſet virtus divina, amarum alteri amaro additum dulcedinem operatum eſt. Ioſephus dicit, aquam impotabilem fuiſſe, quia ſcativa & inhauſta fuerat, ſecundum illud :

Et capiunt vitium,[c] *ni moveantur aque.*

Unde Moyſes, iniecta dimidia virga, fecit eam exhauriri, & ſic frequenti concuſſione exercitata, facta eſt potabilis.

Sinai. Raphidim. Horeb.

Eſt autem deſertum Sin inter Elim & *Sinai.* Et inde per manſiones ſuas venerunt in *Raphidim* & inde in *Horeb,* qui eſt pars montis Sinai, ubi Moyſes, percuſſa petra, eduxit aquam : que dicitur petra Horeb. Et tamen alia petra Horeb dicta ſic, quia occiſus eſt in ea Horeb Madianita.

Menſe igitur tertio egreſſionis de Egypto, id eſt, iunio, hoc eſt, kalendis iunij, venerunt ad montem *Sinai,* in quo lex data eſt & arca de lignis ſetim facta. Dicuntur autem ligna illa ab Hebreis hornon.[d] In arca poſita eſt teſtificatio, id eſt, tabule, in quibus ſcriptum erat teſtamentum. Quecunque enim ſic repoſita ſunt teſtimonia,

a. *L.* Sur. — b. *L.* Marach, *Lov.* Marath. — c. *L.*; *Lov.* vinum. — d. *Lov.*; *L.* Orrion.

poſita ſunt in arca aurea,[a] plena manna in teſtificationem, quod panem dediſſet eis de celo, tabulas in teſtificationem, quod legem naturalem ſopitam in cordibus ſuſcitavit in ſcripto, virgam Aaron in teſtificationem, quod omnis poteſtas a Deo eſt. Deuteronomium. Quoque eſt in arca in teſtimonium pacti, quod dixerant : *Omnia, quecunque dixerit nobis Dominus, faciemus.* Dictum eſt tabernaculum teſtimonij, quia cauſe pro foribus eius agebantur. Ex quo doctrina ſimul & correctio inſinuatur laicorum, qui paſſim intra eccleſias cauſas imprudenter tractant.

Sequitur catalogus manſionum ab exitu de Egypto. Fuerunt enim ante tranſitum maris Rubri manſiones quatuor, ut premiſimus, *Remeſſe, Soccoth, Etham, Phihahiroth* in regione Magdal. A mare Rubro uſque ad Sina manſiones octo, *Mara, Elim, Iamſuph,*[b] quod ſonat mare Rubrum vel Scirpus. Erat enim forte locus ſcirpeus. Poſt Iamſuph deſertum *Sin, Daphca, Alus, Raphidim,* ſolitudo *Sinai.* Porro a monte Sinai in Cades manſiones ſunt viginti una, *ſepulcra concupiſcentie, Haſeroth, Rethma,*[c] *Remmomphares, Lebna, Reſſa, Calatha,*[d] *mons Sepher, Arada, Maceloth, Thahath, Thare, Metcha, Heſmona, Maſeroth, Beneiaacan,*[e] *mons Gadgad,*[f] *Ietebatha, Hebrona, Aſiongaber, Cades.*

Mara, Elim. Iamſuph.

Sin, Daphca. Alus. Raphidim.

Sepulcra concupiſcentiæ aliæque manſiones.

A Cades uſque *campeſtria Moab* manſiones novem, *mons Hor, Salmona.* Inde venerunt ad *torrentem Sorec,* quem tranſierunt ſicco pede, ut mare Rubrum. Inde ad *montes Arnon,* quorum quidam inclinati ſunt coram illis. Inde ad *montes Phunon, Oboth,*[g] *Iieabarim, Dibongad,*[h] *Helmondeblathaim, montes Abarim, campeſtria Moab.* Precepitque Dominus filiis Levi habitare ſparſim in omnibus

Campeſtria Moab. Sorec.

Arnon.

Abarim.

a. *Lov.* area urna. — b. *Lov.*; *L.* Iamſuk. — c. Mſſ. Rethyma, Recmonphares. — d. *Lov.* Caaltha, *L.* Sedera. — e. *L.* Iameira Chan, *Lov.* Benecitin. — f. *Lov.*; *L.* Galaad. — g. *Lov.* Ebloth, *L.* Eloth. — h. *Lov.* Dibongaim, *L.* Dalun, Gad.

tribubus quadraginta octo civitates ad inhabitandum, assignans a muris forinsecus per circuitum terram mille passuum ad pascua. Ex his autem civitatibus sex erant
Bosor. refugij, tres citra Iordanem & tres ultra Iordanem, *Bosor*
Ramoth, Golan in tribu Ruben, *Ramoth* in tribu Gad, *Golan* in Basan,
Hebron. in tribu Manasse. Ultra Iordanem est *Hebron* in tribu Iuda, civitas sacerdotalis & fugitivorum.

Addidit quoque Dominus terre Promissionis, dicens: Omnis locus, quem calcaverit pes Ur, vester[a] erit a deserto, quod est in meridie, & Libano, qui est in septentrione, & flumine magno Euphrate, qui est in oriente, usque ad mare Mediterraneum, quod Tyrrhenum dicimus. In hoc medio habitabant, qui ab Israel expulsi sunt, *Cananeus, Amorrheus, Pheresеus, Iebuseus, Heveus, Hetheus.* In Deuteronomio additur *Gergeseus,* ubi in promissione Abrahe facta decem gentes delende dicuntur, & tunc ibi revera erant. Cum vero illuc venerunt filij Israel, iam tres erant delete; filij enim Loth[b] deleverunt gigantes, filij Esau Horreos, Cappadoces deleverunt partem Heveorum.

Decursis mansionibus memoratis sub Iosue, Israel ad Iordanem pervenit, arcaque undis immissa steterunt aque descendentes, ad instar montis intumescentes, & appa-
Sarthan. rebant procul usque ad locum, qui dicitur *Sarthan,* inferioribus aquis in mare Mortuum descendentibus. Sacerdotes vero stabant in medio fluminis, donec populus
Galgala. per arentem alveum transisset, exhinc ascendens ad *Galgala,* ubi Iosue altare construxit de duodecim lapidibus, quos per duodecim tribus tulerat de Iordane.)

a. *Lov.*, noster *L.* — b. *L.*, Evilath *Lov.*

* *
*

DE SITU TERRAE SANCTAE

SECUNDUM THEODOSIUM.

CODICES MANUSCRIPTI

A. Romæ, bibl. Vatican., 6018, min. fol., f. IX.
B. » » » Reg. Chr., 554, f. XII.
C. » » » » » 630, f. XIII.
D. Parif. biblioth. nat. lat., 4808, in-4, f. XII.
E. » » » » 4892, in-fol., f. XII.

IN nomine Domini Dei fummi incipit expofitio civitatis Hierufalem vel rebus eius, dicta Theodofij archidiaconi, de partibus orientalis perterminium. [a]

Melchifedech facerdos Dei & rex Salem, quem adfirmant Sem effe filium Noe. Salem quidam putant effe Ierufalem. Ierufalem condiderunt Iebufei, & quia de primis civitatibus fuit in conditione mundi, & fancta civitas vocatur, eo quod Salvator mundi dominus Iefus Chriftus nos redemit in ea pendens in cruce, & fepulcrum eius ufque ad finem mundi erit omnibus gentibus gloriofum requifitum [b] per omnia fecula. [c] Iudea regio Paleftine ex nomine Iude appellata, ex cuius tribu reges habuit. Hec prius Canaan [d] dicta a filio Cham five a decem gentibus Chananeorum. Quibus expulfis, eandem terram Iudei poffederunt. Inicium longitudinis eius a vico Arpha ufque ad victum Iuliadem porrigitur, in quo Iudeorum pariter ac Tiriorum communis habitatio eft. Latitudo autem eius a monte Libani ufque ad Tiberiadis lacum extenditur. In medio autem Iudee

a. *Hunc titul. tantum A.* — b. *B.* requifum. c. *B.*, *E.* per fecula feculorum. — d. *B.* canan.

civitas Iheroſolima eſt, quaſi umbilicus regionis tocius. Terra vario-
rum opum dives, frugibus fertilis, aquis illuſtris, optima balſamis.
Unde ſecundum elementorum gratiam exiſtimaverunt Iudei eam pro-
miſſam patribus terram fluentem lac & mel, & cum hinc illis de reſur-
rectione polliceretur, ideoque[a] illa regio regalis eſt. Inde habet ini-
cium[b] iſte liber, quia finis maxime[c] ſermonem inde iterum[d] habebit.[e]
I Civitas Hieruſalem habet[f] portas[g] maiores numero[h] vj abſque poſ-
ticia,[i] id eſt portam Beniamin exiens ad Iordanem[k] habens ab[l] Hie-
XVI richo miliaria xviij,[m] inde[n] ad Iordanem[o] miliaria vj.[p] De Hie-
richo uſque in Galgala[q] miliarium unum;[r] ibi eſt ager Domini, ubi
dominus[s] noſter Iheſus Chriſtus unum ſulcum de manu ſua aravit.
Ibi ſunt xij lapides, quos levaverunt filij Iſrael de Iordane.
De Hiericho uſque ad fontem[t] Heliſei habet milia ij:[u] ibi erat
domus Raab publicane, que excepit[v] exploratores. Item de Iheruſa-
XXVII lem[w] uſque in Bethſaida[x] ſunt milia xij:[y] in qua Bethſaida[z] ibi vidit
Iacob in ſomnis[a] angelos Domini[b] aſcendentes & deſcendentes de
celo.
De Bethſaida[c] uſque in Samaria, que dicitur modo Neapolis, milia
xviij;[d] ibi eſt puteus quem fabricavit Iacob, & ibi ſunt oſſa ſancti
Ioſeph.[e]
XXVIII De Samaria uſque in Sebaſtia[f] milia vij,[g] ubi ſanctus[h] Iohannes
decollatus eſt. De Sebaſtia uſque in Cynopolim[i] milia xxx;[k] ibi
ſanctus[l] Baſilius martyrium ſuſcepit.[m] De Scitopoli[n] uſque ad mare
Tiberiadem[o] ſunt milia xxiv,[p] ibi dominus Iheſus Chriſtus pedibus
nudis[q] ambulavit. De Tiberiade uſque Magdalo, ubi domina Maria

a. *B.* ideo quia. — b. *E.* debet inicium habere; *B.* unde debet in. habere. — c. *B.*, *E.* maximum. — d. *B.* alterum. — e. *Hoc proœmium tantum habent B., C., E.* — f. *Sic A.*; *B.*, *C.*, *D.*, *E.* habens. — g. *A.* porte. — h. numero *deeſt in B., C., D., E.* — i. *Sic B., C., D., E.*; *A. habet* & poſterulas ſimiliter maiores. — k. *A. habet* porta id eſt Beniamin a Iordane habens finem. — l. habens *deeſt in A.* — m. *Sic A., D.*; *B., C., E. habent* abiens in Ihericho novem leugas. — n. inde *deeſt in A.* — o. *A.* a Iordane. — p. *D*, vij; *B.*, *C.*, *E.* tres. — q. *B.*, *C.*, *E.* Galgal. — r. *D.* miliario uno; *B.*, *C.*, *E.* dimidiam. — s. noſter *deeſt in B., C., D., E.* — t. *D.* pontem — u. *B.*, *C.*, *E.* unam leugam — v. *A.* excepta eſt. — w. *A.* Hiericho — x. *B.*, *C.*, *E.* Bethel. — y. *B.*, *C.*, *E.* ſex leugas. — z. *B.*, *C.*, *E.* Bethel — a. in ſomnis *deeſt in A.* — b. *B.*, *C.*, *E.* Dei. — c. *B.*, *C.*, *E.* Bethel. — d. *B.*, *C.*, *E.* novem leugas. — e. ibi eſt puteus … ſancti Ioſeph *deeſt in A.* — f. *D.* Sabaſtea. — g. *A.* vj; *B.*, *C.*, *E.* tres leugas & dimidiam. — h. *B.*, *C.*, *D.*, *E.* dompnus. — i. *A.* Nicopoli. — k. *A.* xx; *B.*, *C.*, *E.* quindecim leugas. — l. *B.*, *C.*, *D.*, *E.* dompnus. — m. *B.*, *C.*, *E.* paſſus eſt; *D.* martyrizatus eſt. — n. *A.* Nicopoli; *B.*, *C.*, *E.* Cinopoli. — o. *D.* uſque Tyberiada. — p. *B.*, *C.*, *E.* duodecim. — q. nudis *deeſt in C., D., E.*

nata eſt milia ij.[a] De Magdalo uſque ad[b] ſeptem fontes,[c] ubi dominus Ihesus Chriſtus baptizavit apoſtolos, milia ij,[d] ubi & ſatiavit[e] populum de quinque panibus & duobus piſcibus.

De ſeptem fontibus[f] uſque in Capharnaum milia ij.[g] De Capharnaum uſque in Bethſaida milia vj.[h] Inde[i] nati ſunt ſanċti[k] apoſtoli Petrus, Andreas, Philippus & filij Zebedei. De Bethſaida uſque in Panaida[l] milia l.[m] Inde exit Iordanis de duobus locis, hoc eſt[n] Ior & Dan.

Ipſa Phanaida[o] in medio mittent & ſubtus[p] civitatem coniun- XXIX
gunt,[q] apparet[r] ideo dicitur, quia de ipſis duobus accepit nomen Iordanem.[s]

Inde fuit mulier, quam dominus Ihesus Chriſtus liberavit de fluxu XXVIII
ſanguinis, nomen ipſius mulieris Marioſa;[t] nam in ebraica lingua Vironicia dicunt.[u]

Ibi eſt ſtatua Domini elitrina in eccleſia, quam ipſa Marioſa fecit.[v] XXIX
Ubi habet capud[w] mons Libanus.

De porta[x] Burgius[y] ubi pugnavit David cum Golia in monte XXII
Bicina[z] quod interpretatur *lucerna.*[a] De Buzana uſque in Eleuteropori[b] milia xv. De Eleuteropori[c] uſque in loco ubi requieſcit[d] ſanċtus Zacharias milia vj.[e] Item de ipſo loco uſque in Aſcalona milia xx.[f]

De Aſcalona uſque ad Gaza milia xij.[g] Inter Aſcalonam[h] & Ga- XXIII
zam civitates duas, id eſt Antionoda[i] & Maioma.[k]

De Gaza uſque ad Rafia[l] milia xxiiij.[m] De Rafia[n] uſque ad Betu- XXIV
liam, ubi Olofernus mortuus eſt,[o] milia xij.[p] De Iheruſalem uſque in

a. *B.*, *E.* unam leucam. — b. ubi domina ... uſque ad *deeſt in C.* — c. pedibus nudis ... ſeptem fontes *deeſt in A.* — d. milia ij *deeſt in A.*, *B.*, *C.*, *E.* — e. *B.*, *C.*, *D.*, *E.* ſaturavit. — f. *A.* fontane; *B.* fontanas, *C.* fontanis. — g. *B.*, *C.*, *E.* unam leugam. — h. *B.*, *C.*, *E.* quinque miliaria; *A.*, milia vij. — i. *B.*, *C.*, *E.* unde. — k. *D.* ubi ſunt ſanċti. — l. *B.*, *C.* *E.* Fanaida. — m. *D.* j; *B.*, *C.*, *E.* viginti quinque leugas. — n. hoc eſt *tantum A.* — o. *A.* Appariadam. — p. *A.* ſub. — q. *A.* iungunt; *B.*, *C.*, *E.* iungitur. — r. *A.* appare; *B.*, *C.*, *E.* adpareab. — s. *D.* adparet abinde accepit nomen Iordanis. — t. *A.* Marioſſa; *B.*, *C.*, *E.* Morioſa. — u. nam in ... dicunt *tantum A.* — v. in eccleſia ... fecit *deeſt in B.*; *in A. hæc habentur*: que in Eſaia legitur, quam in Marioſſa fecit. — w. *B.* & caput haberet. — x. *D.* portu. — y. *C.*, *E.* Buzi. — z. *B.*, *C.*, *E.* Buzina; *D.* Buzana. — a. quod ... lucerna *deeſt in A.* — b. de Buzana ... Eleuteropori *deeſt A.*, *B.*, *C.*, *E.* — c. *D.* Eleotopori. — d. *B.*, *C.*, *E.* iacet. — e. *B.*, *C.*, *E.* tres leugas. — f. *A.* xxj; *B*, *C.*, *E.* decem leugas. — g. *B.*, *C.*, *E.* ſex leugas. — h. uſque ad ... Aſcalonam *deeſt in A.* — i. *A.* Niciononda. — k. *A.* Madomoda; *D.* Mazonia. — l. *B.*, *C.*, *E.* Araſiam. — m. *B.*, *C.*, *E.* duodecim leugas. — n. uſque ... Rafia *deeſt in A.* — o. *A.* Iudeus occiſus eſt. — p. *A.* xxij.

Sydonia, ubi fuit arca Teſtamenti Domini, milia viiij. De Sydonia uſque ad Emmaus, qui nunc Nicopolis dicitur, milia viiij; [a] in quo autem Emmau ſanctus Cleophas cognovit Dominum in fractione panis, ibi & martyrium ſuſcepit. [b] De Emmau uſque in Dioſpolim milia xij, ubi ſanctus Georgius martyrizatus [c] eſt; ibi & corpus eius eſt, [d] & multa mirabilia fiunt.

XXV De Dioſpoli uſque in Ioppe milia xij, ubi ſanctus Petrus Tabitam [e] reſuſcitavit, & ubi cetus magnus evomuit Ionam. [f] De Ioppe uſque ad Ceſaream Paleſtine milia xxx, ibi baptizatus eſt ſanctus Cornelius centurio a beato Petro apoſtolo, ibi & martyrium ſuſcepit. [g]

XXVI De Ceſarea uſque in Dioceſarea [h] milia xxx, inde fuit Symon magus. De Dioceſarea uſque in Chana Galilee milia v. [i] De Dioceſarea [k] uſque in Nazareth milia v. [l] De Nazareth uſque in Sichem, id eſt Tabor, [m] miliaria vij; ibi Dominus poſt reſurrectionem apoſtolis [n] apparuit.

XXI De Hieruſalem uſque ad piſcinam [o] ubi baptizavit Philippum eunuchum milia xvj, deinde uſque in therebintum, quod appellatur ilice Mambre [p] milia ij. De therebinto uſque ad ſpeluncam duplicem, ubi requieſcunt patriarche, hoc ſunt milia iiij. De ſpelunca duplice [q] uſque in Cebron ſunt milia ij, ubi habitavit ſanctus David ſeptem annis, quando fugiebat ante Saül.

XXIV De Hieruſalem uſque in Ramatha [r] milia v; ibi requieſcit Samuhel propheta.

XV De Hieruſalem uſque ubi habitavit ſancta Heliſabeth, mater ſancti Iohannis Baptiſte, milia v. [s]

XIV De Hieruſalem uſque ad Anatoth, [t] ubi natus eſt dompnus Hieremias propheta, ubi & requieſcit, milia vj.

XIII De Hieruſalem uſque in Bethania ſunt milia ij, ubi reſuſcitavit dominus Chriſtus Lazarum. De Hieruſalem uſque ad montem Oliveti, quod ſcribitur ſtadia vij, miliarium unum, [u] inde dominus noſter Iheſus Chriſtus in celis aſcendit, ibi ſunt fabricate ecclefie numero xxiiij.

XV De monte Oliveti uſque in vico Hermippo, [v] ubi dormivit Abimelech ſub arbore ficus annis xlvj, miliario uno, qui Abimelech [w]

a. *B.*, *C.*, *E.* vij. — b. *D.* pertulit. — c. *B.*, *C.*, *E.* paſſus. — d. ibi ... eſt *tantum D.* — e. *D.* ſancta Tabita. — f. *D.* ibi & cetus iactavit ſevictuiona. — g. *D.* & martyrizatus eſt; *B.* m. accepit; *C.* m. ſumpſit. — h. *A.* alia Ceſarea; *B.*, *C.*, *E.* Ceſaream. — i. de ... v *tantum D.* — k. *Al.* Dioſera. — l. *B.*, *C.*, *E.* miliaria quindecim. — m. *A.* in civitate Guria; *D.* in Sytetaburi. — n. *A.* diſcipulis ſuis. — o. ad piſcinam *deeſt in D.*; *B.*, *C.*, *E.* *habent* ad locum ubi. — p. *C.* *add.* & uſque in Chebron. — q. ubi requieſcunt ... duplice *deeſt in B.*, *C.*, *E.* — r. *D.* Rahama. — s. de Hieruſalem ... milia v. *deeſt in C.* — t. *A.* Anto; *D.* Anato. — u. milia ij ... unum *deeſt in A.* — v. *A.* Ermipo; *B.*, *C.*, *E.* Hermippi. — w. *A.* ubi Abimelech annos lx.

diſcipulus fuit ſancti Hieremie. Ibi fuit Baruch propheta abſconſus [a]
in ſpelunca. [b]
Intra civitatem Hieroſolimam ad ſepulcrum Domini, ibi eſt Calvarie II
locus ubi Abraam obtulit filium ſuum in holocauſtum. Et quia mons
petreus eſt, [c] in ipſo monte, hoc eſt ad pedem montis ipſius, fecit Abra-
ham altare, & ſuper altare eminet mons; ad quem montem per gradus
ſubitur; [d] ibi Dominus noſter crucifixus eſt. De ſepulchro Domini
uſque in Calvarie locum paſſus xv; ſub uno tecto eſt. [e]
De Calvarie loco uſque in Golgotham paſſus xv, [f] ubi crux Domini IV
inventa eſt; que Golgotha dicitur eccleſia eſt. [g]
De Golgotha uſque ad ſanctam Syon, que eſt mater omnium eccle- VI
ſiarum, paſſus ſunt cc, quam ipſam ſanctam Syon dominus noſter Ihe-
ſus Chriſtus cum apoſtolis fundavit. Ipſa fuit domus ſancti Marci
evangeliſte. De ſancta Syon uſque ad domum Cayphe, que eſt modo
eccleſia Sancti Petri, ſunt plus minus paſſus numero l.
De domo Cayphe uſque ad pretorium Pilati plus minus [h] paſſus nu- VII
mero centum; ibi eſt eccleſia Sancte Sophie, [i] iuxta quam miſſus [k] eſt
ſanctus Hieremias in lacu. Columpna que fuit in domo Cayphe, [l] ad
quam dominus Iheſus Chriſtus flagellatus eſt, modo in ſancta Syon, iuſſu VI
Domini ipſa columpna ſequta eſt, & quomodo eam, dum flagellare-
tur, amplexavit, ſicut in cera, ſic brachia eius manuſque & digiti in
eam heſerunt, [m] & hodie paret, ſed & facies omnis, mentus, naſus vel
oculi eius ſicut in cera deſignavit. [n]
Sanctus vero Stephanus foras portam Galilee lapidatus eſt, ibi & X
eccleſia eius eſt, quam fabricavit dompna Eudochia, [o] uxor Theodoſij
imperatoris. Piſcina Siloe a lacu, [p] ubi miſſus eſt Hieremias propheta, VIII
habet paſſus numero centum, que piſcina intra muros eſt. [q]
De domo Pilati uſque ad Piſcinam Probaticam paſſus plus minus
numero centum; [r] ibi dominus noſter Iheſus Chriſtus paraliticum IX
curavit, cuius lectus adhuc ibi eſt. Iuxta Piſcinam Probaticam [s] ibi
eſt eccleſia Sancte Marie matris Domini, ubi ſanctum Iacobum Do-
minus manu ſua epiſcopum ordinavit; qui poſt aſcenſionem Domini
de pinna Templi precipitatus [t] eſt, & nihil ei nocuit, ſed fullo eum

a. abſconſus *deeſt in A.*, *D.* — b. in ſpelunca *deeſt in D.* — c. *A.* nam ipſum montem petroſus eſt. — d. *B.*, *C.*, *E.* tollitur; *D.* collocatur. — e. *A.* ſ. u. t. decurrens. — f. locum paſſus xv ... ubi crux *deeſt in C.* — g. que Golgotha ... eſt *deeſt in D.* — h. plus minus *deeſt in A.*; *B.*, *E.* *habent* plus & minus. — i. *C.* Sophonie. — k. *D.* iuxta ſe miſſus. — l. *Hic magna lacuna in A. habetur.* — m. *C.* inheſerunt. — n. *loco* ſed & ... deſignavit, *C. habet* & facies eius, mentus & naſus; *D. hæc omnia omittit.* — o. *D.* Theodoſia. — p. *B.*, *C.*, *E.* ad locum. — q. que ... eſt *deeſt in C.* — r. de domo Pilati .... centum *deeſt in C.* — s. *B.*, *C.*, *E.* ibidem in Probatica. — t. *B.*, *C.*, *E.* iactatus.

*

de vecte, in quo res portabat, [a] occifus & pofitus eft in monte Oliveti.

XII Ipfe fanctus Iacobus & fanctus Zacharias & fanctus Symeon in una memoria pofiti funt, quam memoriam ipfe fanctus Iacobus fabricavit, corpora illorum ipfe ibi recondidit & fe ipfum cum eis poni precepit.

XI Ibi eft vallis Iofaphat, ubi Iudas Dominum tradidit, ibi eft ecclefia fancte Marie, matris Domini, ibi & Dominus lavit pedes apoftolorum, [b] & ibi cum eis cenavit. Ibi funt quatuor accubita, ubi Dominus cum apoftolis ipfe medius accubuit, [c] que accubita ternos homines ferunt; & modo aliquanti pro religiofitate ibi dum venerint, excepta carne ibi commedunt, [d] & accendunt luminaria, ibi & ipfe Dominus apoftolis fuis pedes lavit, quia ipfe locus in fpelunca eft, & defcendunt ibi modo ducenti monachi.

XII A pinna Templi fubtus eft monafterium puellarum, [e] & quando aliqua earum de feculo tranfierit, ibi intus in monafterio ipfo reponitur, & ex quo illuc intraverit, quamdiu vivit, [f] inde non permittitur exire. [g] Quando vero aliqua de fanctimonialibus illuc converti voluerit, aut aliqua penitens, huc tantummodo ipfas portas aperiunt, nam femper claufe funt, & victualia eis per muros deponuntur, nam aquam ibi cifternas habent. [h]

XX De fine terminium Hierufalem ufque in Bethleem, qui interpretatur *domus panis*, ubi Herodes fuit rex, miliaria funt vj. [i]

XXXI Item civitas Cerfona, que eft ad mare pontum. [k] Ibi fanctus Clemens martyrium fufcepit, [l] & memoria eius una cum corpus miffum eft in mari, [m] & ancora in collo eius ligata eft, [n] & modo in natale eius omnis populus & facerdotes afcendunt in barcas, [o] & dum ibi venerint, [p] mare deficcat milia fex, [q] & ubi ipfa area eft, [r] tenduntur fuper fe papiliones [s] & ponitur altaris, & per octo [t] dies ibi miffe celebrantur, & multa mirabilia ibi Dominus oftendit; [u] ibi demonia excluduntur, [v] fi

a. *D.* portare confueverat. — — b. *B.*, *C.*, *E.* difcipulorum. — c. *B.*, *C.*, *E.* ubi cum a. recumbebat. — d. *D.* excepto carnis ibi cybaria fua comedere delectantur. — e. *D.* decafta. — f. *D.* ufque dum vivunt. — g. *D.* inde non exeunt. — h. *B.*, *C.*, *E.* aqua vero de cifterna hauritur. — i. de fine ... vj *tantum habet A.* — k. *A.* hic in mare eft pontum. — l. *D.* martyrizatus eft; *B.*, *C.*, *E.* in mari paffus eft. — m. & memoria ... mari *deeft in A.* — n. *A. add.* in duodecimo miliario intus mare cum ancora in collo precipitatus eft. — o. *B.*, *C.*, *E.* per barcas veniunt. — p. *B.*, *C.*, *E.* & dum veniunt. — q. *B.*, *C.*, *E.* recedit mare per miliaria fex. — r. & ubi ... eft *tantum D.* — s. *B.*, *C.*, *E.* fuper extenditur tentoriis. — t. *A.* per fepte. — u. *D.* facit. — v. *B.*, *C.*, *E. deeft* excluduntur.

qui devexati fuerint qui veniunt, [a] ad ipſam anchoram attingere potuerit & eam tetigerit, ſtatim liberabitur. [b]

De Cerſona uſque in Synope, ubi ſanctus Andreas liberavit dompnum Mattheum euvangeliſtam [c] de carcere, que Synope illo tempore Myrmidonia [d] dicebatur, & omnes qui ibi manebant homines pares ſuos comedebant. [e] Nam modo tanta miſericordia ibi eſt, ut ad ſtratas ſedeant peregrinis ſuſcipiendis, quod die noctuque Domino laudes referunt. [f] Inde iam via decurrit in Armenia. [g] XXXII

Item in Egypto eſt civitas Memphis, ubi Pharao manebat, ibi & Ioſeph in carcere miſſus fuerat. Ibi ſunt duo monaſteria, unum eſt religionis Gandalorum & aliut Romanorum, [h] Gandalorum eſt Sancti Hieremie, Romanorum Sancti Apolloni heremite. XXXVIII

Item Ceſarea Cappadocie; ibi eſt ſanctus Mammes [i] heremita & martyr, qui mulſit agreſtia & fecit caſeum, & ſanctus Mercurius martyr. [k] In ipſa provincia eſt civitas Sebaſtea, [l] ubi ſunt martires numero quadraginta. [m] Item in provincia Cappadocie eſt civitas que vocatur Gangra, [n] ibi eſt ſanctus Galenicus martyr. Item in provincia Galatie eſt civitas Evacita, [o] ubi eſt ſanctus Theodorus martyr. Item in eadem provincia eſt civitas Anquira, ibi eſt ſanctus Platon [p] martyr. XXXIII

De montibus Armenie exeunt duo flumina, Tygris & Eufrata, [q] & irrigat Tygris terras Aſſiriorum, & Eufrata irrigat terras Meſopotamie. Phiſon autem irrigat omnem terram Ethiopie & pergit [r] ad Egyptum. Geon irrigat terram Euilath & tranſit iuxta Hieruſalem. XXXVII

De monte Oliveti aſcendit Dominus in celis, [s] & ibi prope eſt ſpelunca que dicitur *mazi*, [t] quod interpretatur diſcipulorum, ubi Dominus, quando predicabat in Hieruſalem, requieſcebat. Ibi ſanctus Iohannes evangeliſta ſupra pectus Domini recubuit. [u] XIII

Ager Domini, qui eſt in Galgala, irrigatur de fonte [v] Eliſei, ferit [w] plus minus modios ſex. Aratur menſe auguſto medius ipſe ager & occurrit ad Paſcha, exinde in cena Domini & Paſcha communicatur, & alia medietas agri illico [x] aratur & cum alia meſſe occurrit. Ibi eſt & XVI

a. *D.* ſi quis vero de ipſis. — b. *A.* & tangere potuerit ancora eius vel obſculare, mox & de preſente ſalvantur. — c. euvangeliſtam *deeſt in A.* — d. *A.* Urarmedonia. — e. *A.* & omnes manebant cum pares ſuos illic. — f. *A. tantum* quod... referunt. — g. *B.*, *C.*, *E.* inde iam Armenia eſt. — h. *A.* unum relioſarum ancillarum Dei & alium eſt monachorum. — i. *A.* Mammas; *C.* Iammes. — k. qui mulſit ... martyr *deeſt in C.* — l. *A.* Sabaſtia; *D.* Sabaſtea. — m. *D.* xj; *cætera uſque ad finem deſunt in A.* — n. *B.*, *C.*, *E.* Grangrangra. — o. *B.*, *C.*, *E.* Eucata. — p. *B.*, *C.*, *E.* Pluton. — q. *D.* Eufrates. — r. *D.* perrexit. — s. *D. tantum* in celis. — t. *D.* matzi. — u. ibi ſanctus ... recubuit *deeſt in D.* — v. *C.* fontana. — w. *B.* ſeritur; *D.* feret. — x. *C.*, *D.* cum illuc rectum fuerit; *E.* ſi ilico.

vitis quam Dominus pofuit, que vitis in Pentecoften fructum dat [a] & inde communicatur Conftantinopolim, & exinde tam de agro quam de vite tranfmittitur fuo quoque tempore. [b]

XIX Civitas Leviada [c] trans Iordanem eft, habet de Hiericho miliaria duodecim, in ipfa Leviada Moyfes lapidem de virga percuffit, & fluxerunt aque, que ipfam Leviadam omnem irrigant; ibi nafcitur dactulum nicholaum maiorem, ibi & Moyfes de feculo tranfiit, ibi & aque calide funt, ubi & Moyfes lavit & in ipfas aquas calidas leprofi curantur. [d]

XVII In loco ubi Dominus baptizatus eft, ibi eft una columna marmorea & in ipfa columna facta eft crux ferrea. Ibi eft & ecclefia Sancti Iohannis baptifte, quam fabricavit Anaftafius imperator, que [e] ecclefia fuper cameras maiores & excelfas fabricata eft pro Iordane, quando implet. [f] In qua ecclefia monachi morantur, qui monachi fenos folidos per annum de fifco [g] accipiunt pro vita fua tranfigenda.

XVI In ipfo loco [h] ubi Dominus baptizatus eft ufque trans ipfum Iordanem, ibi eft mons modicus qui appellatur Armona, monte Tabor [i] qui eft in Galilea, ubi fanctus Helias raptus eft. Memoria fancti Helifei ibi eft, ubi fontem benedixit, & fuper ipfa memoria [k] ecclefia fabricata eft.

XVIII Ab unde Dominus baptizatus eft, ufque ubi Iordanis in Mare Mortuo intrat, funt miliaria quinque, & ipfe eft Mare Mortuum, ubi Sodoma & Gomorra dimerfe funt cum aliis tribus, que quinque civitates fuerunt iuxta Mare Mortuum.

Ibi eft uxor Loth, que facta eft ftatua falis, & quomodo crefcit, luna crefcit & ipfa, [l] & quomodo minuitur luna, minuitur & ipfa.

XIII Item in monte Oliveti, [m] ubi Dominus fuper lapidem humeros impofuit, in qua petra ambo humeri eius defcenderunt ficut in cera molle; qui locus Ancona dicitur, ibi & ecclefia fabricata eft, ubi prope eft alia ecclefia, ubi fancta Tecla eft, & ipfe locus dicitur Bethfage. [n]

XIV Inde pullus afine, quem Dominus fedit, adductus eft, cum quo intravit portam [o] Beniamin in Hierufalem. Ubi legitur: *Mare, quare con-*
XVI *turbatus es, & tu Iordanis quare converfus es retrorfum, & vos montes quare exultantes* [p] *ficut arietes, & vos colles ficut agni ovium.* Circa
XVII Iordanem monticelli [q] funt multi, & quando Dominus ad baptifmum defcendit, ipfi montes ante ipfum ambulabant geftiendo, & hodie velut faltantes videntur.

a. *B.*, *C.* tribuit. — b. fuo ... tempore *deeft in B.*, *C.*; & exinde ... tempore *deeft in E.* — c. *D.* Levida. — d. *B.*, *C.*, *E.* mundantur. — e. *B.*, *C.*, *E.* quam; *C.*, *D.* qua. — f. *B.*, *E.* pro redundacione Iordanis. — g. de fifco *deeft in D.* — h. in ipfo loco *deeft in D.* — i. *D.* mons Abur. — k. *C.* & fuper ipfum ob m. — l. & quomodo . . . ipfa *deeft in B.*, *C.*, *E.* — m. *B.* item in monte Oliveti, ibi eft lapis. — n. *B.*, *C.*, *E.* Betphage. — o. *D.* de portu. — p. *D.* geftiftis. — q. *B.*, *E.* montes celfi.

Sarepta [a] Sidonie quod ſcriptum eſt in ipſa felix, ſecunda Syria XXX
iuxta montem Carmelum duodecim miliaria habet de Sarepta uſque in Sidona, & propter hoc dictum eſt Sarepta Sidonie, quia ipſo tempore metropolis fuit Sidona a Sarepta, & modo Sarepta eſt [b] metropolis. Ubi miſſus eſt ſanctus Helias ad viduam illam, que eum paſceret, & filium eius reſuſcitavit, [c] ibi eſt eccleſia ſancti Helie [d] prophete, nam nomen mulieris non dicitur, niſi tandum vidua. Lazarum quem Do- XIV
minus reſuſcitavit ſcitur quia reſuſcitatus eſt; ſecundam mortem eius nemo cognovit. Hoc in Bethania contigit ſecundo miliario [e] de Hieruſalem, & in reſurrectione [f] Lazari in ipſo loco ante Paſcha Domini, [g] omnis populus congregatur [h] & ibi miſſas celebrant. Item in Arabia XXXIX
ſunt civitates, [i] quas Ioſue [k] deſtruxit, ubi manebant Amorrei, Gergeſſei, Ferezei, tredecim, id eſt Vincta, [l] Volumta, Medeva, Muſica, Philadelphia, [m] Geraſſa, Genara, [n] Voſtra, [o] Damaſcum, Gadara, [p] Avila, Capitoliada, [q] Aſtra.

Ubi eſt Hieruſalem, provincia Paleſtina dicitur terra Canac. [r] Inde I
Galilea, inde Syria, inde Meſopotamia, in ſiniſtra Armenia prima & ſecunda Armenia, & Perſa Armenia, que Armenie ſub imperatore ſunt.

In provincia Aſie civitas Epheſo, ubi ſunt vij fratres dormientes & XXXIV
catulus [s] Viricanus [t] ad pedes eorum. Nomina eorum, id eſt Actellidis, Diomedis, Eugenius, Stephanus, Probatus, Sabbatius [u] & Quiriacus. Quorum mater Caritina [v] dicitur grece, latine Felicitas. Ibi eſt ſanctus Timotheus, diſcipulus ſancti Pauli.

Iuxta montem Sina, ibi ſanctus Moyſes cum Abimelech pugnavit. XXXVIII
De Hieruſalem in Eulath [w] manſiones tres, de Glutiarinalia [x] manſiones ſeptem, quam ille Alexander magnus Macedo fabricavit. De illa uſque in montem Sina manſiones octo, ſi compenſaria [y] volueris ambulare per eremum, ſin autem per Egyptum manſiones xxv. [z]

Urbicius dicebatur prepoſitus imperij, qui ad ſeptem imperatores XX
prepoſitus fuit, & coronas ipſis imperatoribus in capite imponebat, [a] & ipſe eas de capitibus eorum deponebat ſimiliter & ipſe eos caſtigabat. [b] De Ieroſolima civitate locus eſt, habens tercium miliarium, [c] ubi

a. *D.* Sarapha. — b. *B.*, *C.*, *E.* ipſa eſt. — c. *D.* ſuſcitavit. — d. *D.* Heliſei. — e. *B.*, *C.*, *E.* duo miliaria. — f. *D.* reſuſcitatione ſancti L. — g. *D.* dominico. — h. *B.*, *C.*, *E.* conmovit; *B.*, *E.* celebrant annuatim. — i. duodecim *add. B.*, *C.*, *L.* — k. *D.* Hieſunaue. — l. *B.*, *C.*, *E.* id eſt Hiſumta. — m. *D.* Filadelphia. — n. *B.*, *C.*, *E.* Gerena. — o. *D.* Voſtrada. — p. *D.* Maſcoga, Dara. q. *D.* Capitulia. — r. *D.* Chanac. — s. *B.*, *C.*, *E.* catolus. — t. *E.* Virrican. — u. *D.* Probatis, Sabbatis. — v. *C.*, *E.* Caricina. — w. *D.* Eluzath. — x. *B.*, *C.*, *E.* Eulath villa. — y. *D* compendiaria; *B.*, *E.* compenzaria. — z. ſin autem . . . xxv *deeſt in D.* — a. *D.* ponebat. — b. *D.* & conſervabat. — c. *D.* eſt locus tertio miliario de Hieruſalem civitate.

ſancta Maria mater Domini dum iret in Bethleem, deſcendit de aſina, ſedit ſupra petram & benedixit eam. Ipſe vero prepoſitus Urbicius ipſum lapidem incidit, & fecit eum quadrum in modum altaris, volens [a] eum Conſtantinopolim dirigere, & dum ad portam Sancti Stephani veniret, iam amplius eum movere non potuerunt, [b] quem lapidem unum iugum boum ducebat, & dum viderent quia nullatenus potuerunt eum movere in ante, revocatus [c] eſt ad ſepulcrum Domini, & ibi altare de ipſa petra factum eſt, & de ipſo altare communicatur. Tamen poſt ſepulcrum Domini eſt. Ipſe vero Urbicius prepoſitus ſub Anaſtaſio imperatore Conſtantinopolim moritur; quem Urbicium terra non recepit, [d] tercio [e] eum de ſepulcro foris iactavit.

XXXVI Fabricavit Anaſtaſius imperator in Meſopotamia civitatem, que civitas Dara [f] dicitur, tenet in longitudine miliaria iij [g] propter Perſos, & quando in provincia imperatoris ad predandum veniebant, ibi foſſatum figebant, quia aqua alibi non invenitur, [h] niſi ibi. De qua civitate fluvius exit, & intra muros civitatis [i] mergit ſub terra, quia ipſe fluvius omnis muro cinctus eſt. Civitas Metellini [k] in Perſa Armenia eſt, ipſa eſt metropolis. Alia civitas Arcauſo, [l] alia Cocurſo, alia Germanicia. In Perſida [m] ubi iacet corpus ſancti Danielis Suſa dicitur civitas, xxx [n] miliaria habet de Babilonia; ibi ſunt tres pueri. In qua civitate habitatio hominum non eſt propter ſerpentes & ypocentauros. Hoc Eudoxius diaconus dixit, qui de ipſa provincia eſt.

V Inventio ſancte Crucis, quando inventa eſt ab Helena matre Conſtantini, vj nonas mai; exaltatio ſancte Crucis [o] xviij [p] kalendas octobris, quando per vij dies in Hieruſalem ad ſepulcrum Domini [q] miſſe celebrantur, & ipſa crux oſtenditur.

XXXV In provincia Cilicia Egea dicitur civitas, ubi quadraginta dies commercia geruntur, & nemo de eis aliquid requirit, [r] ſet poſt quadraginta dies qui inventus negotium agere [s] fiſcali [t] reddit. Civitas Tarſo in provincia Cilicie eſt, unde Appollonius [u] fuit. De Tarſo [v] uſque Adanam civitatem miliaria xxx. De Dana uſque ad Maſiſta xxx. [w] De Maſiſta uſque ad Anaſiam uſque Egeas miliaria. De Egeas uſque Alexandria Gravioſa miliaria lx. Ab Alexandria uſque [x] Antiochiam miliaria lx. De Antiochia uſque in Quiro, ubi ſunt ſanctus Coſmas & Damianus, qui ibi & percuſſi ſunt, [y] miliaria lx. De Quiro uſque Barba-

a. *B.*, *C.*, *E.* iubens. — b. *D.* potuit. — c. *B.*, *E.* revolutum. — d. *B.*, *E.* ſuſcipit. — e. *D.* teſtio. — f. *B.*, *C.*, *E.* Clara. — g. *B.*, *C.*, *E.* iiij. — h. *D.* aque nullatenus inveniuntur. — i. *D.* ad capud civitatis. — k. civit. Met. *deeſt in B.*, *C.*, *E.* — l. *B.*, *C.*, *E.* Araviſa. — m. *D.* Piſidia. — n. *B.*, *C.*, *E.* xx. — o. vj nonas ... crucis *deeſt in D.* — p. *D.* xvij. — q. *D.* ad ſanctum Domini. — r. *B.*, *C.*, *E.*, reddit. — s. *D.* gerere. — t. *C.* foſcalia; *E.* fiſcalia. — u. *D.* Appollius. — v. *D.* Tarſa. — w. de Dana . . . xxx *deeſt in B.*, *C.*, *E.* — x. *D.* Alexandria acuto ſauſa. — y. *B.*, *C.*, *E.* qui ibi paſſi ſunt.

riffo, ubi paffi funt [a] fanctus Sergius & Baccus, miliaria lx. [b] De Barbariffo Heneapoli [c] in Calonico [d] miliaria octoginta. De Calonico ufque Conftantina miliaria nonaginta. [e] De Conftantina in Ediffa [f] mille octoginta, ubi Abgarus rex fuit, [g] qui domino Chrifto fcripfit. De Ediffa ufque in Dara [h] miliaria c viginti. De Dara ufque in Amiada [i] miliaria octoginta, que eft ad fines Perfarum. De Amiada ufque Ramuffa miliaria decem & novem. [k]

Hec eft menfura vel fapientia partibus Orientalis. Explicit. [l]

a *D.* percuffi funt. — b. de Quiro ...lx *deeft in C.* — c. *B.*, *C.*, *E.* Creapoli. — d. *B.*, *C.*, *E.* Calenico. — e. *D.* lx. — f. *D.* Defa. — g. *D.* manebat. — h. *C.* Diara. — i. *C.* Aminada. — k. *D.* xviij. — l. hec eft ... explicit *tantum A.*; *idem codex addit quæ fequuntur:* habet in finem miliaria numero ccclxxxvij, paffus ccclxxx.

VII

ANTONINI MARTYRIS

PERAMBULATIO

LOCORUM SANCTORUM

[circa 570]

CODICES MANUSCRIPTI

QUIBUS USUS EST EDITOR.

G. Cod. membran. in bibliotheca veteris abbatiæ Sangallensis, 133, min. 8^0, sæc. IX.

B. Cod. membran. in bibliotheca publica Bruxellensi, 2922, min. 4^0, sæc. IX.

Bern. Cod. membran. in bibliotheca civitatis Bernensis, 582, 8^0, sæc. IX, seu X.

P. Cod. membran. in bibliotheca nationali Parisiensi, lat. 12,277, sæc. XI.

L. Cod. membran. in museo Britannico, Addit. 15,219, 4^0, sæc. XII.

V. Cod. membran. in bibliotheca imperiali Vindobonensi, 4^0, sæc. XII, seu XIII.

Vat. Cod. membran. in bibliotheca Vaticana, 636, A, f^0, sæc. XIII.

C. Cod. membran. veteris abbatiæ Caduini, min. f^0, sæc. XV.

Ber. Cod. membran. in bibliotheca regia Berolinensi, lat. 32, 8^0, sæc. XV.

M. Fragmentum membran. in bibliotheca regia publica Monacensi, Docen R d^a, 12^0, sæc. X.

DE LOCIS SANCTIS

QUÆ PERAMBULAVIT

ANTONINUS MARTYR

⁂

I. *Conſtantinopolis, Cyprus, Antaradus, Tripolis, Byblus, Trieris, Berytus.*

PRECEDENTE[a] beato Antonino Martyre una cum collega ſuo, ex eo quod civitatem *Placentiam* egreſſus ſum, in quibus locis ſum peregrinatus, vie[b] veſtigia Chriſti ſequi cupiens & miracula prophetarum pervidere, edicere curabo.

Ita exeuntes de Placentia *Conſtantinopolim* venimus, de qua egreſſi venimus in inſulam *Cyprum*, in civitatem *Conſtantiam*, in qua requieſcit ſanctus Epiphanius: civitatem pulchram & delicioſam, ornatam palmis dactylorum. Deinde venimus in partes *Syrie*, in inſulam *Antaradum*, & inde venimus in *Tripolim* Syrie, ubi requieſcit ſanctus Leontius, que civitas tempore Iuſtiniani imperatoris ſubverſa eſt terre motu cum aliis civitatibus. Venimus inde *Byblum*, que & civitas cum hominibus ſubverſa

a. *In aliquibus codd.* procedente. — b. *P.*

eſt; item in civitatem *Trierim*, que & ipſa ſubverſa eſt ſimiliter. Deinde venimus in civitatem ſplendidiſſimam *Berytum*, in qua nuper fuit ſtudium litterarum: que & ipſa ſubverſa fuit. Dicente nobis epiſcopo civitatis, cui cognite fuerant perſone nominatim, exceptis peregrinis triginta millia ad breve miſere hic perierunt. Ipſa civitas iacet ſub montanis *Libani*.

II. *Sidon, Aſclepius, Sarepta, Tyrus, Ptolemais.*

A Beryto venimus *Sidonem*, que & ipſa ex parte ruit & adheret Libano. Homines in ea peſſimi. Et illic currit fluvius *Aſclepius*, & fons inde ſurgit. De Sidone venimus *Sareptam*, que civitas modica & valde chriſtiana eſt: in qua cenaculum eſt, quod factum fuerat Helie, & lectus, ubi recubuit, & alveus marmoreus, ubi illa mulier fermentavit. In quo loco multa offeruntur, & virtutes multe illic fiunt. Exeuntes de Sarepta venimus in civitatem *Tyrum*, a Sarepta milliario ſeptimo. Tyrus civitas habet homines potentes: vita peſſima, tanta luxuria, quanta dici non poteſt, gynecea publica, & oloſericum & diverſa genera telarum. Exinde venimus *Ptolemaidam*, civitatem honeſtam, ubi invenimus monaſteria bona.

III. *Sycaminum, caſtra Samaritanorum, monaſterium Heliſei in monte Carmelo, Porphyrion.*

Contra Ptolemaidem, ſexto milliario, civitas eſt, que vocatur *Sycaminum*, ſub *monte Carmelo*, ubi, milliario a Sycamino, ſunt *caſtra Samaritanorum*, & ſupra ipſa caſtra, milliario ſemis, *monaſterium Heliſei* prophete, ubi occurrit ei mulier, cuius filium ſuſcitavit. In monte Carmelo invenitur petra modica rotunda, que, quando agitur, ſonat, quia ſolida eſt. Talis eſt virtus petre: ſi ſuſpenſa fuerit

mulieri vel cuicumque animali, iactum nunquam faciet. Ad millia sex aut septem civitas *Porphyrion.*

IV. *Diocesarea, Cana.*

De Ptolemaida misimus maritima & venimus in fines *Galilee*, in civitatem *Diocesaream*, in qua adoravimus amulam & canistellum sancte Marie. In ipso loco erat & cathedra, in qua sedebat, quando ad eam angelus venit. Deinde milliario tertio venimus in *Canam*, ubi ad nuptias fuit Dominus, & accubuimus in ipso accubitu, ubi ego indignus parentum meorum nomina scripsi. Hydrie due ibi sunt, ex quibus unam implevi aqua & protuli ex ea vinum, & in humerum plenam levavi & obtuli ad altare: & in ipso fonte pro benedictione lavimus.

V. *Nazareth.*

Deinde venimus in civitatem Nazareth, in qua sunt multe virtutes. Ibi etiam pendet in *synagoga* tomus, in quo Dominus ABC habuit impositum: in qua etiam synagoga posita est trabs, ubi Dominus cum aliis sedebat infantibus, que trabs a christianis agitatur & sublevatur; Iudei vero nullo modo eam agitare possunt, sed nec permittit se foras tolli. *Domus sancte Marie basilica* est, & multa ibi sunt beneficia de vestimentis eius. In civitate vero illa tanta est gratia mulierum hebrearum, ut in terra illa inter Hebreas pulchriores non inveniantur, & hoc a sancta Maria sibi concessum dicunt; nam & parentem suam eam dicunt fuisse. Et dum nulla sit caritas Hebreis erga Christianos, ille omnes sunt caritate plene.

Provincia paradiso similis, in tritico & in frugibus similis Egypto. Modica quidem est terra, sed precellit in vino & oleo, pomis ac melle. Sed & milium est ibi extra naturam altum nimis, super statum hominis talea grossa.

VI. *Tabor, Neapolis.*

De Nazareth venimus in montem *Tabor*, qui mons exit in medio campeſtri: terra viva, tenens in circuitu millia ſex, in aſcenſu millia tria, ſurſum ad unum milliarium planus. In quo ſunt tres eccleſie,[a] ubi dixit Petrus ad Ieſum: *Faciamus hic tria tabernacula*. In circuitu montis diverſe ſunt civitates, que in Libro regum leguntur. De Tabor venimus in civitatem, que alio tempore appellata eſt *Sichem*,[b] nunc vero dicitur Neapolis: in qua puteus eſt, ex quo Dominus a muliere ſamaritana aquam petiit. Ibique facta eſt baſilica in honorem ſancti Iohannis Baptiſte, & ipſe puteus eſt ante cancellos altaris, & ſitula ibidem, de qua dicitur, quod Dominus biberit. Multi egri ibi veniunt & ſanantur.

VII. *Tiberias, mare, Capharnaum, Ior & Dan, Iordanis, Gadara, therme Helie, fluvius Gadara.*

Deinde venimus ad *mare Tiberiadis*, in civitatem Tiberiadem, in qua ſunt therme ſalſe; nam aqua maris ipſius dulcis eſt, quod mare circuit millia octo. Deinde venimus in civitatem *Capharnaum*, in domum beati Petri, que eſt modo baſilica. Inde tranſeuntes per caſtra vel vicos aut civitates, venimus ad duos fontes, hoc eſt, *Ior* & *Dan*, qui in unum confluunt & vocantur *Iordanis* parvus; ingreditur mare, pertranſit totum pelagus & exit in alio littore maris. Revertentes venimus in locum, ubi Iordanis egreditur mari, & in ipſo loco tranſivimus Iordanem, & venimus in civitatem, que vocatur *Gadara*, que & Gabaon dicitur. In iſta parte, milliario tertio ab urbe, ſunt aque calide, que appellantur *therme Helie*, ubi leproſi mun-

a. *G.* baſilice. — b. *Sic ego, al.* Samaria.

dantur. Ibi eſt xenodochium ad publicas delicias. Hora veſpertina mundantur therme. Ante ipſum clibanum aque grande eſt ſolium, quod dum impletum fuerit, omnia oſtia clauduntur. Et per porticum mittuntur intus infirmi cum luminaribus & incenſo, & ſedent in illo ſolio tota nocte, & dum ſoporati fuerint, videt ille, qui curandus eſt, aliquam viſionem, & dum eam recitaverit, abſtinentur ipſe therme ſeptem diebus, & intra ſeptem dies mundantur. Ibique mortuus eſt collega noſter Iohannes de Placentia, maritus Thecle. Ipſe *fluvius* calidus, qui *Gadara* dicitur, deſcendit torrens & intrat Iordanem, & ex ipſo ampliatur Iordanis & maior fit.

VIII. *Scythopolis, Sebaſte, Samaritani infeſti.*

Et tunc deſcendimus per Galileam iuxta Iordanem, tranſeuntes multas civitates, que leguntur, & venimus in civitatem, metropolim Galilee, que vocatur *Scythopolis*, in monte poſitam, ubi ſanctus Euſebius[a] multas operatus eſt virtutes. Exinde deſcendimus per aliqua[b] loca *Samarie*[c] in civitatem *Sebaſten*, in qua requieſcit Heliſeus propheta. Deſcendentes per campeſtria, per civitates & *vicos Samaritanorum* & plateas, unde tranſivimus, veniebant poſt nos Iudei paleis veſtigia noſtra incendentes. Tanta eſt illis execratio Chriſti, ut vix chriſtianis quidem reſponſum faciant, & ſunt ratione, ut quod ab illis emere vis, non tangas, antequam pretium des : quodſi tetigeris & non comparaveris, mox ſcandalizabuntur. Nam foris vicum condomam habent poſitam & in ipſa talem perſonam, que dat reſponſum venientibus ; nummos autem non accipiunt de manu tua, ſed in aquam proiicies eos, & denunciant tibi, quando ingrediaris. Tu vero noli

a. ? *Sic ego, al.* Iohannes, ubi Dominus. — b. *P.* alia.

c. *Omitto* & Iudee.

exſpuere; ſi enim exſpueris, ſcandalizabuntur. Sero autem purificant ſe in aqua & ſic ingrediuntur in vicum aut civitatem.

IX. *Locus quinque panum, baptiſmi dominici, tranſitus Iſraelitarum, Hermon, ros medicis ſerviens, ubi baptizabat Iohannes.*

Deinde venimus in *locum*, ubi Dominus de *quinque panibus* & duobus piſcibus quinque millia hominum ſatiavit, exceptis parvulis & mulieribus, in extenſa campania habente oliveta & palmeta. Exinde venimus in locum, *ubi baptizatus eſt Dominus*. In ipſo loco *filii Iſrael tranſierunt Iordanem*, & filii prophetarum perdiderunt ſecurim, & ex ipſo loco Helias aſſumtus eſt in celum. Ibique eſt mons *Hermon* modicus, qui legitur in Pſalmo. Ad pedes montis ipſius aſcendit de fluvio nubes hora prima oriente ſole, & venit Hieroſolymam ſuper baſilicam, que eſt in Sion, & ſuper baſilicam ad monumentum Domini [a] & ſuper baſilicam ſancte Marie & ſancte Sophie, que fuit pretorium, ubi auditus eſt Dominus. Super hec loca deſcendit ros ſicut pluvia. Colligunt eum medici, & in ipſo coquunt omnes confectiones pro xenodochiis; nam multi languores ſanantur ibi, ubi cadit ipſe ros, de quo propheta David canit: *Sicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.* In illa parte Iordanis eſt *fons, ubi baptizabat Iohannes.* Inde uſque ad Iordanem millia duo. In ipſa valle inventus eſt Helias, quando ei corvus deferebat panem & carnes. In circuitu vallis ipſius multitudo eremitarum eſt.

a. *Tantum G.* ſuper baſil. ad mon. D.

X. *Salamaida, therme Moysis, mare Salinarum, Segor, monumentum Absalonis.*

Et ibi prope est civitas, que vocatur *Salamaida,* ubi remanserunt due semis tribus filiorum Israel, priusquam transirent Iordanem. In quo loco therme sunt, que vocantur *therme Moysis,* ubi etiam leprosi mundantur. Et ibi est fons aquam habens dulcissimam, que pro catarthico bibitur, & multos sanat languores, non longe a *mari Salinarum,* in quod Iordanis ingreditur subtus Sodomam & Gomorrham : ad cuius littus bitumen & sulphur colligitur. In quo mari mense Iulio & Augusto & usque medium septembrem toto die iacent leprosi; ad vesperum autem lavantur in ipsis thermis Moysis & aliquoties, quos vult, Dominus mundat; nam in generalitate est aliqua paramitia [παραμῦθία]. In quo mari nihil invenitur vivificatum; nec ligna, nec palee ibi natant, neque homo natare potest, sed quidquid in illud proiectum fuerit, in profundum demergitur. De Iordane usque ad locum illum, in quo Moyses de corpore exivit, sunt millia octo, & exinde non multum longe ad *Segor,* in quibus locis sunt multi eremite. Vidimus & ibi *monumentum Absalon,* filij David.

XI. *Jordanis, epiphania.*

Tenuimus *theophaniam iuxta Iordanem,* & fiunt mirabilia in illa nocte in loco, ubi baptizatus est Dominus. Et est ibi tumulus cancellis circumdatus, & in loco, ubi aqua rediit in alveum suum, posita est crux lignea intus in aqua, & gradus descendunt usque ad aquam ex utraque parte ripe strata marmore. In vigiliis theophanie grandes fiunt vigilie, magnus ibi fit conventus populorum, & gallo quarta aut quinta vice canente, fiunt matutine. Completis matutinis, albescente die, procedunt diaconi

ad ſacra myſteria ſub divo & tenent ea, deſcendit ſacerdos in fluvium, & hora, qua ceperit benedicere aquam, mox Iordanis cum magno ſtrepitu poſt ſe revertitur & ſtat aqua ſuperior, uſque dum baptiſmus perficiatur; inferior vero fluit in mare, dicente Pſalmiſta: *Mare vidit & fugit; Iordanis converſus eſt retrorſum.* Et nunc omnes Alexandrini, qui naves habent, cum hominibus calatos plenos aromatibus & balſamo tenentes, hora, qua ſacerdos benedixerit fontem, antequam incipiant baptizare, fundunt illos calatos in fluvium & tollunt inde aquam benedictam, & exinde faciunt aquam aſperſionis in navibus ſuis, antequam exeant ad navigandum. Baptiſmo completo, omnes deſcendunt in fluvium pro benedictione, induti ſindonibus (& aliis multis ſpeciebus), quas ſibi ad ſepulturam ſervant. Omnibus perfectis, aqua revertitur in locum ſuum. Et unde ſurgit Iordanis a mari Tiberiadis uſque ad mare Salinarum, ubi deficit, ſunt millia cxxx.

XII. *Spelunca puellarum, monaſterium S. Iohannis.*

In ipſa vero ripa Iordanis eſt ſpelunca, in qua ſunt *cellule ſeptem cum ſeptem puellis,* que illuc infantule mittuntur, & cum aliqua ex eis mortua fuerit, in ipſa cellula ſepelitur, & alia cellula inciditur, & mittitur in eam alia infantula, ut numerus ſtet. Habent foris, qui eis cibaria parant. In quem locum cum magno timore ingreſſi ſumus ad orationem; nullius ibi faciem vidimus. In ipſo loco dicitur eſſe ſudarium, quod fuerat ſuper caput Ieſu. Super Iordanem, non multum longe a Iordane, ubi baptizatus eſt Dominus, eſt *monaſterium Sancti Iohannis* valde magnum, in quo ſunt xenodochia duo. In iſta vel in illa ripa Iordanis per loca ſubmontana inveniuntur ſerpentes, de quibus theriaca conficitur. Inde venimus Iericho.[a]

a. *In aliis mſſ.* ad Iordanem.

XIII. *Iericho, Galgala, campus ſacer Domini.*

De Iordane uſque ad *Iericho* ſunt millia ſex. Iericho in oculis omnium[a] videtur ut paradiſus. A terre motu muri diruti. Domus Raab ſtat, que eſt xenodochium, & ipſum cubiculum, in quo exploratores depoſuit, eſt *oratorium Sancte Marie.* Lapides vero illi, quos levaverunt filij Iſrael de Iordane, non longe a civitate Iericho poſiti ſunt in baſilica poſt altare, & ante baſilicam eſt *campus ſacer Domini*, in quo Dominus manu ſua ſeminavit, ferens ſatum uſque ad modios tres, qui etiam bis in anno colligitur, at menſe februario, ut exinde in paſcha communicetur. Cum collectum fuerit, aratur & iterum cum reliqua meſſe colligitur, & nunquam ſeritur, ſed ex ſe profert ſemen.

XIV. *Fons Heliſei.*

At vero fons aque, quam indulcavit Heliſeus propheta, irrigat omnem Iericho, ubi naſcitur vinum potens,[b] quod febricitantibus datur. Ibi naſcuntur dactyli, ex quibus mecum adduxi in provinciam & unum domino Paterio patricio dedi. Ibi naſcitur & cedrus de cubitis xl & virga faſiola pedes duos longa. Ibi eſt & vitis, unde in aſcenſione Domini plene ciſte racemis in monte Oliveti venales ſunt, & in pentecoſte muſtum & exinde calata plena proponuntur.

XV. *Arbor Zachei, Sodoma & Gomorrha, ſtatua ſalis.*

Exeuntes de Iericho venimus contra Hieruſalem. Non longe a civitate Iericho eſt illa *arbor*, in quam *Zacheus* aſcendit, ut videret Dominum, & intra[c] oratorium incluſa

a. *P.* hominum. — b. *B.*, *P.*, *Ber.* potiſcon. — c. *G.*, *al.* infra.

eſt, & per tectum deſuper ſicca videtur. Igitur exeuntes porta[a] de Iericho, ab oriente contra occidentem venientes, in ſiniſtra manu intravimus ſavillas[b] *Sodome* & *Gomorrhe*, ſuper quam provinciam deſcendit ſemper nubes obſcura cum odore ſulphureo. Quod vero dicunt de *ſtatua*[c] *uxoris Loth*, quod lingendo ab animalibus minuatur, non eſt verum, ſed ſtat in eo ſtatu, in quo fuit.

XVI. *Bahurim, Bethania, mons Oliveti.*

Aſcendentes per montana Hieroſolymorum, non longe ab Ieruſalem, venimus in *Bahurim*. Inde revertentes ad ſiniſtram ad oppida montis Oliveti, venimus in *Bethaniam*, ad *monumentum Lazari*. Reſpicientes valles illas & perambulantes monaſteria multa & mirabiliorum loca, vidimus multitudinem incluſorum virorum ac mulierum in *monte Oliveti*. Et ſurſum in monte, ubi Dominus aſcendit ad patrem,[d] vidimus mirabilia multa & cellulam, ubi clauſa fuit vel iacet Pelagia in corpore, & in ipſo monte iacet Iacobus Zebedei & Cleophas & multa corpora ſanctorum.

XVII. *Vallis Gethſemane ſive Ioſaphat, baſilica Sancte Marie, Hieroſolyma, templum.*

Deſcendentes de monte Oliveti, venimus in *vallem Gethſemane*, in locum, ubi traditus eſt Dominus: in quo ſunt tria accubita, in quibus ille accubuit, & nos pro benedictione accubuimus. Et in ipſa valle eſt *baſilica Sancte Marie*, quam dicunt domum eius fuiſſe: in qua monſtratur ſepulcrum, de quo dicunt ſanctam Mariam ad celos fuiſſe ſublatam. Ipſa vallis Gethſemane, inter montem Sion & montem Oliveti poſita,[e] ibidem vocatur Ioſaphat.

a. *G.*, *al. om.* porta. — b. *G.*, *al.* villas, villis. — c. *Addo* ſtatua. — d. *In pluribus mſſ.* ubi & iudicare veniet. — e. *Ed. Iul. And.* inter.. poſita.

De Gethſemane aſcendimus ad portam *Hieroſolyme* per gradus multos. In dextra parte porte eſt olivetum & ficulnea, in qua Iudas laqueo ſe ſuſpendit, cuius talea ſtat munita petris. Hec eſt porta civitatis, que coheret porte ſpecioſe, que fuit *templi:* cuius liminare & trabulatio ſtat.

XVIII. *Monumentum Domini.*

Oſculantes proni in terram, ingreſſi ſumus in ſanctam civitatem, in qua perreximus ad monumentum Domini, adorantes ipſum. Monumentum, in quo corpus Domini Ieſu Chriſti poſitum fuit, in naturale exciſum eſt petra. Lucerna erea, que illo tempore ad caput ipſius poſita fuit, ibi ardet die noctuque: ex qua benedictionem accepimus, & recompoſuimus eam. In quod monumentum de foris mittitur terra, & ingredientes exinde benedictionem tollunt. Lapis, unde clauſum fuit monumentum, ante os monumenti eſt: color[a] vero petre, que exciſa eſt de petra Golgotha (dignoſci non poteſt); nam ipſa petra ornata eſt ex auro & gemmis. Poſtmodum de ipſa petra factum eſt altare in loco, ubi crucifixus eſt Dominus Ieſus. Petra vero monumenti veluti molaris eſt infinite ornata: virgis ferreis pendent brachialia, dextrocheria, murene, monilia, annuli capitulares, cingula gyrata, balthei & corone imperatorum ex auro & gemmis, & ornamenta plurima de imperatricibus. Monumentum ſic quaſi in modum mete eſt coopertum ex argento & ſub ſoles aureos ante monumentum altare poſitum.

XIX. *Golgotha.*

A monumento uſque ad Golgotha ſunt greſſus octoginta. Ab una parte aſcenditur per gradus, ubi Dominus noſter aſcendit ad crucifigendum. In loco, ubi crucifixus

a. *G.* viride.

fuit, paret cruor ſanguinis in ipſa petra. In latere petre eſt *altare Abrahe*, ubi ibat offerre Iſaac. Ibi & *Melchiſedec* obtulit *ſacrificium*, quando Abraham revertebatur cum victoria a cede Amelech. Tunc ibidem dedit ei Abraham omnem decimationem in hoſtias. Iuxta altare eſt crepatura,[a] ubi ponis aurem & audies flumina aquarum, & ſi iactas malum, pomum aut aliquid, quod natare poteſt, & vadis ad Siloam fontem, & ibi ſuſcipies. Inter Siloam & Golgotham credo eſſe milliarium. Hieroſolyma aquam vivam non habet preter Siloam fontem.

XX. *Baſilica Conſtantini, cubiculum cum cruce.*

De Golgotha uſque ad locum, ubi inventa erat crux, ſunt greſſus quinquaginta. In *baſilica Conſtantini* coherente circa monumentum vel Golgotha, in atrio ipſius baſilice, eſt *cubiculum, ubi lignum ſancte crucis* poſitum eſt, quod adoravimus & oſculati ſumus; nam & titulum, qui ſuper caput Ieſu poſitus erat, &[b] in quo ſcriptum eſt: *Ieſus Nazarenus, rex Iudeorum,* vidi & in manu mea tenui & oſculatus ſum. Quod lignum crucis de nuce eſt. Procedente ſancta cruce ad adorandum de cubiculo ſuo & veniente in atrium, ubi adoratur, eadem hora ſtella apparet in celo & venit ſuper locum, ubi crux reſidet. Et dum odoratur crux, ſtat ſupra eam ſtella, & offertur[c] oleum ad benedicendum ampullis mediis; hora vero, qua tetigerit lignum crucis has ampullas, mox ebullit oleum foras, & niſi citius claudantur, totum refunditur foras. Revertente cruce in locum ſuum, ſtella pariter revertitur, & poſt recluſam crucem ultra non apparet ſtella. Etiam ibi eſt ſpongia & canna, de quibus legitur in Evangelio, de qua ſpongia aquam bibimus. Ibi eſt & calix onychinus, quem benedixit in cena Dominus, &

a. *G., in aliis mſſ.* cripta, ſcripta. — b *Addidi* &. — c. *G., al.* affertur.

alie multe virtutes: ſpecies beate Marie in ſuperiori loco & zona ipſius & ligamentum, quo utebatur in capite. Ibi ſunt & ſeptem cathedre marmoree ſeniorum.

XXI. *Turris David.*

Inde aſcendimus in *turrim David*, ubi pſalterium decantavit. Magna eſt valde, in qua ſunt monaſteria in cenaculis ſingulis: que turris quadrangula & opus ſculptum,[a] non habens tectum. In quam etiam Chriſtiani pro devotione ad manſionem aſcendunt, &, circa mediam noctem ſurgentes, audiunt voces murmurantium deorſum in valle Ioſaphat ad loca contra Iordanem, que reſpiciunt ad Sodomam & Gomorrham.

XXII. *Baſilica Sancte Sion & monaſterium.*

Deinde venimus in *baſilicam Sanctam Sion*, ubi ſunt mirabilia multa, inter que eſt, quod legitur de *lapide angulare*, qui reprobatus eſt ab edificantibus. Ingreſſus Dominus in ipſam eccleſiam, que fuit domus ſancti Iacobi, invenit lapidem iſtum deformem in medio iacentem, tenuit eum & poſuit in angulum: quem tenes & levas in manibus tuis, & ponis aurem in angulo ipſo & ſonabit in auribus tuis quaſi multorum hominum murmuratio. In ipſa eccleſia eſt *columna, ubi Dominus flagellatus eſt*, in qua columna tale eſt ſignum: dum eam quidam amplexus fuiſſet, pectus eius adheſit in ipſo marmore, & manus ambe & palme & digiti in ipſa petra apparent, ita ut inde pro ſingulis languoribus menſura tollatur, & qui circa collum habent, ſanantur. In ipſa columna eſt cornu illud, de quo reges ungebantur, & David. Ibi eſt & *corona ſpinea*, qua Dominus fuit coronatus, & *lancea*, de qua in latere percuſſus,

a. *P.* ſcalptum.

& lapides multi, cum quibus lapidatus eſt Stephanus. Ibi eſt & *columna,* in qua crux poſita fuit *beati Petri,* qua crucifixus eſt Rome. Ibi eſt *calix apoſtolorum,* in quo, poſt reſurrectionem Domini, miſſas celebrabant, & multa alia mirabilia, que non recolo. Ibi eſt *monaſterium* puellarum, & vidi teſtam hominis incluſam in loculo aureo, ornato gemmis, quam dicunt eſſe caput martyre Theodote: in qua multi aquam pro benedictione bibunt & ego bibi.

XXIII. *Baſilica S. Marie, xenodochia, pretorium ſeu baſilica S. Sophie, ruine templi, aque decurſus ad Siloam.*

De Sion venimus in *baſilicam Sancte Marie,* ubi eſt congregatio magna monachorum, ubi ſunt & xenodochia virorum ac mulierum: ſuſceptus peregrinus ſum: menſe innumerabiles, lecti egrotorum ſunt amplius tria millia. Et oravimus in *pretorio,* ubi auditus eſt Dominus, & modo eſt *baſilica Sancte Sophie.* Ante *ruinas templi* Salomonis, ſub platea aqua decurrit ad *fontem Siloam* ſecus *porticum Salomonis.* In ipſa baſilica eſt ſedes, in qua ſedit Pilatus, quando Dominum audivit; petra autem ibi eſt quadrangula, que ſtabat in medio pretorio. In eam levatus eſt Dominus, quando auditus eſt a Pilato, ut ab omni populo audiretur & videretur, ibique veſtigia illius remanſerunt: pedem pulchrum, modicum, ſubtilem, ſtaturam communem, faciem pulchram, capillos ſubanellatos, manum formoſam, digitos longos imago deſignat, que, illo vivente, picta & poſita eſt in ipſo pretorio. Etiam de petra illa, ubi ſtetit, multe fiunt virtutes: tollentes de ipſius veſtigiis pedum menſuram, ligant pro ſingulis languoribus & ſanantur. Et ipſa petra ornata eſt auro & argento.

XXIV. *Porta antiqua, locus Ieremie, Siloe, baſilica, piſcina, Cedron.*

Exinde venimus ad arcum,[a] ubi *antiqua porta* fuit civitatis. In ipſo loco ſunt *aque* putride, in quas miſſus eſt *Ieremias* propheta. Ab arcu illo deſcendentes ad *fontem Siloam* per gradus multos, vidimus *baſilicam volubilem*, ſubtus de qua ſurgit Siloe: que habet ſolia duo ex marmore manu hominis facta: inter ſolium & ſolium clauſura cancellorum: in uno[b] pro benedictione lavantur viri & in alio mulieres. In quibus aquis multe virtutes oſtenduntur, imo & leproſi mundantur. Ante atrium eſt *piſcina grandis* manu hominis munita, in qua populus lavatur aſſidue; nam ſolis certis horis fons ipſe irrigat aquas multas, que deſcendunt per vallem Gethſemane, que & Ioſaphat vocatur, uſque ad Iordanem in loco, ubi deficit in mare Salinarum ſubtus Sodomam & Gomorrham.

XXV. *Fons Siloa, baſilica S. Stephani, Dioſpolis, columna flagellationis.*

Fons Siloa modo intra[c] civitatem incluſa eſt, quia Eudocia, imperatrix ipſa, addidit muros in civitate, & ipſa munivit *baſilicam & ſepulcrum ſancti Stephani*, & ipſa ſuum habet ſepulcrum iuxta ſepulcrum ſancti Stephani, & inter ſepulcra ſunt greſſus ſex.[d] Et ipſe ſanctus Stephanus requieſcit foris portam ſagitte iactu, ad viam, & illa porta ex nomine ipſius vocatur. Et eſt ad viam, que reſpicit ad occidentem, que deſcendit ad Ioppen & Ceſaream Paleſtine vel *Dioſpolim* civitatem, que antiquitus dicebatur Azotus: in qua requieſcit ſanctus *Georgius martyr*.

a. *P.* archam, *C.* aream. — b. *B.* imum.

c. *G.*, *al.* infra. — d. *Ed. princeps* p. 20, *al.* gr. 20, *imo* 26.

In ipſa media via, non multum longe a civitate, eſt *columna* marmorea, *ad quam Dominus prius ducebatur ad flagellandum:* que fugiens levata a nube & poſita eſt in ipſo loco. Et in tantum cognoſcitur verum eſſe, quia non baſim habet, ubi debet eſſe fundata, ſed ſic ſtat ſuper terram & agitatur: in cuius ſummitate crux ferrea poſita eſt, & per ſcalam aſcenditur, & ſunt ibi luminaria & incenſum, in quo loco demones mundantur. Nam & in ipſa provincia multas virtutes oſtendit beatus Georgius.

XXVI. *Akeldama.*

Itaque exeuntes a Siloa fonte, venimus in agrum, qui, comparatus pretio ſanguinis, vocatur *Akeldemac*, hoc eſt, ager ſanguinis, in quo omnes peregrini ſepeliuntur. Inter ipſa ſepulcra ſunt cellule ſervorum Dei, ubi fiunt multe virtutes, & per loca ſunt inter monumenta vinee & pomeria.

XXVII. *Piſcina natatoria, alia baſilica S. Marie, Iſitius.*

Revertentes in civitatem, venimus ad *piſcinam natatoriam*, que quinque porticus habet, & in una earum eſt *baſilica Sancte Marie*, in qua multe fiunt virtutes. Ipſa vero piſcina modo redacta eſt in ſtercore, & ibi lavantur omnia, que ſunt neceſſaria in civitate. Vidimus & in uno angulo tenebroſo catenam ferream, qua ſe laqueaverat infelix Iudas. Item exeuntes a porta maiore,[a] venimus ad locum, ubi requieſcit *Iſitius*, qui ibidem in corpore iacet: ubi etiam erogantur pauperibus & peregrinis panes, quos deputavit beata Helena.

a *Tantum Vat.* portam natatoriam.

XXVIII. *Sepulcrum Rachel, Rama, fons & ecclesia Beate Marie.*

Via, que ducit Bethlehem, milliario tertio a Ierusalem, *iacet Rachel* in corpore, in fine loci, qui vocatur *Rama*. In ipso loco vidi, in media via, de petra exire *aquam*, ad arbitratum usque ad sextarios sex,[a] unde omnes complent ad satietatem bibendi, & neque minuitur, neque augetur, & est suavis ad potandum, dicunt, eo quod *beata Maria*, fugiens in Egyptum, in ipso loco sedit cum puero & sitivit, & sic continuo emanavisset ipsa aqua. Ibi modo *ecclesia* constructa est.

XXIX. *Bethlehem, monumentum S. Hieronymi, ad S. Davidem.*

Inde usque *Bethlehem* milliaria tria. Et Bethlehem est locus splendidus: servi Dei multi. Ibi est spelunca, ubi natus est Dominus: in qua est presepe ex auro & argento ornatum, & die noctuque[b] luminaria ibi fiunt. Os vero spelunce ad ingrediendum angustum omnino. *Hieronymus* presbyter in ipso ore spelunce ipsam petram sculpsit, & *monumentum* sibi fecit, ubi & positus est. Medium milliarium a Bethlehem, in suburbio, iacet David in corpore, simul & Salomon, filius eius, duo monumenta, & appellatur locus ille *basilica Sancti David*; sed & infantes, quos occidit Herodes, in ipso loco habent monumentum, & omnes in una requiescunt domo, & aperiuntur sepulcra & videntur eorum ossa. Ante Bethlehem est monasterium muro cinctum, in quo est multitudo monachorum congregata.

a. *Al.* VII. — b. *Al.* iugiter.

XXX. *Mambre, Hebron.*

De Bethlehem uſque ad *ilicem Mambre* ſunt millia viginti tria,[a] in quo loco requieſcunt Abraham & Iſaac & Iacob & Sara, ſimul & oſſa Ioſeph. Eſt *ibi baſilica* edificata in quadriporticus, atrium in medio diſcoopertum, & per medium diſcurrit cancellus, & ex uno latere intrant Chriſtiani, ex alio Iudei, incenſa facientes multa. Depoſitio Iacobi in terra illa die primo poſt natalem Domini devotiſſime ab omnibus celebratur, ita ut ex omni terra Iudeorum conveniat innumerabilis multitudo, incenſa ferens multa vel luminaria, & munera dans ſervientibus[b] ibidem.

XXXI. *Mons, ubi occidit David Goliam, & ubi obiit Saul.*

Item revertentes in Ieruſalem, deſcendimus in viam, que vadit Gazam & Aſcalonem. Milliario vigeſimo de Hieruſalem venimus in montem,[c] *ubi occidit David Goliam,* ubi & *mortuus* eſt *Saul* & filius eius Ionathas. Iacet ibi Golias in media via, ad caput habens acervum ingentem lignorum & ſuper eum congeriem petrarum, ita ut ad millia viginti non poſſis invenire lapidem, quem movere poſſis, quia uſus eſt talis: quoties quis illuc tranſierit, ternos ſecum defert lapides & eos proiicit ſuper ipſum tumulum. Sic & nos ſimiliter fecimus.

In *montibus Gelboe* nec ros, nec pluvia deſcendit, & nocturnis horis ſecreto videntur volvi immundi ſpiritus tamquam vellera lane vel certe unde maris.

a. *Al.* XXIV. — b. *Ber.* — c. *Omitto* Gelboe.

XXXII. *Eleutheropolis, locus occisionis s. Zacharie, quercus Rogel, locus messorum Abacuc, fons Philippi, putei calumnia nominati.*

Deinde deviantes ad latus, venimus in civitatem, que dicitur *Eleutheropolis*, in locum, ubi Samson cum maxilla asini mille occidit viros, ex qua ipso orante aqua profluit. Qui fons usque in hodiernum diem irrigat ipsa loca; nam & in loco, ubi surgit, fuimus.

Deinde venimus in locum, *ubi Zacharias occisus* est & iacet in corpore. Est ibi ecclesia ornata; sunt ibi Dei servi multi.

Inde venimus ad locum, *ubi Isaias* propheta *a serra secatus* est, & iacet sub *quercu Rogel* iuxta aquarum decursum, que serra in testimonium posita est ad *sanctum Zachariam*. Deinde venimus ad locum, *ubi Abacuc prandium portavit* messoribus.

Ibi est fons, *ubi Philippus baptizavit* eunuchum. In quibus locis sunt *putei*, quos foderunt Abraham & Iacob, & appellaverunt *calumniam.*

XXXIII. *Ascalon, Saraphia, Maiume, Gaza, s. Hilarion.*

Inde egressi venimus *Ascalonem.* Ibi est puteus pacis in modum theatri factus, in quo usque ad aquam per gradus descenditur. Ibi requiescunt tres martyres; propria quidem habent nomina, sed vulgariter Egyptij vocantur. Milliario a civitate *Saraphia* est civitas, in proximo civitatis *Maiuma Ascalonis.* Inde venimus ad civitatem *Maiumam Gaze*, in qua requiescit sanctus Victor martyr. De Maiuma usque *Gazam* est milliarium unum. Gaza autem civitas est splendida, deliciosa, homines in ea honestissimi, omni liberalitate decori, amatores peregrinorum. Inde milliario secundo requiescit *sanctus pater Hilarion.*

XXXIV. *Elua (Elusa), monasterium circa mare Salinarum.*

Deinde venimus in civitatem *Elua*[a] in capite[b] eremi, que vadit ad montem Sinai: in qua etiam ex revelatione episcopi ipsius civitatis audivimus *miraculum*, quod silere non oportet: Puella quedam nobilis, nomine *Maria*, cum nupta fuisset, ipsa nocte nuptus sui sponsus eius mortuus est. Ipsa hanc rem patienter portavit & intra septimanam omnia sua erogavit pauperibus vel monasteriis. Celebrato die septimo, ipsa nocte vestimento sponsi sublato, inventa non est. De qua dictum est nobis, quod esset in eremo trans Iordanem inter calameta & palmeta, in finibus Segor, circa mare Salinarum, in quibus locis invenimus *monasterium puellarum* quindecim vel octodecim, quas christiani papulabant.[c] Que habebant unum asellum, qui eis cibaria apportabat,[d] & nutriebant leonem terribilem ad videndum. Cumque appropinquassemus cellule, a rugitu illius omnia animalia, que habuimus, minxerunt & in terram corruerunt. Et dixerunt nobis, quod ipsum asellum leo gubernaret in pascuis, quem offerebant nobis pro centum solidis; ille christianissimus, cum quo fui, pater Antoninus[e] accipere noluit, sed misit Hierosolymam cito, & adduxit eis tunicas tricenas[f] & ad cellarium legumina vel oleum ad luminaria. Et ipse nobis dixerunt de virtutibus Marie, que ambulaverat in eremo sola, portans leguminibus sportellas plenas vel tunicas, quas cupiebant ei adferre; sed nullus eam invenire potuit. Attamen de iis, que secum duxerat, nihil reportavit revertens de eremo. Cuius afflictionem vel ploratum nulla ratione consolari potuimus, sed tantum sepius flens dicebat: Ve mihi misere, cuius causa me christianam dico?

a. *G.*, *al.* Eluaha, Elual, Elvaal, Duaal, Duahal. — b. *P.* campo. — c. *Sic ego*, *al.* populabant, pascebant. — d. *Sic ego*, *al.* deportabat. — e. *Nomen deest in G.* — f. *G.*, *al.* ternas.

XXXV. *Xenodochium S. Georgij, homines raſi.*

Proficiſcentes de civitate Elua intravimus eremum. Milliario vigeſimo eſt ibi caſtrum,[a] ubi eſt *xenodochium Sancti Georgij*,[b] in quo habent refugium tranſeuntes vel eremite ſtipendia. Inde intrantes interiorem eremum, venimus ad locum, de quo dicitur in Pſalmo: *Poſuit terram fructiferam in ſalſuginem a malitia inhabitantium in ea.* Ibi vidimus homines raſos[c] cum camelis fugientes nos, & in Hieroſolyma vidimus homines ex Ethiopia caligulis calceatos, habentes fiſſas nares & aures, & per digitos & pedes annulos miſſos. Interrogavimus: Quare ſic? Dixerunt: Quia Traianus, imperator romanus, ſignum hoc nobis reliquit.

XXXVI. *Eremus.*

Ambulantes per *eremum* dies ſex, camelis nobis aquam portantibus, ſextarium mane & ſextarium veſpere quotidie per hominem accipiebamus; amareſcente aqua in utris pelle,[d] mittebamus in eam arenam, & indulcabatur. Familie autem Sarracenorum vel uxores eorum, venientes de eremo, cum lamentatione ad viam ſedentes, ſarcina depoſita, petebant panem a tranſeuntibus: & veniebant viri earum de interiore parte eremi adducebantque utres cum aqua frigida, & dabant, & accipiebant ſibi panes, & adducebant reſtes cum radicibus, quarum odor erat ſuaviſſimus ſuper omnia aromata, nihil licentes, quia anathema habebant & dies ſuos feſtos celebrabant. Populus autem, qui per ipſam maiorem eremum ingrediebatur, numero duodecim millia.[e]

a. Eboda? — b. *P.* Sergij. — c. *Al.* raros, raſcis. — d. *M.*, *L.*, *edit. princ.* utribus in modum fellis. — e. *Al.* XII mill. ſexcenti.

XXXVII. *Horeb & Sina, fons Moisis, cacumen montis cum oratorio.*

Perambulantes eremum, octavo die venimus ad locum, ubi Moyses de petra eduxit aquam, & exinde venimus ad montem Dei *Horeb*, & inde moventes, ut ascenderemus montem *Sina*, ecce multitudo monachorum & eremitarum. Cum crucibus psallentes obviaverunt nobis & prostrati in terram adoraverunt nos. Simili modo & nos facientes lacrimavimus. Tunc introduxerunt nos in vallem inter Horeb & Sina, ad cuius montis pedem est *fons* ille, ubi *Moyses* adaquabat oves, quando vidit rubum ardentem, qui fons inclusus est intra monasterium, quod *monasterium* circumdatur muris munitis:[a] in quo sunt tres abbates scientes linguas, hoc est, latinam, grecam, syram & egyptiacam & bessam,[b] vel multi interpretes singularum linguarum. In quo sunt condite monachorum. Et ascendimus in monte continuo millia tria, & venimus ad speluncam, ubi absconditus fuit Helias propheta, quando fugit ante Iezabel. Ante ipsam speluncam surgit fons, qui irrigat montem. Inde ascendimus millia continuo tria in summum montis cacumen, in quo est oratorium modicum habens pedes sex in longitudine, similiter & in latitudine. In quo nullus manere presumitur; sed orto iam die, ascendunt monachi de supra dicto monasterio & faciunt opus Dei. In quo loco multi pro devotione tondent capillos suos & barbam, ubi & ego tetigi & totondi barbam.

XXXVIII. *Sina & Horeb, festum Sarracenorum.*

Mons *Sina* petrosus est, raro habens terram: & in circuitu eius cellule multe servorum Dei; similiter & in

a. *G.* muriitis; turritis? — b. *Al.* &: persam.

Horeb. Et dicunt eſſe Horeb terram mundam. In parte ipſius montis habent *Sarraceni idolum* ſuum poſitum marmoreum, candidum tamquam nivem. Ibi etiam permanet ſacerdos eorum indutus dalmatica & pallio lineo. Quando venit tempus feſtivitatis illorum, recurrente[a] luna, antequam ergo dicitur luna ad diem feſtum ipſorum, incipit marmor illud mutare colorem;[b] mox luna introierit, quando ceperint adorare idolum, fit marmor illud nigrum ſicut pix. Completoque tempore feſtivitatis, revertitur in priſtinum colorem, unde omnino omnes mirati ſumus.

XXXIX. *Manna, feræ.*

Inter Sina & Horeb eſt vallis, in qua certis temporibus deſcendit ros de celo, quem *mannam* appellant, & coagulatur, & fit tamquam granum maſticis: & colligitur, & dolia inde plena habent in monte, unde pro benedictione dant ampullulas modicas; nam & nobis dederunt ſextarios quinque. Ex quo etiam prodito bibunt, & nobis dederunt & bibimus. Et in ipſis montibus *leo* & *pardus*, *capree* & *burdones* & *onagri* ſimul paſcunt, nulluſque eorum[c] leditur propter eremi vaſtitatem. Et quia iam ſe complebant dies feſti Sarracenorum,[d] preco exiit, ut nullus ſubſiſteret per eremum, per quam ingreſſi ſumus. Alij per Egyptum, alij per Arabiam reverſi ſunt in ſanctam civitatem.

XL. *Abila, Phara.*

De monte Sina uſque in Arabie civitatem, que dicitur *Abila*, ſunt manſiones octo. In Abila deſcendunt naves de India cum diverſis aromatibus.

Nobis autem viſum eſt per Egyptum reverti, & veni-

a. *Tuch*, *al.* precurrente, percurrente. — b. *Ed.*, *V.* vocem.

c. *Omitto* a leone. — d. *Al.* Ismahelitarum.

mus itaque in *Pharam* civitatem, in qua pugnavit Moyses cum Amalech: ubi est oratorium, cuius altare positum est super lapides illos, quos posuerunt Moysi oranti. In ipso loco est civitas munita muris e lateribus, & locus valde sterilis preter[a] aquas. Ibi occurrerunt nobis mulieres cum infantibus, palmas in manibus portantes & ampullas cum raphanino oleo; prostrate pedibus nostris plantas nostras ungebant & capita nostra, lingua egyptiaca psallentes antiphonam: Benedicti vos a Domino benedictusque adventus vester, Hosanna in excelsis. Ipsa terra est Madianitarum, & ipsi habitant in ipsa civitate, dicitur, quia ex familia Iethro, soceri Moysis, descendunt. Octingenti condome militantes in publico cum uxoribus suis erant, annonam & vestes accipientes ex Egypto, nullum laborem habentes, quia nec habent, ubi (solum colant), eo quod totum arenis (constat); & preter singulos dies habent singulas equas sarracenas, (per) capita paleas & hordeum de publico accipientes, discurrentes cum ipsis per eremum pro custodia monasteriorum & eremitarum propter insidias Sarracenorum. Ante quorum timorem non exagitantur Sarraceni; nam exeuntes de ipsa civitate, fontem illi serrant & claves tollunt secum. Et illi quidem ab intus similiter faciunt propter insidias Sarracenorum, quia nec habent, ubi exeant foris, preter celum & arenam.

XLI. *Magdolus, Sochot, Elim, Garandala, oratorium Moysis, Clysma.*

Exinde venimus *Magdolum* & *Sachot* & ad locum, ubi sunt *septuaginta palme* & duodecim fontes, & applicavimus ibi duos dies,[b] fatigati post tantos labores atque eremi vastitatem. In quo loco est castellum modicum,

a. *G., al.* propter. — b. *P.* dies multos.

quod vocatur *Surandala*, & nihil habet intus preter ecclesiam cum presbytero suo & duo xenodochia propter transeuntes. In quo loco arborem piperis vidi & in ipsa collegi. Exinde venimus ad locum, *ubi filij Israel transeuntes mare Rubrum* castra metati sunt, & illic similiter est[a] castellum modicum cum xenodochio. Et inde venimus ad locum, ad ripam, ubi transierunt filij Israel & exierunt de mari. Ibi est *oratorium Moysis*,[b] ibi est & civitas modica, que appellatur *Clysma*, ubi etiam naves de India veniunt. Quo maris loco, ubi transierunt, gulfus exit de pelago maiori & extenditur intus in multis millibus, quia accessum recessumque habet; recedente mari omnis prefiguratio armorum Pharaonis vel vestigia rotarum curruum parent, sed & omnia arma in marmor conversa videntur. Illic accepimus nuces plenas virides, que de India venerunt, quas de paradiso credunt esse homines, cuius gratia talis est: quanticumque ex iis gustaverint, satiantur.[c]

XLII. *Insula cum oleo petrino.*

Intus autem in ipso pelago ad millia undecim est insula modica, in qua est petra viva. In qua pendent digiti molles ut carnei, in modum dactylorum, qui fundunt unguentum, quod oleum petrinum appellant, & in quibusdam temporibus pro grande benedictione colligitur. Vas, in quo portatur, impletum si fuerit & volueris reiterare ad tollendum, iam non id recipit, nec tenet. In quo loco quanticumque egroti, maxime demoniaci, pertingere potuerint, salvantur. Quod tunc tollentibus pro benedictione non permittitur iterum introire per Clysma, antequam misceatur cum oleo; nam si non adulteraretur, credo, quia semper ipsam virtutem faceret; nam

a. *Addidi* est. — b. *In mss.* oratorium Helie *præmittitur*.

c. *Al.* sanantur.

liquor ipſius unguenti tenet continuo per duo millia odorem quemdam ſulphureum. Qualis vis enim tempeſtatis ſit maris, tamquam in ſtagno infra littus illic ſtat. Infra civitatem ipſam Clyſma, intus in baſilica vidimus loculos ligneos ſanctorum patrum eremitarum ultra octodecim.

XLIII. *Syracumba, cataracte Nili, Babylonia, Memphis, Antinoe.*

Et inde venimus per eremum ad ſpeluncam beati Pauli eremite, que vocatur *Syracumba,* ad fontem, qui uſque hactenus totum locum ipſum irrigat. Deinde iterum per eremum venimus ad *cataractas Nili,* ubi aqua aſcendit ad ſignum, monitionem manu hominis factam, & habet gradus duodecim. In proxima cataracta ex utraque parte Nili ſunt due civitates, quas dicunt filias Loth edificaſſe; una earum *Babylonia* dicitur. Tunc venimus per *campos Taneos* in *Memphis* civitatem & in *Antinoen,* in qua reſidebat Pharao, ex quibus[a] & filij Iſrael exierunt. In ipſis locis ſunt horrea XII Ioſeph plena.

XLIV. *Iterum Memphis.*

In Memphi fuit templum, quod modo eſt eccleſia: cuius una porta ſe clauſit ante Dominum noſtrum, quando cum beata Maria illic fuit, & uſque hactenus non poteſt aperiri. Ibi vidimus pallium lineum, in quo eſt effigies Salvatoris, quem dicunt terſiſſe faciem ſuam in eo & remanſiſſe ibi eius imaginem, que imago ſingulis temporibus adoratur, & nos eam adoravimus; ſed propter ſplendorem non potuimus in eam intendere, quia, quantum in ipſam effigiem intendis, immutatur in oculis tuis.

a. *G., al.* ex qua.

XLV. *Athlibis, sanctus Mennas, Alexandria.*

Descendentes per Egyptum, venimus in civitatem *Athlibim* & perambulavimus usque ad *sanctum Mennatem*, qui multas virtutes ibi operatur. Inde descendentes, in naviculis per stagnum venimus *Alexandriam*. In ipso stagno vidimus multitudinem crocodillorum. Alexandria est civitas splendida, populus levissimus, sed amator peregrinorum. Hereses ibi multe sunt. Ibi requiescit sanctus Athanasius, ipsius civitatis episcopus, sanctus Faustus & sanctus Epimachus & sanctus Antonius sanctusque Marcus & alia multa sanctorum corpora.

XLVI. *Hierosolyma, Ioppe, Cesarea Palestine, Damascus, vicus Rectus, Heliopolis, Emesa, Larissa, Arethusa, Epiphania, Apamia.*

Iterum venimus *Hierosolymam*, ubi egrotus mansi per multum tempus, evidenter collatu fidei, dum vidi per visionem beatum Antonium & beatam Euphemiam. Quomodo venerit, pariter me sanavit. Egressus de Hierosolyma descendi in *Ioppen*, ubi requiescit sancta Tabitha, que & Dorcas dicitur. Deinde veni Cesaream maritimam,[a] que turris Stratonis, que & *Cesarea Palestine* vocatur, in qua requiescit sanctus Pamphilus & sanctus Procopius sanctusque Cornelius, ex cuius lecto benedictionem tulimus. Inde per Galileam ascendimus, & venimus *Damascum*. Ibi est monasterium ad milliarium secundum, ubi sanctus Paulus conversus est in *vico*, qui vocatur *Rectus*, in quo loco multe fiunt virtutes. Deinde venimus *Heliopolim* & exinde *Emesam*, ubi est caput Iohannis Baptiste in dolio vitreo, & oculis nostris ibi ipsum intus vidimus & adoravimus. Exinde transeuntes

a. *Sic ego, al.* Philippi.

per civitates *Lariſſam*, *Arethuſam* & *Epiphaniam*, venimus in civitatem ſplendidiſſimam *Apamiam*, in qua eſt omnis nobilitas Syrorum.

XLVII. *Antiochia, Chalcis, Carrha, Barbariſſus, Sura, Euphrates, Tetrapyrgia.*

Inde exeuntes venimus *Antiochiam* maiorem, in qua requieſcit ſanctus Babylas & tres parvuli, ſancta Iuſtina & ſanctus Iulianus & fratres Machabei, hoc eſt, ſeptem ſepulcra, & ſuper cuiuſque ſepulcrum ſcripte ſunt paſſiones eorum. Et inde deſcendimus Meſopotamiam in civitatem *Chalcidem*. Deinde venimus *Carrham*, ubi natus eſt Abraham, & deſcendentes venimus *Barbariſſum*, ubi requieſcit ſanctus Bacchus, frater ſancti Sergij.[a] Inde venimus in civitatem *Suram*, per quam civitatem mediam deſcendit fluvius *Euphrates*, qui ibidem per pontem tranſitur. In ipſa civitate paſſi ſunt ſanctus Sergius & ſanctus Bacchus, & ad duodecim millia intus in eremo inter Sarracenos requieſcit ſanctus Sergius in civitate *Tetrapyrgia*.[b]

XLVIII. *Reditus in patriam.*

Tanta videntes loca miraculis plena per multas civitates & caſtella & vicos & villas & plateas, fatigati ex tam longo itinere cepimus reverti. Tranſeuntes mare venimus in Italiam, propriam regionem, adiuvante Domino noſtro Ieſu Chriſto. Ovantes venimus Placentiam, civitatem noſtram poſitam ſuper fluvium, qui dicitur Padus.

a. *G., al.* Georgij. — b. *G., al.* Tyra, Tiro.

* * *

DE

LOCIS TRANSMARINIS SACRIS

BEATI ANTONINI MARTYRIS

(E cod. Vatic. 636 A.)

PROCEDENTE beato Antonino martyre una cum collegis suis, ex eo quod civitatem Placentiam egressus est, in quibus locis peregrinatus est ire, vestigia Christi sequentes, & miracula sanctorum prophetarum providere ceperunt. Ita exeuntibus nobis de Constantinopoli, venimus in insulam Cyprum, in civitate Constantia, in qua requiescit sanctus Epiphanius, civitas pulchra, deliciosa, ornata palmis dactylorum. Dein venimus partibus Syrie, in insula Santarus ad Tyrum. Tunc venimus Tholomaida, civitate honesta, monasteria bona. Tholomaida pertinet contra civitatem milia sex in castra Samaritanorum miliario a Sugamina, sub monte Carmelo, super ipsa castra miliario semis monasterium Helisei prophete, ubi ei occurrit mulier cuius filium suscitavit in monte Carmelo. Ibique est petra modica rotunda, quando exagitatur sonat quia solida est.

Talis autem est virtus petre illius ut, si suspensa fuerit mulieri vel cuicumque animali, partum[a] numquam faciet, & a civitate sex aut septem millia personat. De Tholomaida maritima venimus in finibus Galilee, in civitatem que vocatur Neocesarea. In qua adoravimus amola & canestellum sancte Marie. In quo loco erat cathedra ubi sedebat quando ad eam angelus venit. Deinde miliario... venimus in Chana, ubi Dominus fuit ad nuptias & accubuimus in ipso accubitu, ubi ego indignus nomina parentum meorum scripsi. Ex quibus ydrie due ibi sunt. Implevi aqua unam & protuli ex ea vinum, & in humero plenam levavi, & optuli ad altare & in ipso fonte pro benedictione levavimus.[b]

a. *vel* iactum. — b. *vel* lavimus.

Exinde venimus in partibus Syrie, ubi requiescit sanctus Leontius, que civitas tempore Iustiniani imperatoris subversa est a terre motu cum aliis civitatibus. Venimus exinde Bibolo, que & ipsa civitas cum omnibus subversa est. Exin civitate Triari, que & ipsa subversa est. Deinde venimus in civitate splendidissima Ihericho, in qua nuper fuit studium litterarum, que civitas subversa fuit, dicente nobis episcopo civitatis quia cognite fuerant persone, excepto peregrinis qui ibi perierant. Ipsa civitas iacet sub montana Libani. A Berito venimus Sydone, que ex parte ruit, & ipsa adheret Libano. Homines in ea pessimi. Illic currit fluvius Asclepius & fons unde surgit stat. De Sydone venimus Sareptha, que civitas modica & valde christiana est, in qua cenaculum illud quod factum fuerat Helye & lectum ubi recubuit, & alius marmoreus ubi illa vidua fermentavit. In quo loco multa offeruntur, & virtutes multe fiunt. Exeuntibus nobis de Sarepta, venimus in civitate Tyro. A Tyro usque Sareptam, continue milia vij. Tyrus hec civitas homines potentes vita pessima, tanta luxuria que dici non potest. Gignit etiam publica olosericum & diversa genera telarum. At vero de Tyro venimus in civitatem Nazareth, in qua sunt multe virtutes. Ibi etiam pendet thomus in quo Dominus caput habuit impositum. In qua etiam synagoga posita est, travis, ubi cum aliis sedebat infantibus. Que travis a Christianis agitatur & sublevatur, Iudei vero nullo modo possunt eam agitare, set nec permittit se foras tolli. Domus sancte basilica est. Et multa ibi sunt beneficia de vestimentis eius. In civitate vero illa tanta est gratia mulierum hebreorum, ut in terra illa inter Hebreos pulchriores non inveniantur. Et hoc de sancta Maria sibi concessum dicunt.

Nam & parentem suam dicunt eam. Et dum nulla sit caritas Hebreis erga Christianos, ille vero omni sint caritate plene. Provintia paradyso similis in tritico, in fruges similis Egypto. Modi quidem, set precellit in vino, & oleo, & poma melliumque, set & milium extra naturam altum nimis super statum hominis, talea grossa.

De Nazareth venimus in monte Thabor, qui mons exit in medio campestri, terra viva tenens circuitum, milia vi., ascensum milia iij., sursum ad unum miliarium. Planum in quo sunt tres ecclesie, ubi a discipulis dictum est: Faciamus hic tria tabernacula. In circuitu diverse civitates, que in Regum leguntur. De Thabor venimus ad mare Tyberiadis, in

civitatem que alio tempore [a] vocata eſt Samaria, modo vero dicitur Neapoli, in qua puteus eſt, ubi Dominus a muliere ſamaritana aquam petiit, & ibi facta eſt baſilica Sancti Iohannis, & ipſe puteus eſt ante cancellos altaris, & ſitula de qua dicitur quod Dominus biberit, & multi egri ibi veniunt & ſanantur. Deinde [venimus] in civitate Tyberiade, in qua ſunt terme ſalſe. Nam aqua maris ipſius dulcis eſt, que mare circa milia viij. Deinde venimus in Capharnaum, in domo beati Petri, que eſt modo baſilica. Inde tranſeuntes per caſtra vel vicos aut civitates, venimus ad duos fontes, ſcilicet Ior & Dan. Qui in unum confluunt, & vocitatur Iordanis. Parvus ingreditur in mare, & pertranſit totum maris pelagus, uſque alio littore maris. Revertentes poſt nos, venimus ad locum ubi Iordanis de mari egreditur, tranſivimus Iordanem in ipſo loco, & venimus in civitatem que vocatur Gaddera, que & Gabaon dicitur. In iſta parte civitatis miliario tercio ſunt aque calide que appellantur terme Helye, ubi leproſi mundantur. Ibi & ſinodocium delicias de publico habens, & hora veſpertina mundantur terme. Ante ipſum vero clibanum grande eſt ſolium, qui dum impletum omnia oſtia clauduntur, & per oſtium mittuntur intus, cum luminaria & incenſum & ſedent in illo ſolio tota nocte.

Et dum ſoporati fuerint, videt ille qui mundatus eſt aliquam viſionem, & dum ea recitaverit, non mundantur ipſe terme per vij dies. Ibi vero defunctus eſt collega noſter Iohannes de Placentia. Nam ipſe fluvius calidus qui vocatur Gaddera, deſcendit torrens & intrat in Iordanem, & ex ipſo ampliatur Iordanis & maior fit. Et tunc deſcendimus per Galileam iuxta Iordanem, tranſeuntes multas civitates que leguntur, venimus in civitate metropoli Galilee que vocatur Scitopolis, in monte poſita, ubi ſanctus operatur multas virtutes. Exinde deſcendimus per alia loca Samarie & Iudee in civitate Sebaſtea, in qua requieſcit Helyſeus propheta. Deſcendentes per campeſtria civitates vel vicos Samaritanorum & plateas, unde tranſivimus. Venientes poſt nos Iudei cum paliis veſtigia noſtra incendentes, tanta eſt illis execratio ut vix Chriſtianis quidem reſponſum faciunt. Attamen ut quod ab illis emere vis, non tangas prius quam precium des. Quod ſi tetigeris & non comparaveris, mox ſcandalizabuntur. Nam foris vico habent condoma una poſita, qui ipſius faciunt

a. *Vel* nomine.

refponfum. Nummos autem non accipient de manu tua, fet tu in aqua proiicies eos. Et denuntiant tibi quando ingrediaris. Tunc vero noli expuere. Si autem expueris, fcandalizabuntur. Sero autem purificante fe in aquam, & fic ingrediuntur in vico aut in civitatem. Deinde venimus in loco ubi Dominus de quinque panibus & duobus pifcibus quinque millia·hominum fatiavit, extra parvulos & mulieres, extenfa campania oliveta & palmeta.

Exinde venimus ad locum ubi baptizatus eft Dominus. In ipfo loco filij Ifrael tranfierunt Iordanem, & filij prophetarum perdiderunt fecurem, & ex ipfo loco Helyas affumptus eft in celum, ibique mons Hermon modicus, qui legitur in pfalmo: Ad pedes montis ipfius afcendit de fluvio nubes hora prima oriente fole. Hierofolimam venit fuper bafilicam que eft in Syon & fuper bafilicam Sancte Marie ad Sanctam Sophiam, que fuit pretorium ubi auditus eft Dominus. Super his locis defcendit ros ficut pluvia, & colligunt eum medici, & in ipfo decoquntur omnes defectiones per finodochia. Nam multi langores fanantur ibi ubi cadit ipfe ros. Ipfe eft enim ros de quo propheta canit David: Sicut ros Hermon qui defcendit in Syon. In illa ripa Iordanis eft fons ubi baptizabat fanctus Iohannes. Inde ufque Iordanem milia duo. In ipfa valle inventus eft Helyas, quando ei corvus deferebat panem & carnes. In circuitu autem vallis ipfius multitudo heremitarum, & ibi eft civitas prope, que vocatur Salamiada, ubi remiferunt due femis tribus Ifrael, priufquam tranfirent Iordanem, in quo loco funt terme ex fe lavantes, que vocantur Terme Moyfi, ubi etiam & leprofi mundantur, & ibi eft dulciffimus aque fons quod bibitur propter catarcium, & multos fanat langores. Non longe a mari Salinarum in quo Iordanes ingreditur, fubtus Sodomam & Gomorram, ad cuius littus bitumen & fulphur colligitur, in quo mari menfe iulio & augufto, & ufque medio feptembri tota die iacent leprofi; ad vefperum autem levantur in ipfas termas, & aliquotiens Dominus quem vult mundat. Nam & generalitate eft aliqua permifcia. In quo mare nichil vivificatus, nec ligna nec palee ibi natant, neque homo ibi natare poteft, fet quicquid ibi proiectum fuerit, in profundum demergitur. De Iordane ufque ad locum in quo Moyfes de corpore exiit, funt miliaria viij. Exinde non multum longe a Segor, in quibus locis multi heremite. Vidimus & ibi monumentum Abfalon filij David. Tenuimus teophaniam iuxta Iordanem.

Et ibi fiunt mirabilia ubi baptizatus eſt Dominus in ipſa nocte. Eſt ibi tumulus cancellis circumdatus, & in loco ubi redundat aqua in alveum ſuum poſita eſt crux lignea intus in aquam ex utraque parte marmoris. In vigiliis teophanie grandes fiunt vigilie, populus infinitus, & quarta aut quinta vice gallo canente fiunt vigilie.

Completis matutinis primo diluculo ſurgentes procedunt miniſteria ſub divo. Et diaconi tenentes ſacerdotem, deſcendit ſacerdos in fluvium, & hora qua ceperit benedicere aquam, mox Iordanis cum magno rugitu poſt ſe revertitur, & ſtat aqua ſuperior in ſe uſque dum baptiſmus perficitur, inferior vero fugit in mare, dicente pſalmiſta: Mare vidit & fugit, Iordanis converſus eſt retrorſum. Tunc omnes Alexandri habent ibi ſuas naves cum hominibus habentes colaphos [a] plenos armatibus & balſamo. Et hora qua benedixerunt fontem, antequam incipiant baptizare, fundunt illos colaphos in fluvium & tollunt inde aquam benedictam & exinde faciunt aquam aſperſionis in ſuis navibus antequam exeant ad navigandum. Baptiſmo completo, deſcendunt omnes in fluvium pro benedictione induti ſindones & alias multas ſpecies, quas ſibi ad ſepulturam ſervant. His perfectis omnibus ſtatim aqua in proprio revertitur alveo. Nam unde ſurgit Iordanis a mare Tyberiadis, uſque ad mare Salinarum, ubi deficit, ſunt milia cxxx.

In illa vero rippa Iordanis eſt ſpelunca in qua ſunt cellule ſeptem cum ſeptem puellis que ibi infantule mittuntur. Et cum aliqua ex eis mortua fuerit, in ipſa cellula ſepelitur. Et alia cellula inciditur, & mittitur ibi alia puella, ut numerus ſtet. Et habent foris qui eis cibaria preparet. In quo loco magno cum timore ingreſſi ſumus ad orationem. Nullius ibi faciem vidimus. In ipſo loco dicitur eſſe ſudarium quod fuit ſuper caput Ihesu. Non multum longe a Iordane ubi baptizatus eſt Dominus, eſt monaſterium Sancti Iohannis valde magnum, in quo ſunt ſinodochia duo.

In iſta vero vel in illa rippa Iordanis per loca ſubmontana inveniuntur ſerpentes de quibus conficitur tyriaca. Inde venimus ad Iordanem.

De Iordane uſque Hierico ſunt miliaria vj.

Hierico autem ita videtur in oculis hominum ut paradyſus. A terre motu muri diruti. Domus Raab ſtat & eſt ſinodochium.

a. *Vel* calathos.

Set & cubiculum de quo exploratores depofuit & oratorium eft Sancte Marie. Lapides vero illi quos levaverunt fibi filij Ifrael de Iordane, non longe a civitate Hierico pofiti funt in bafilica poft altare.

Et ante bafilicam campus, ager Domini in quo Dominus manu propria feminavit, ferens fatis quafi modia tria. Qui etiam colligitur & numquam feritur, fet ex fe profert femen. Colligitur autem menfe februario, & inde communicatur in pafcha. Cum collectum fuerit, aratur, & iterum cum reliqua meffe colligitur.

At vero fons aque quem indulcavit Helyfeus propheta irrigat omnem Hierico, ubi nafcitur vinum potis quod febricitantibus datur. Ibi nafcitur dactilum de libra. Ex quibus mecum in provintia adduxi & dedi inde unum domino Paterio patricio. Ibi nafcitur cedrus de libras xl & virga fafcioli duos pedes longa; ibi eft & vitis unde in afcenfione Domini plenas haftas racemis in monte Oliveti venales funt, & exinde Pentechoftes mixtum exinde plena colata proponuntur. Exeuntibus nobis de Iericho venimus contra Hierofolimam. Non longe ab Hierico eft illa arbor in qua Zacheus afcendit ut videret Dominum. Que arbor infra oratorium inclufa eft, & per tectum defuper ficca videtur. Igitur exeuntes de Hierico venimus contra occidentem in finiftra manu, & intravimus villas Sodome & Gomorre. Super qua provintia defcendit femper obfcura nubes cum odore fulphureo. Nam quod dicunt homines de uxore Loth, eo quod lingendo ab animalibus minuatur, mendacium eft, fet ftat in ftatu quo fuit. Afcendentes de montanis Hierofolimorum venimus Baoridem. Inde revertentes ad finiftram ad oppida montis Oliveti, venimus in Bethania ad monumentum Lazari. Nam refpicientes valles illas & perambulantes monafteria, multa & mirabilium loca, vidimus claufam multitudinem in monte Oliveti virorum ac mulierum.

Et rurfum in monte unde Dominus afcendit ad patrem, ubi & iudicare veniet, vidimus monafteria copiofa & cellulam ubi inclufa fuit fancta Pelagia. Et in ipfo monte Iacobi, Zebedei, & Cleophe, & multa fanctorum corpora. Defcendentes de monte Oliveti, venimus in villam Gethfemani in loco ubi Dominus traditus eft.

In quo funt tria accubita, in que ille accubuit, & nos in benedictione accubuimus, & in ipfa valle eft domus fancte

Marie, de qua eam dicunt ad celos fuiffe fublatam, & ipfa vallis Gethfemani ibidem vocatur Iofaphat.

In dexteram partem porte eft olivetum & ficulnea, in qua Iudas laqueo fe fufpendit. Hoc eft ad portam Hierufalem. Cuius talea ftat munita petris porta civitatis que coheret porte fpeciofe que fuit templi, cuius liminare & tribulatio ftat.

Clinantes proni in terram ingreffi fumus in fanctam civitatem, in qua adorantes Domini monumentum quem ipfum monumentum in quo corpus Domini pofitum fuit, in naturalem excifum eft petram. Lucerna in ydria que illo tempore ad capite eius pofita fuerat, ibidem ardet die noctuque. Ex qua benedictionem tulimus & recompofuimus ea. In quo monumento de foris mittitur terra, & ingredientes pro benedictione tollunt. Lapis vero unde claufum fuit monumentum, ipfum eft ante illius monumentum. Color vero petre que excifa eft de Golgota. Nam ipfa petra exornata eft ex auro & gemmis, & in poftmodum de ipfa petra factum eft altare in loco ubi crucifixus eft Dominus. Petra vero monumenti velut molaris, & eft infinite ornata virgis ferreis, pendentia brachialia, dextrochiria, murene, monilia, anuli capitulares, cingella girata, baltei, coronas, imperium ex auro vel gemmis, & ornamenta plurima. Et ipfum monumentum in modum ede coopertum ex argento, & ante monumentum altare pofitum.

A monumento vero ufque Golgotha funt greffi lxxx; ab una parte afcenditur per gradus, unde Dominus afcendit ad crucifigendum. Nam in loco ubi fuit crucifixus apparet cruor fanguinis, & in ipfo latere petre eft altare patriarche Abraham, in quo ibat offerre Yfaac quando temptavit eum Dominus. Ibi & Melchifedech obtulit facrificium Abrahe, quando revertebatur cum victoria a cede Amalech. Tunc ibidem dedit ei Abraham omnem decimationem in hoftias. Iuxta ipfum altare eft cripta, ubi ponis aurem & audis flumina aquarum, & iactas pomum aut quid natare poteft, & vadis ad Syloa fontem & ibi eum fufcipies. Intus Syna & Golgotha credo eft miliarium.

Nam Hierofolima aquam vivam non habet, preter in Solua fonte. DeGolgotha ufque ubi inventa eft crux funt greffi l.

In bafilica Conftantini coherente circa monumentum vel Golgotha, in atrio ipfius bafilice eft cubiculum ubi lignum crucis reconditum eft, quod adoravimus & ofculavimus. Nam

& tytulus qui ſuper caput Domini poſitus fuerat in quo ſcriptum eſt: IHC Nazarenus rex Iudeorum, tenui in manum & oſculavi. Quod lignum crucis de nuce eſt. Procedente vero ſancta cruce ad adorandum de cubiculo ſuo & veniente in atrio ubi adoratur, eadem hora apparet in celo ſtella, & venit ſuper locum ubi crux reſidet.

Et dum adoratur crux, ſtat ſuper eam ſtella, & affertur oleum ad benedicendum ampulas medias. Hora vero qua tetigerit lignum crucis has ampullas, mox ebulliet oleum foras. Et niſi citius claudantur, totum ebulliet foras.

Revertente vero crucem in loco ſuo, & ſtella pariter revertitur, & poſt recluſam crucem ultra non apparet ſtella. Nam ibi eſt canna & ſpongia de quibus legitur in evangelio. Cum qua ſpongia aquam bibimus & calix onichilus quem benedixit in cena, & alie multe virtutes.

Species beate Marie in ſuperiori loco, & zona ipſius, & ligamentum quo utebatur in capite. Et ibi ſunt vij cathedre marmoree ſeniorum. Inde aſcendimus in turre David, ubi decantavit pſalterium magna voce valde in cenaculis ſingulis. Que turris quadrangula & opus ſculptum, non habens tectum. In qua Chriſtiani pro devotione ad manſionem aſcendunt, & circa medio noctis ſpacio ſurgentes, audiunt voces murmurantium deorſum in valle Ioſaphat contra Iordanem ad loca que reſpiciunt contra Sodomam & Gomorram. Deinde venimus in baſilica ſancta Syon, ubi ſunt mirabilia multa. Inter que quod legitur de lapide angulari qui reprobatus eſt ab edificantibus. Domino ingrediente in ipſa eccleſia que fuit domus ſancti Iacobi, invenit lapidem deformem in medio iacentem, tenuit eum & poſuit in angulo. Quem tenes & levas in manibus, & ponis aurem in ipſo angulo, & ſonat in auribus tuis quaſi multorum hominum murmuratio. In ipſa eccleſia columpna eſt ubi Dominus flagellatus eſt. In qua columpna tale eſt ſignum, ut dum eam amplexus fuiſſet, in ipſa pectus eius adheſit, & apparent in ea palme & digiti, ita ut pro ſingulis langoribus menſura tollatur, & circa collum habent & ſanantur. In ipſa columpna eſt & cornu illud de quo reges ungebantur, unde & David unctus eſt in regno. Et ibi eſt corona de ſpinis de qua Dominus fuit coronatus. Ibi eſt & lancea de qua in latere percuſſus eſt. Ibi & lapides multi cum quibus lapidatus eſt Stephanus. Ibi columpna in qua crux poſita fuit beati Petri, ubi crucifixus eſt Rome. Ibi & calix in quo poſt reſurrectionem Domini miſſas celebrarunt apoſtoli. Et multa alia mirabilia que non recolo.

Ibi eſt monaſterium puellarum. Et ibi vidi teſtam hominis incluſam in loculo aureo ornato gemmis, quam dicunt eſſe caput martyris Theodote, in qua multi aquam pro benedictione bibebant, & ego bibi. De Syon vero uſque in baſilicam Sancte Marie ubi eſt congregatio magna monachorum ac mulierum, menſe innumerabiles, lecta languentum plus minus tria milia. Et oravimus in pretorio ubi auditus eſt Dominus, & modo eſt baſilica Sancte Sophie. Ante ruinas templi Salomonis ſub platea aqua decurrit a fonte Syloa ſecus porticum Salomonis. In ipſa eccleſia eſt ſedes in qua ſedit Pylatus quando audivit Dominum. Petra autem quadrangulis in qua reus levabatur, ut ab omnibus audiretur & videretur, in ea levatus eſt Dominus quando auditus eſt a Pylato.

Ibique remanſit ymago, pede pulchrum, modicum, ſubtile. Natura communis, pulchra facies, capillo ſubanelato. Manum formoſam. Digiti longi. Quantum ymago deſignat que illum viventem & pedibus ambulantem picta eſt & poſita in ipſo pretorio. Nam de ipſa petra multe fiunt virtutes, tollentes menſuram de ipſa veſtigia & ligant per ſingulos langores & ſanantur. Et ipſa petra ornata ex auro & argento. Inde venimus ad arcum ubi fuit antiquitas porta civitatis.

In ipſo loco ſunt aque putide, in quibus miſſus eſt Hieremias propheta. Ab arcu illo deſcendentibus nobis a fonte Syloa per gradus multos, eſt ibi baſilica volubilis, de ſubqua ſurgit Syloa, que habet ſolia duo ex marmore manu hominis facta, & inter ſolia clauſura cancellorum. In quibus pro benedictione in unum lavantur viri, in alium vero mulieres. In quibus aquis multa oſtenduntur, immo & leproſi mundantur, & ante atrium eſt piſcina grandis manu hominis munita, in qua lavantur populus aſſidue. Nam illis certis horis ſolis fons ipſe irrigat aquas multas que deſcendunt per vallem Ioſaphat que & Gethmani vocatur, & ingrediuntur in Iordane fluvio, ubi Iordanis deficit in mare Salinarum ſubtus Sodomam & Gomorram. Nam modo & ipſe fons Syloa infra civitatem incluſus eſt, quia Eudoxia, auguſta uxor Iuſtiniani imperatoris, addidit muros in civitate Ieruſalem, & ipſa munivit ſepulchrum & baſilicam ſancti Stephani, & ipſa ſuum habet ſepulchrum iuxta ſepulchrum ſancti Stephani.

Et infra ſepulchra ſunt greſſus xxvj & beatus Stephanus requieſcit foris portam ſagitte iactum. Una modo porta ex nomine ipſius martyris vocatur, & eſt ad viam que reſpicit ad occidentem que deſcendit ab Iope & Ceſarea Paleſtine

vel Diaſpoli civitate, que antiquitus dicebatur Azotus, in qua requieſcit ſanctus Georgius martyr. In ipſa via non longe a civitate ſtat columpna marmorea in qua Dominus prius ducebatur ad flagellandum. Que fugiens levata eſt ad nubes & depoſita in ipſo loco. Et in tantum cognoſcitur non eſſe quia non habet baſitem ubi debet eſſe fundata, ſet ſic ſtat ſuper terram & agitatur. In cuius ſummitate crux ferrea eſt poſita, & ſurſum per ſcalam aſcenditur, & fiunt ibi luminaria & incenſum, & demoniaci ibi liberantur. Nam & in ipſa provintia beatus eſt Georgius martyr. Itaque exeuntes a Siloa fonte, venimus in agrum qui comparatus eſt de precio ſanguinis Domini, qui vocatur Acheldemach, hoc eſt ager ſanguinis, in quo ſepeliuntur omnes peregrini. Et inter ipſa ſepulchra cellule ſervorum Dei, ubi fiunt multe virtutes, & per loca infra ipſa ſepulchra vinee & pomaria. Revertentibus nobis in civitatem, venimus ad piſcinam natatoriam que quinque porticus habet, & in uno eorum eſt baſilica Sancte Marie, ubi multe fiunt virtutes.

Ipſa vero piſcina modo iactata eſt in ſtercore, ubi lavantur omnia que neceſſaria ſunt. Vidimus & in uno angulo tenebroſo cathenam ferream cum qua ſe laqueavit infelix Iudas. Item exeuntibus ad portam natatoriam venimus ad locum ubi ſanctus requieſcit Yſicius.

Ibi etiam erogantur pauperibus panes, quos deputavit beata Helena. Via que ducit Bethleem iij. miliario ab Hieruſalem iacet Rachel, uxor Iacob, mater ſcilicet Ioſeph. Et Beniamin requieſcit in finibus Rama. In ipſo loco in media via vidi aquam ſurgere quaſi ſeſtarios vij. Unde complent omnes ſatietatem bibendi, & nec minuitur nec augetur, & eſt ſuavis ad potandum. Et dicunt quod fugiens beata Maria in Egyptum & ſederit ibi cum puero, & ſitiens oravit, & continuo ipſa aqua emanavit. Et in ipſo loco modo eccleſia conſtructa eſt. Inde uſque Bethleem miliaria tria. Bethleem locus ſplendidiſſimus, ſervi Dei multi. Ibi eſt ſpelunca ubi natus eſt Dominus, & preſepium ex auro & argento ornatum, & iugiter ibi ſunt luminaria. Os vero ipſius ſpelunce anguſtus. Hieronimus preſbiter in loquendo peritus, interpretacione clarus, inter cunctos relator conſpicuus, in ipſo ore ſpelunce petram ſculpivit, & ob devotionem Salvatoris ibidem ſibi monumentum fecit, miliario ſecus Bethleem. In ſuburbio iacent David & Salomon filius eius, & appellatur locus ille baſilica Sancti David. Set & infantes quos occidit Herodes

ipſo loco habent ſepulchra, & in una omnes requieſcunt domo, & aperiuntur eorum monumenta, & videntur illorum ſancta oſſa. Ante Bethleem eſt monaſterium muro cinctum, in quo multitudo eſt monachorum. De Bethleem uſque ad ilicem Mambre ſunt milia xxiiij. In quo loco requieſcunt Abraham, Yſaac, Iacob & Sara ſimul & Ioſeph oſſa. Eſt baſilica edificata in quadriporticus atrium in medio diſcoopertum, & per medium cancellum ex uno latere intrant Chriſtiani, ex alio vero Iudei incenſa facientes multa. Nam depoſitio Iacob & David in terra illa die primo poſt natale Domini devotiſſime ab omnibus celebratur, ita ut ex omni terra Iudeorum conveniat innumerabilis multitudo incenſa deferentes, vel luminaria, & dantes munera, ac ſervientes ibidem. Item revertentes per Hieruſalem deſcendimus in viam que vadit in Gazam & Abſcalon milia xx. De Ieroſolima venimus in monte Gelboe ubi occidit David Goliam gigantem. Et ibi mortui ſunt Saul & filius eius Ionathas. Iacet ibi Golias in media via. Ligneus ad caput acervus, & ſuper eum congeries magna petrarum, ita ut ad xx miliaria non poſſis invenire lapidem quem movere poſſis, quia uſus eſt talis. Quotienſcumque quis tranſit ternas ſecum defert lapides & ibi eas proiicit, ſet & nos ſimiliter fecimus. Nam in ipſos montes nec ros nec pluvia deſcendit, poſtquam David eos maledixit. Et nocturnis horis ſecreto ibi videntur volvi immundi ſpiritus, vellera lane vel unde maris.

Deinde deviantes ad latus, venimus in civitatem que dicitur Heliuteropolis, in loco ubi ille Sanſon fortiſſimus cum maxilla aſini mille occidit viros. Ex qua maxilla ipſo orante aqua profluxit. Qui fons loca ipſa uſque in hodiernum diem irrigat.

Nam in loco ubi ſurgit fuimus, deinde venimus inter templum & altare, ubi occiſus eſt Zacharias, & ubi requieſcit.

Eſt ibi una eccleſia ornata, ſunt in ea ſervi Dei multi. Inde venimus ad locum ubi Yſaias propheta de ſerra lignea ſecatus eſt, & ibidem iacet ſub quercu Rogel iuxta aquarum decurſum. Et ipſa ſerra pro teſtimonio poſita eſt ad ſanctum Zachariam. Exinde venimus in locum ubi Abacuc propheta prandium ferebat meſſoribus quando eum angelus, per verticem tenens, ſuper lacum, in quo Danihel inter leones orabat, depoſuit & ibi ſurgit fons in quo Philippus baptizavit eunuchum. In ipſis locis ſunt putei quos foderunt Abraham ſcilicet & Iacob, quos appellarunt calumniam. Inde ingreſſi

ſumus Abſcalon. Ibi eſt puteus pacis in modum theatri factus, in quo uſque ad aquam per gradus deſcenditur, ubi requieſcunt tres fratres martyres, proprio quidem habent nomina ſet vulgariter Egyptij vocantur. Miliario a civitate Saraſia eſt civitas Mazom Aſcalonites. Inde venimus in civitatem Mazomazes, in qua requieſcit ſanctus Victor martyr. De Mazoma uſque Gaza eſt miliarium. Gaza autem eſt civitas ſplendida, delitioſa, homines honeſtiſſimi, omni liberalitate decori, amatores peregrinorum. Inde miliario ſecundo requieſcit ſanctus pater Hylarion, & inde venimus in civitate Eluaha in capite heremi que vadit ad Syna montem. In qua etiam ex revelatione epiſcopi ipſius civitatis unum audivimus quod ſilere non oportet miraculum. Puella quedam nobiliſſima nomine Maria, cum nupta fuiſſet, ipſa nocte nuptus ſui mortuus eſt ſponſus eius, ipſa quoque hanc rem patienter portavit, & infra ſeptimanam omnia ſua pauperibus diſtribuit. Celebrato die ſeptimo, nocte ipſa veſte ſponſi ſublata, inventa non eſt. De qua dictum eſt nobis, quia eſſet in heremo trans Iordanem inter calamora vel palmora ante nos in finibus Segor circa mare Salinarum. In quibus locis invenimus monaſteria ultra quindecim vel xviij puellarum, que Chriſtiani populabant. Que habentes unum aſellum cibario deportabant, & nutriebant leonem terribilem ad videndum. Cumque appropinquaſſemus cellule, omnia animalia que erant nobiſcum a rugitu illius minſerunt & in terra corruerunt. Et dicebant nobis quod ipſum aſellum leo ipſe gubernaret in paſcuis. Quem & offerebant nobis pro centum ſolidis. Set pater Antonius ſuſcipere noluit. Sed miſit in Hieruſalem cito, & adduxit eis ternas tunicas, & oleum ad luminaria & legumina multa. Et ipſe nobis dixerunt de virtutibus Marie, cuius ſuperius mentionem fecimus, que ambulaverat in heremo ſola portans legumine ſportellas plenas, vel tunicas quas ei cupiebant aufferre, ſed nullus eam invenire potuit. At tamen de eis que ſecum duxerat nichil reportant revertentes de heremo. Cuius afflictionem vel ploratum nulla ratione conſolari potuimus, ſet tantum ſepius dicebat flens: Ve mihi miſera, cuius cauſa me chriſtianam dico. Proficiſcentes de civitate Heulatia, intravimus heremum miliario xx°.

In quo eſt caſtrum ubi eſt ſynodochium Sancti Georgij, in quo habent tranſeuntes vel heremite refugium ſive ſtipendia.

Inde intrantes in interiorem heremum, venimus ad locum de quo dicitur in pſalmo: Terra fructifera in ſalſugine, hoc eſt

in amaritudine, a malicia inhabitantium in ea. Et ibi vidimus homines rafos fugientes cum camelis. Nam & in Hierofolima vidimus homines ex Ethiopia, habentes fiffas nares & aures. Calliculas calciatos, & per digitos in pedes anulos miffos. Interrogavimus quare fic. Et dixerunt: Quia Troianus imperator fignum hoc reliquit nobis. Ambulantes per herenum dies vj, camelis nobis aquam portantibus, fextarius mane, & fextarius vefpere cotidie dabatur per hominem. Amarefcente aqua in utres in modum fellis mittebamus in ea harenam & indulcabatur. Familia autem Sarracenorum vel uxores eorum venientes de heremo, cum lamentacione in via fedentes, farcina depofita, petebant panem a tranfeuntibus. Et veniebant viri ipfarum de interiore parte heremi, adducebantque utres cum aqua frigida, & accipiebant fibi panes. Et adducebant reftes cum radicibus, quarum odor fuaviffimus fuper aromata, & dies fuos feftos celebrabant. Populus autem qui per ipfam maiorem heremum ingrediebatur ad explorandum numero xij milia dc. Qui perambulantes heremum octava die venimus ad montem Dei Choreb. Et inde moventes ut afcenderemus montem Syna, ecce multitudo monachorum heremitarum cum crucibus pfallentes obviaverunt nos. Simili modo & nos facientes, lacrimavimus. Tunc introduxerunt nos in vallem inter Choreb & Syna. Ad cuius pedem montis eft fons ille ubi Moyfes adaquabat oves, quando vidit ardentem rubum. Et fons inclufus eft intra monafterium. In quo monafterio funt tres abbates fcientes linguas, hoc eft latinam, grecam, fyram, & egyptiacam, & beffam. Inde venimus ad fpeluncam ubi abfconditus fuit Helyas propheta quando fugit Iezabel mulierem perfidam. Ante ipfam fpeluncam furgit fons qui irrigat ipfum montem.

Inde afcendimus in fummo cacumine montis in quo eft oratorium modicum habens in longitudine pedes vj, fimiliter & in latitudine. In quo nullus manere prefumit, fet orto iam die afcendunt monachi de fupradicto monafterio & celebrant ipfi officium. In quo loco multi pro devotione tondent capillos fuos & barbas. Nam & ego ibi totundi barbam meam. Mons vero Syna petrofus eft, raro habet terram, & in circuitu eius cellule multe fervorum Dei, fimiliter & in Choreb. Et in parte ipfius montis habent Sarraceni ydolum fuum pofitum marmoreum, candidum tamquam nix. Ibi etiam permanet facerdos ipforum indutus dalmaticam & pallium lineum. Et quando venit tempus feftivitatis illorum, precurrente luna, antequam egrediatur a die fefto ipforum, incipit marmor

illud mutare colorem. Et quando ceperint adorare ydolum, fit marmor illud nigrum velut pix.

Completo tempore feftivitatis revertitur iterum in priftino colore, unde valde admiratus fum. Inter Syna & Coreb eft vallis, in qua certis temporibus defcendit ros de celo, quem manna appellant, & coagulatur & fit tamquam gramafticis, & habent inde plenos dolios, & dant aliis pro benedictione. Et nobis dederunt fextarios quinque. Ex quo etiam & prodito bibunt, & nobis dederunt bibere. Nam in ipfis montibus leo & pardus, capree & burdones fimul pafcunt, & nullus eorum a leone leditur propter heremi vaftitatem. Et quia iam fe complebant dies fefti Hifmaelitarum, preco exiit ut nullus fubfifteret per heremum per quam ingreffi fumus. Alij per Egyptum, alij per Arabiam reverterentur in fanctam civitatem. De monte Syna ufque in Arabiam civitatem que vocatur Ahela, funt manfiones octo. In Ahela autem defcendentes naves de India cum diverfis aromatibus, vifum eft nobis per Egyptum reverti.

Et venimus in civitatem in qua pugnavit Moyfes cum Amalech. Ubi eft oratorium cuius altare pofitum eft fuper lapides illos quos fubpofuerunt Moyfi oranti. In ipfo loco eft civitas munita de lateribus, locus fterilis valde propter aquas. Ibi occurrerunt nobis mulieres cum infantibus palmas in manibus portantes & ampullas cum rafanino oleo, proftrate pedibus noftris ungebant plantas noftras & capita, lingua egyptiaca pfallentes antiphonam: Benedicti vos a Domino, & benedictus adventus vefter, ofanna in excelfis.

Ipfa eft terra Madian, & ipfi habitantes in ea civitate. Dicitur autem quia ex familia Iethro focero Moyfi defcendunt, lxxx condomas militantes in publico cum uxoribus fuis, annonam & veftes accipientes ex Egypto.

De quibus locis venimus Magdalo, & Soccoth, & ad lxx duas palmas, & xij fontes, & applicuimus ibi dies duos, fatigati poft tantum laborem & heremi vaftitatem. In quo loco eft caftellum modicum quod vocatur Surandala. Eft etiam infra ipfum caftellum ecclefia cum fynodochio propter tranfeuntes. Inde venimus ad locum ubi filij Ifrael tranfeuntes mare Rubrum caftra metati funt, & ibi fimiliter caftellum cum fynodochio. Et in loco quo exierunt de mari, eft oratorium Helye. Et tranfeuntes venimus in locum ubi intrarunt in mare, ubi eft oratorium Moyfi. Ibi eft civitas parva que appellatur Clyfma, ubi de Indīa naves veniunt. In loco vero

ubi tranfierunt, gulfus exit de pelago maiore & extenditur intus in multis milibus acceffis receffis que habet. Recedente mare apparet omnis fubmerfio Pharaonis, & omnia arma in marmore mutata videntur. Ibi accepimus nuces virides que de India venerunt, quas de paradyfo credunt homines effe, & qui ex eis guftaverit fatiatur. Intus autem in ipfo pelago modica eft infula, in qua eft petra viva ubi pendent lapides molles ut carnes in modum dactilorum, qui fundunt unguentum quod oleum petrinum appellant, qui pro maxima benedictione tollitur. Vas in quo portatur, fi impletum fuerit & volueris reiterare, ad tollendum iam non eum capit.

In quo loco quanticumque egroti maxime que energumini pertingere poffunt fanantur. Que tollentes pro benedictione non eum permittunt iterum introire per Clyfma, antequam commifceatur cum oleo. Nam fi non adulteraretur, credo quia & ipfam virtutem femper faceret. Nam liquor ipfiu s tenetur continuo per ij milia. Infra civitatem ipfam que dicitur Clyfma, intus in bafilica vidimus loculos ligneos fanctorum heremitarum patrum xiij & inde venimus per heremum ad fpeluncam beati Pauli heremite, que vocatur Syracumba. Exinde pergentes venimus ad cataractas Nili, ubi afcendit aqua ad fignum manu hominis factum & habet gradus xij. Ex utraque parte ipfarum catharactarum funt due civitates, quas edificaffe dicunt filias Loth, & una earum dicitur Babylonia.

Tunc venimus per campos Thaneos, & in Nemphi civitate & Antino, in qua refidebat Pharao, ex qua filij Ifrael exierunt. In ipfis locis funt horrea xij Iofeph plena. In Nemphi fuit templum que eft modo ecclefia, cuius una porta fe claufit ante Dominum noftrum quando beata Maria cum ipfo fugit in Egyptum, & adhuc non poteft aperiri. Ibi vidimus pallium lineum in quo dicunt illum tempore illo fe terfiffe, & idcirco ibi eius remanfiffe veftigia. Que ymago fingulis temporibus adoratur, fet & nos adoravimus, fet propter fplendorem non potuimus in eum intendere, quia quantum in ipfam effigiem intendis, immutatur in oculis tuis. Defcendentes per Egyptum venimus in civitate Athlepi ad fanctum Mennatum qui multas virtutes ibi operatur. Inde per ftagnum navigantes Alexandriam venimus.

In ipfo ftagno vidimus multitudinem corcodrillorum. Alexandria civitas pulchra, populus levis, fet amator peregrinorum, herefes multe.

Ibi enim requiescit Athanasius, ipsius civitatis episcopus, qui contra Arrium, presbiterum ipsius civitatis hereticum, pro fide Christi certando multa pericula mortis sustinuit temporibus Constantini imperatoris, Helene filio. Ibidem requiescit sanctus Faustus & sanctus Epymacus, & sanctus Antonius vel sanctus Maurus, & alia multa sanctorum corpora. Iterum venientes Hierosolimam ubi ego eger per multum tempus iacui, usquedum vidi per visionem sanctum Antonium & beatam Eufemiam, qui me pariter sanaverunt. Egressus de Hierosolima veni Ioppen, ubi iacet sancta Thabita, que dicitur Dorchas. Deinde venimus Cesaream Philippi, que turris Stratonis, que & Cesarea Palestine vocatur. In qua requiescit sanctus Pamplius & sanctus Procopius, & sanctus Comelius, ex cuius lecto benedictionem tulimus. Inde per Galileam ascendimus, & venimus Damascum ubi est monasterium ubi sanctus Paulus conversus est, in vicum qui vocatur rectus, in quo multe virtutes fiunt.

Deinde venimus Eliopoli, & inde venimus Emiza, ubi est caput sancti Iohannis Baptiste in dolio vitreo, & nos ibi eum intus vidimus & adoravimus. Et inde transeuntes per civitates, hoc est per Arissa, Aristosa & Epiphanici, venimus in civitatem splendidissimam Ampamiam, in qua est omnis nobilitas Syrorum.

Inde exeuntes venimus Antiochiam maiorem in qua requiescit sanctus Babyllas episcopus, & tres parvuli, & sancta Iustina, & sanctus Iulianus, & fratres Machabei, hoc est septem sepulchra & super uniuscuiusque sepulchrum scripte sunt passiones illorum. Exinde descendimus Mesopotamiam in civitate Chalcida. Inde venimus Carran, ubi natus fuit Abraham. Et inde venimus in civitate Barbarisso, ubi requiescit sanctus Bacchus, frater sancti Giorgij. Inde venimus in civitate Suran, per quam mediam civitatem descendit fluvius Eufrates, qui ibidem per pontem transitur. In ipsa civitate passi sunt sanctus Bacchus & sanctus Giorgius, set sanctus Giorgius in civitate Tyra requiescit. Tunc per tanta & talia vidimus loca in miraculis posita. Reversi post nos per multa castella, per plateas, vicos, villas, vel civitates, fatigati ex tam longo itinere, cepimus iterum carpere transeuntes mare, venimus Italiam propriam regionem. Adiuvante Domino Ihesu Christo nostro, pro cuius amore ab hac loca egressi providere ivimus, tam sua mirabilia que ipse inter homines habitans fecit, & beatorum apostolorum vel que

ante tempus incarnationis sue ex virgine assumpta, olim per patriarchas & prophetas suos fecerat Ihesus Christus Dominus noster. Viventes ovantes venimus Placentiam, propriam civitatem nostram, positam super fluvium qui dicitur Padus infra iam dicta Italia.

⁂

ITER ANTONINI MARTYRIS

(Ex cod. Caduinensi.)

Incipit iter beati Antonini in locis sanctis.

PROCEDENTE beato Antonino, una cum collega suo egressus ex Placentia civitate, navigantes per mare venimus in insulam Ciprum in qua requiescit sanctus Epiphanius episcopus. Post hec venimus in partes Sirie, in insulam Santaritum iuxta Tirum. Deinde venimus Ptolomaidam que est sub monte Carmelo, miliario medio a monasterio Helisei prophete ubi occurrit ei mulier cuius filium suscitavit a mortuis. De Ptolomaida maritima venimus in fines Galilee in civitatem que vocatur Gneocesarea; deinde miliario quarto venimus in Chana Galilee ubi Dominus fuit ad nuptias. Et inde venimus in partes Sirie ubi requiescit sanctus Leontius in una civitate cuius nomen obliti sumus. Que civitas tempore Iustiniani imperatoris subversa est a terre motu cum aliis civitatibus. Venimus exinde Bibbolum que & ipsa civitas cum hominibus subversa est. Ex hin[c] in civitatem Triari, que & ipsa subversa est. Deinde venimus in civitatem splendidissimam nomine Beritho, in qua nuper fuit studium litterarum que est sub montana Libani. A Beritho venimus Sidonem que adheret Libano. De Sidone venimus Sarepta in qua est cenaculum illud quod factum fuerat Helie & lectum ubi recubuit. Exeuntibus nobis de Sarepta venimus in civitatem Tirum. A Tiro usque ad Sarepta sunt miliaria septem. At vero de Tiro venimus in civitatem Nazareth ubi angelus Gabriel adnunciavit sancte Marie incarnationem Domini. De Nazareth venimus in montem Tabor, ubi Dominus transfiguratus est. De Tabor venimus ad mare Tiberiadis, in civitatem que quondam appellata est Sichem; modo dicitur Neapolis, in qua puteus est ubi Dominus a muliere Samaritana aquam petiit, in basilica Sancti Iohannis. Deinde venimus in civitatem Tiberiadim in qua est mare Galilee; quod lacum Iordanis facit. Inde transeuntes venimus ad duos fontes scilicet Ior & Dan, qui in unum confluunt & vocitatur Iordanis. Parvus ingreditur in lacum quod vocatur mare

Galilee, & extenditur miliariis novem. Tunc descendimus per Galileam iuxta Iordanem & transeuntes venimus in civitatem Galilee que vocatur Scitopolis. Exinde venimus in civitatem Sebastiam ubi requiescit Abdias propheta. Post hec venimus in locum ubi Dominus de quinque panibus & duobus piscibus satiavit quinque milia hominum. Venimus deinde ad locum ubi baptizatus est Dominus. In ipso loco transierunt filij Israel Iordanen & filij prophetarum perdiderunt securem & ex ipso loco Helias assumptus est in celum. Ibique est Ermoniim mons modicus, qui legitur in psalmo. De prefato loco ad Iordanem sunt miliarij duo. In ipsa valle erat Helias quando ei corvus deferebat panem. De Iordane usque ad locum ubi mortuus est Moises sunt miliarij octo. Exinde venimus ad Segor; vidimus ibi monumentum Absalon, filij David. De Iordane usque Iericho miliaria sex. Domus Raab adhuc stat & cubiculum de quo exploratores deposuit. Lapides vero illi quos levaverunt filij Israel de Iordane non longe a civitate Iericho sunt in una basilica. Ante eandem basilicam est campus in quo Dominus manu propria frumentum seminavit quasi modia tria; qui etiam colligitur & numquam seminatur, set ex se profert semen; colligitur autem in mense februario & inde communicatur in pascha. Ibi est fons aque quem indulcavit Heliseus propheta, qui irrigat Iericho. Igitur exeuntes de Ierico, venimus contra occidentem in sinistra manu & intravimus vallem Sodomam & Gomorram. Nam quod dicunt homines de uxore Loth eo quod lingendo ab animalibus minuatur, mendatium est; set stat in statu quo fuit. Ascendentes de montana, revertentes ad sinistram manum, venimus ad montem Oliveti, in Bethaniam, ad monumentum Lazari & rursum ascendimus de monte unde Dominus ad patrem. Iuxta quem locum requiescit sancta Pelagia. Descendentes de monte Oliveti, venimus in villam Gethsemani ubi traditus est Dominus; in quo sunt tria accubita, ubi ille accubuit. Ibi est etiam ecclesia ubi est sepulcrum sancte Marie, in valle que vocatur Iosaphat, venimus usque ad portam Ierusalem in cuius dextera parte est ficulnea in qua se Iudas laqueo suspendit. Inclinantes proni ingressi sumus in sanctam civitatem & venimus ad sepulcrum Domini; usque Golgotha sunt passus octoginta; ab una parte ascenditur per gradus, ubi Dominus ad crucifigendum ascendit. Nam in loco ubi crucifixus est apparet cruor sanguinis. In ipso latere petre est altare patriarche Abrahe, in quo immolare voluit Ysaac. Ibi & Melchisedech obtulit Abrahe panem & vinum. Ierosolima non habet aquam preter fontem Siloe. Iuxta basilicam ubi sepulcrum est Domini & iuxta Calvarie locum est ecclesia que vocatur Constantiniana ubi tres cruces fuerunt reperte. Hic transactis venimus in basilicam que vocatur Sancta Sion, ubi Dominus cenavit cum discipulis illucque venit Spiritus sanctus super apostolos. Ibi sunt lapides cum quibus fuit lapidatus Stephanus; ibi est etiam columpna ubi flagellatus fuit Dominus. Iuxta eandem ecclesiam est alia ecclesia in pretorio ubi sedit Pilatus quando audivit Dominum. Ibi est petra ubi

ſtetit Dominus quando a populo Iudeorum ut crucifigeretur adiudicatus eſt. Inde venimus ad aream ubi fuit antiquitus porta civitatis. Ibi ſunt aque putride ubi miſſus eſt Iheremias propheta. Infra civitatem Ieruſalem eſt incluſus fons Siloe, quia Eudoxia Auguſta, uxor Iuſtiniani imperatoris, addidit muros Ieruſalem & ipſa munivit baſilicam Sanĉti Stephani & compoſuit ſepulcrum ſuum iuxta ſepulcrum ſanĉti Stephani, unaque porta civitatis ex nomine ipſius martyris vocatur, & eſt ad viam que reſpicit ad occidentem que deſcendit ad Ioppen & Ceſaream Paleſtinam vel ad Dioſpolim civitatem, que antiquitus dicebatur Azotus, in qua requieſcit ſanĉtus Georgius martyr. In ipſa via, non longe a civitate, ſtat columpna marmorea que priuſquam Dominus duceretur ad flagellandum, fugiens levata eſt ad nubes & diſpoſita in eodem loco, que non habet baſim, ſet ſuper terram agitatur. Revertentibus nobis in civitatem, venimus ad Probaticam piſcinam, iuxta quam eſt baſilica Sanĉte Marie, ubi eſt nata. Deinde pergentes Bethleem, invenimus ſepulcrum Rachel, tercio miliario ab Ieruſalem. In ipſa media via invenimus fontem & dicunt quod fugiens in Egyptum ſanĉta Maria ibi ſederit cum puero & ſitiens oravit & continuo ipſa aqua emanavit. Inde uſque Bethleem ſunt miliarij tres. Bethleem locus ſplendidiſſimus, quia ibi eſt ſpelunca ubi natus eſt Dominus. Ibi Ieronimus, preſbiter doĉtor preclarus, ob devotionem Salvatoris, monumentum ſibi compoſuit. In ſuburbano eiuſdem Bethleem miliario medio iacet David in ſepulcro & appellatur locus ille baſilica Sanĉti David. Set & infantes, quos occidit Herodes, in ipſo loco habent ſepulcra & in una requieſcunt eccleſia. De Bethleem uſque ad ilicem Mambre ſunt miliarij xxiiij^or^. In quo loco requieſcunt Abraham, Yſaac & Iacob & primus homo Adam. Nam depoſitio Iacob & David in regione illa tercio die poſt Natale Domini ab omnibus devotiſſime celebratur. De Ieruſalem deſcendentes ad viam que vadit ad Gazam & Aſcalon, miliario viceſimo venimus in montem Gelboe, ubi occiſus eſt Saul. Illuc prope iacet Goliad in media via, acervum ligneum ad capud eius, & ſuper eum eſt congeries magna petrarum. Deinde venimus in civitatem que dicitur Heleuteropolis, ubi Samſon fortiſſimus cum maxilla aſini occidit mille viros. Ex qua maxilla, ipſo orante, aqua profluxit, & ipſe fons loca ipſa uſque in hodiernum diem irrigat. Inde venimus ad locum ubi Iſaias propheta de ſerra lignea ſeccatus eſt & ibidem requieſcit ſub quercu Rogel, iuxta decurſum aquarum. Exinde venimus in locum ubi Abacuc propheta ferebat prandium meſſoribus, iuxta quem locum ſurgit fons in quo Phillippus baptizavit eunuchum. In ipſis locis ſunt putei, quos foderunt Abraham, Yſaac & Iacob & appellaverunt Calumpniam. Inde venimus Serapiam & inde venimus Mazomam, in qua requieſcit ſanĉtus Viĉtor martyr. De Mazoma uſque Gaza habet miliarium. Deinde moventes, ut aſcenderemus montem Sina, ſuſceperunt nos monachi ex eodem monte & introduxerunt

nos in vallem inter Oreb & Sina. Ad radicem montis eiuſdem eſt fons ille, ubi Moiſes adaquabat oves, quando vidit ardentem rubum, qui fons incluſus eſt infra monaſterium. Inde aſcendimus ad ſpeluncam ubi aſconditus fuit Helias propheta quando fugit Iezabel. Ante ipſam ſpeluncam ſurgit fons, qui irrigat ipſum montem. Poſtea aſcendentes in ſummitatem cacuminis montis, in quo eſt oratorium parvum, habens in longitudine pedes vij, & in latitudine ſimiliter, in quo nullus manere preſumit, ſed, orto die, aſcendunt monachi de prefato monaſterio & celebrant officium, moxque revertuntur ad monaſterium. De prefato loco venimus ad ſeptuaginta duas palmas & Magdalo & Socoth & applicavimus ibi duos dies, fatigati poſt tantum laborem. Inde venimus ad locum, ubi filij Iſrael tranſierunt mare Rubrum, & tranſeuntes venimus in locum ubi intraverunt in mare, ubi eſt oratorium Moiſi. In loco vero ubi tranſierunt, inundatio maris egreditur de pelago maiori & extenditur in multis milibus, quia acceſſam & receſſam habet. Recedente mari, apparet omnis ſubverſio Pharaonis & omnia arma illorum in marmore mutata videntur. Ibi accepimus nuces virides miri ſaporis, que de India venerunt, quas de Paradiſo dicunt homines eſſe. Tunc venimus per campos Thaneos, in qua reſidebat Pharao & ex qua exierunt filij Iſrael. Deinde pervenimus in Minſi civitatem, ubi ſunt duodecim horrea Ioſeph.

Explicit iter beati Antonini.

VIII

ARCULFI

RELATIO DE LOCIS SANCTIS

AB ADAMNANO SCRIPTA

[circa 670]

CODICES MANUSCRIPTI

QUIBUS USUS EST EDITOR.

L. Cod. membran. in museo Britannico, Cotton. Tib. D. V, f°, sæc. VIII-IX.

B. Cod. membran. in bibliotheca publica Bruxellensi, 292, parvo 4°, sæc. IX.

Bern. Cod. membran. in bibliotheca civitatis Bernensis, 582, 4°, sæc. IX.

P. Cod. membran. in bibliotheca nationali Parisiensi, sæc. IX, lat. 13048.

P. Cod. membran. in bibliotheca nationali Parisiensi, sæc. XI, lat. 12943.

G. Cod. membran. veteris abbatiæ Sangallensis, 320, parvo 8°, sæc. XII.

C. Cod. membran. veteris abbatiæ Caduinensis, min. f°, sæc. XII.

V. Cod. membran. in bibliotheca Vaticana, 636, A, f°, sæc. XIII.

R. Cod. chartac. in bibliotheca reginæ Christinæ (Romæ), 618, sæc. XV.

ARCULFI

RELATIO

DE LOCIS SANCTIS

SCRIPTA AB ADAMNANO

* * *

Prologus.

In nomine Patris & Filij & Spiritus ſancte terre caraxare[a] librum de locis incipio ſanctis.

Arculfus, ſanctus epiſcopus, gente Gallus, diverſorum longe remotorum peritus locorum, verax index[b] & ſatis idoneus, in Hieroſolymitana civitate per menſes novem hoſpitatus, & locis quotidianis viſitationibus peragratis, mihi Adamnano hec univerſa, que infra caraxanda[c] ſunt, experimenta diligentius percunctanti[d] & primo in tabulas deſcribenti, fideli & indubitabili narratione dictavit, que nunc in membranis brevi textu ſcribuntur.

a. *Al.* texere. — b. *B.*, *P.* 12943, *C.* iudex. — c. *Al.* exaranda, taraxanda. — d. *Al.* percontanti, perſcrutanti.

LIBER PRIMUS.

CAPITULA.

a. *Mſſ. ed.* alia.

I. *D ſitu Hieruſalem : porte civitatis, anniverſarium mercatus, locus templi, oratorium Sarracenorum, domus magne.*

De ſitu Hieruſalem nunc quedam ſcribenda ſunt pauca ex his, que mihi, id eſt Adamnano, ſanctus dictavit Arculfus; ea vero, que in aliorum libris de eiuſdem civitatis poſitione reperiuntur, a nobis pretermittenda ſunt. In cuius magno murorum ambitu idem Arculfus octoginta quatuor numeravit turres & portas bis ternas, quarum per circuitum civitatis ordo ſic ponitur: Porta David, ad occidentalem montis Sion partem, prima numeratur, ſecunda, porta ville Fullonis, tertia, porta Sancti Stephani, quarta, porta Beniamin, quinta, portula, hoc eſt, parvula porta, a qua[a] per gradus ad vallem Ioſaphat deſcenditur, ſexta, porta Thecuitis.

a. *Sic ego*; *C.* quinta porta que eſt parva, ubi per gradus properatur uſque ad vall. I. *In aliis codd. & in ed.* ab hac.

Hic itaque ordo per earumdem portarum & turrium intercapedines: a porta David ſupra memorata per circuitum ſeptentrionem verſus & exinde ad orientem dirigitur. Sed quamlibet[a] ſex porte in muris numerentur, celebriores tamen ex eis tres portarum introitus frequentantur: unus ad occidentalem, alter ad ſeptentrionalem, tertius ad orientalem partem; ea vero pars murorum cum interpoſitis turribus, que a ſupra dicta David porta per aquilonale montis Sion ſupercilium, quod a meridie ſupereminet civitati, uſque ad eiuſdem montis frontem dirigitur, que prerupta rupe orientalem reſpicit plagam, nullas habere portas comprobatur.

Sed hoc etiam non eſſe pretereundum videtur, quod nobis ſanctus Arculfus de huius civitatis in Chriſto honorificentia prefatus narravit, inquiens: Diverſarum gentium undique prope innumera multitudo quindecimo die menſis ſeptembris anniverſario more Hieroſolymis convenire ſolet ad commercia mutuis venditionibus & emptionibus peragenda. Unde fieri neceſſe eſt, ut per aliquot dies in eadem hoſpita civitate diverſorum hoſpitentur turbe populorum, quorum plurima camelorum & equorum aſinorumque numeroſitas, mulorum necnon & boum maſculorum, diverſarum vectarum[b] rerum per illas politanas plateas ſtercorum abominationes propriorum paſſim ſternit: quorum nidor non mediocriter civibus invehit moleſtiam, que & ambulandi impeditionem prebet. Mirum dictu, poſt diem ſupra memoratum receſſionis cum diverſis turmarum iumentis, nocte ſubſequente, immenſa pluviarum copia de nubibus effuſa ſuper eandem deſcendit civitatem, que totas abluit[c] abominabiles de plateis ſordes

a. *B.*, *P.* 12943. quelibet. — b. *G.*, *al.* vectorum. — c. *L.*, *al.* abſtergit.

ablutamque ab inmunditiis fieri[a] facit eam. Nam Hierosolimitanus ipse situs a supercilio aquilonali montis Sion incipiens, ita est in alto[b] a conditore Deo dispositus declivio usque ad humiliora aquilonalium orientaliumque murorum loca, ut illa pluvialis exuberantia nullo modo in plateis, stagnantium aquarum in similitudinem, supersedere possit, sed, instar fluviorum, de superioribus ad inferiora decurrat: que scilicet celestium aquarum inundatio, per orientales influens[c] portas & omnia secum stercoralia auferens abominamenta, vallem Iosaphat intrans, torrentem Cedron auget: & post[d] talem Hierosolymitanam baptizationem continuatim eadem pluvialis exuberantia[e] cessat. Hinc ergo non negligenter adnotandum est, quanti vel qualis honoris hec selecta & predicabilis civitas in conspectu eterni[f] genitoris habeatur, qui eam sordidam diutius manere non patitur, sed, ob eius unigeniti honorificentiam, citius eam emundat, quia intra murorum eius ambitum sancte crucis & resurrectionis ipsius loca habet honorificata.

Ceterum in illo famoso[g] loco, ubi quondam *templum* magnifice constructum fuerat, in vicinia muri[h] ab oriente locatum, nunc Sarraceni quadrangulam orationis *domum*, quam subrectis tabulis & magnis trabibus super quasdam ruinarum reliquias construentes, vili fabricati sunt opere, ipsi frequentant: que utique domus tria hominum millia simul, ut fertur, capere potest.

Arculfus itaque de ipsius civitatis habitaculis a nobis interrogatus respondens, ait: Memini[i] me & vidisse & frequentasse multa eiusdem civitatis edificia, plurimasque *domos grandes*, lapideas, per totam magnam civi-

a. *Al.* fieri *om.* — b. *L.*, *al.* molle. — c. *Al.* interfluens. — d. *Tantum B*, *V.*, *R.*, ob. — e. *Al.* fluminalis exuberatio. — f. *B.*, *V.*, *R.* iudicis &. — g. *Al.* formoso. — h. *Mab.*; *G.*, *Gretf. om.*; *Bern.* nuper. — i. *L.* meninisse.

tatem intra menia circumdatas, mira fabricatas arte, ſepius conſideraſſe, que omnia nunc a nobis ſunt pretermittenda, ut eſtimo, exceptis eorum edificiorum ſtructuris, que in locis ſanctis, crucis videlicet & reſurrectionis, mirifice fabricate ſunt: de quibus diligentius interrogavimus Arculfum, precipue de ſepulcro Domini & eccleſia ſuper illud conſtructa, cuius mihi formam in tabula cerata Arculfus ipſe depinxit.

II. *De eccleſia rotunde formule ſuper ſepulcrum Domini edificata.*

Que utique valde *grandis eccleſia*, tota lapidea, mira rotunditate ex omni parte collocata eſt, a fundamentis in tribus conſurgens parietibus, quibus unum culmen in altum elevatur,[a] inter unumquemque parietem & alterum latum habens ſpatium vie; tria quoque altaria ſunt in tribus locis parietis medij[b] artifice fabricatis.[c] Hanc rotundam & ſummam eccleſiam ſupra memorata habentem altaria, unum ad meridiem reſpiciens, alterum ad aquilonem, tertium verſus occaſum, duodecim mire magnitudinis lapidee ſuſtentant columne. Hec bis quaternales portas habet, hoc eſt quatuor introitus, per tres e regione, interiectis viarum ſpatiis, ſtabilitos parietes, ex quibus quatuor exitus ad vulturnum ſpectant, qui & cecias[d] dicitur ventus, alij vero quatuor ad eurum reſpiciunt.

III. *De ipſius ſepulcri figura & eius tugurioli.*

In medio ſpatio huius interioris rotunde domus rotundum ineſt in una eademque petra exciſum tugurium,[e]

a. *Tantum L.* quibus.... elevatur. — b. *G.* medio. — c. *Forte* fabricata. — d. *Sic correxit Gretſer, al.* calcias, calceas, hetias, caluar — e. *Al.* tegurium, teguriolum

in quo poſſunt ter terni[a] homines ſtantes orare, & a vertice alicuius non brevis ſtature ſtantis hominis uſque ad illius domuncule cameram pes & ſemipes menſura in altum extenditur. Huius tugurioli introitus ad orientem reſpicit, quod totum extrinſecus electo tegitur marmore, cuius exterius[b] ſummum culmen auro ornatum auream non parvam ſuſtentat crucem. In huius tugurij aquilonali parte ſepulcrum Domini in eadem petra interius exciſum habetur, ſed eiuſdem tugurij pavimentum humilius eſt loco ſepulcri; nam a pavimento eius uſque ad ſepulcri marginem lateris quaſi trium menſura[c] altitudinis palmorum[d] haberi dignoſcitur. Sic mihi Arculfus, qui ſepe ſepulcrum Domini frequentabat, indubitanter emenſus pronunciavit.

Hoc in loco[e] *diſcrepantia* nominum notanda *inter monumentum & ſepulcrum;* nam illud ſepe memoratum rotundum tugurium, alio nomine *Evangeliſte monumentum* vocant: ad cuius oſtium advolutum & ab eius oſtio revolutum lapidem, reſurgente Domino, pronunciant. *Sepulcrum* proprie ille dicitur locus in tugurio, hoc eſt in aquilonali parte monumenti, in quo dominicum corpus linteaminibus involutum conditum quievit: cuius longitudinem Arculfus in ſeptem pedum menſura propria menſus eſt manu. Quod videlicet ſepulcrum, non, ut quidam falſo opinantur, duplex & quamdam de ipſa maceriola petram habens exciſam, duo crura & femora duo intercidentem[f] & ſeparantem, ſed totum ſimplex, a vertice uſque ad plantas lectum unius hominis capacem ſuper dorſum iacentis prebens, in modum ſpelunce introitum a latere[g] habens ad auſtralem monu-

a. *B.*, *Bern.*, *G.*, *C. tantum* terni. — b. *In aliis mſſ.* exterioris. — c. *B.*, *V.* a poplite *aut* pollice uſque ad auriculam. — d. *Al.* palmarum. — e. *Mab.* proprietas ſive. — f. *L.*, *al.* intercedentem. — g. *L.* in introitum altare.... reſpiciens.


menti partem e regione reſpicientem, culmenque deſuper humile eminens fabrefactum. In quo utique ſepulcro duodene lampades, iuxta numerum[a] duodecim apoſtolorum, ſemper die ac nocte ardentes lucent, ex quibus quatuor in imo illius lectuli ſepulcralis loco inferius poſite, alie vero bis quaternales, ſuper marginem eius ſuperius collocate ad latus dextrum, oleo nutriente fulgent.

Sed & hoc etiam notandum eſſe videtur, quod mauſoleum vel ſepulcrum Salvatoris, hoc eſt ſepe memoratum tugurium, ſpeleum ſive *ſpelunca* recte vocari poſſit, de qua videlicet, Domino noſtro Ieſu Chriſto in ea ſepulto, propheta vaticinatur, dicens: *Hic habitabit in excelſa ſpelunca petre fortiſſime.* Et paulo poſt de ipſius Domini reſurrectione ad apoſtolos letificandos ſubinfertur: *Regem cum gloria videbitis.*

Supra dicte igitur eccleſie formulam cum rotundo tuguriolo in eius medio collocato, in cuius aquilonali parte dominicum habetur ſepulcrum, ſubiecta declarat pictura, necnon & trium aliarum figure eccleſiarum, de quibus inferius intimabitur. Hanc fi vide cont

Has itaque quaternalium figuras eccleſiarum iuxta exemplar, quod mihi, ut ſuperius dictum eſt, ſanctus Arculfus in paginula figuravit cerata, depinximus, non quod poſſit earum ſimilitudo formari in pictura, ſed ut dominicum monumentum, licet tali figuratione vili in medietate rotunde eccleſie conſtitutum monſtretur, utique[c] huic proprior eccleſia vel que eminus poſita declaretur.

a. *Al.* normam, nomina. — b. *L.* aut que.
ſepulchri aliis. — c. *B.*, *G.*, *al.*


Altare
ECCLESIA
Altare.
Sepulcrum Dñi
Tugurium rotundum
Altaria
Altare
Plateola in qua die & nocte lampades ardent
Mensa lignea
ubi crux dñica cum binis latronum crucibus sub terra reperta est
Basilica Constantiniana sive Martyrum
Exedra cum calice Dñi
Golgothana ecclesia
S. MARIS ECCLESIA

IV. *De ipso lapide, qui ad ostium monumenti advolutus erat, quem angelus Domini, de celo descendens, post resurrectionem eius revolvit, de tugurio & sepulcro.*

Sed inter hec, de illo supra memorato lapide, qui ad ostium monumenti dominici, post ipsius Domini crucifixi sepultionem, multis trucidentibus[a] viris, advolutus est, breviter intimandum esse videtur: quem Arculfus intercisum & in duas divisum partes refert, cuius pars minor, ferramentis dolata, quadratum altare in rotunda supra descripta ecclesia ante ostium sepe illius memorati tugurij, hoc est dominici monumenti, stans constitutum cernitur; maior vero illius lapidis pars, eque circumdolata, in orientali eiusdem ecclesie loco, quadrangulum aliud altare, sub linteaminibus stabilitum exstat.

De illius ergo petre coloribus, in qua illud sepe dictum tugurium dolatorum ferramentis interius cavatum habetur[b] dominicumque sepulcrum in aquilonali loco ipsius habens, de una eademque petra excisum, qua & monumentum est,[c] hoc est, ipsum tugurium, Arculfus, a me interrogatus, dixit: Illud dominici monumenti tugurium, nullo modo intrinsecus ornatu tectum, usque hodie per totam eius cavaturam[d] ferramentorum ostendit vestigia, quibus dolatores sive excisores in eodem usi sunt opere: color vero illius eiusdem petre monumenti & sepulcri non unus, sed duo permixti videntur, ruber itaque[e] & albus, unde & bicolor eadem ostenditur petra. Sed de his ista sufficiant dicta.

V. *De ecclesia Sancte Marie, que rotunde coheret ecclesie.*

Ceterum de sanctorum structuris locorum pauca addenda sunt aliqua. Illi rotunde ecclesie supra sepius

a. *L.*; *al.* tradentibus. — b. *L*,. *B.*, *P.* 12943; *al. om.* habetur. — c. *G.*, est. — d. *V.*, *R.* cameraturam. e. *Bern.*; *al.* utique.

memorate que & anaſtaſis,[a] hoc eſt reſurrectio, vocatur, eo quod in loco dominice reſurrectionis fabricata eſt, ad dextram coheret partem Sancte Marie, matris Domini, quadrangulata eccleſia.

VI. *De illa eccleſia, que in Calvarie loco conſtructa eſt.*

Alia vero pergrandis eccleſia, orientem verſus, in illo fabricata eſt loco, qui hebraïce *Golgotha* dicitur, in cuius ſuperioribus grandis quedam erea cum lampadibus rota in funibus pendet, infra quam magna crux argentea infixa ſtatuta eſt eodem in loco, ubi quondam lignea crux, in qua paſſus eſt humani generis ſalvator, infixa ſtetit.

In eadem eccleſia quedam in petra habetur exciſa *ſpelunca infra locum dominice Crucis,* ubi ſuper altare pro quorumdam honoratiorum animabus ſacrificium offertur, quorum corpora interim in platea iacentia ponuntur ante ianuam eiuſdem eccleſie Golgothanee, uſquequo finiantur illa pro ipſis defunctis ſacroſancta myſteria.[b]

VII. *De baſilica, quam Conſtantinus vicinam ſupra dicte eccleſie in eo fabricavit loco, ubi Crux Domini ruinis ſuperata, poſt multa ſecula, refoſſa inventa eſt terra.*

Huic eccleſie in loco Calvarie quadrangulate fabricate ſtructura, lapidea illa vicina orientali in parte coheret *baſilica* magno cultu a rege *Conſtantino* conſtructa, que & *martyrium*[c] appellatur, in eo, ut fertur, fabricata loco, ubi Crux Domini cum aliis latronum binis crucibus ſub terra abſcondita, poſt ducentorum triginta trium cyclos annorum, ipſo Domino donante, reperta eſt.

a. *R.* ανασταστσης. — b. *Ultimæ lineæ deſunt in cod. B.* — c. *Al.* martyrum, monaſterium.

VIII. *De loco altaris Abraham.*

Itaque inter has duales ecclesias ille famosus occurrit locus, in quo Abraham patriarcha altare composuit, super illud imponens lignorum struem, & ut Isaac immolaret filium suum, evaginatum arripuit gladium: ubi nunc mensa habetur lignea non parva, super quam pauperum eleemosyne a populo offeruntur. Sed & hoc mihi diligentius interroganti sanctus Arculfus addidit, inquiens: Inter anastasim, hoc est sepe supra memoratam rotundam ecclesiam, & basilicam Constantini quedam patet *plateola usque ad ecclesiam Golgothanam*, in qua videlicet die ac nocte semper lampades ardent.

IX. *De exedra intra ecclesiam Calvarie & Constantini basilicam sita, in qua calix Domini & spongia recondita habetur, de qua in ligno pendens acetum suxerat & vinum.*

Inter illam quoque Golgothanam basilicam & martyrium[a] quedam inest exedra, in qua est calix Domini, quem a se benedictum propria manu in cena, pridie quam pateretur, ipse conviva apostolis tradidit convivantibus: qui argenteus *calix* sextarij Gallici mensuram habet, duasque in se ansulas ex utraque parte altrinsecus continet compositas. In quo utique calice inest *spongia*, quam aceto plenam, hyssopo circumponentes, Dominum crucifigentes obtulerunt ori eius. De hoc eodem calice, ut fertur, Dominus post resurrectionem cum apostolis convivans bibit, quem sanctus Arculfus vidit, & per[b] illius scrinioli, ubi reconditus habetur, operculi foramen pertusi[c] manu tetigit propria & osculatus est: quem videlicet calicem universus civitatis populus cum ingenti veneratione frequentat.

a. *B.*, *P.* 12943, *V.*, *R.* testimonium. — b. *B.*, *Gretf. om.* per. — c. *Al.* percussi, perforati.

X. *De lancea militis, qua latus Domini ipſe pupugit.*

Idem Arculfus nihilominus & illam conſpexit[a] lanceam militis, qua latus Domini in cruce pendentis ipſe percuſſerat. Hec eadem lancea in porticu illius Conſtantini baſilice inſerta habetur in cruce lignea, cuius haſtile in duas ſciſſum[b] eſt partes: quam ſimiliter tota Hieroſolymitana frequentans oſculatur & veneratur civitas.

XI. *De ſudario illo, quo Domini caput ſepulti contectum eſt.*

De illo quoque ſacroſancto ſudario, quod in ſepulcro Domini ſuper caput ipſius fuerat poſitum, ſancti Arculfi relatione cognoſcimus, qui illud propriis inſpexit obtutibus.

Hanc, quam nunc caraxamus, narrationem totus Hieroſolimitanus populus veram eſſe teſtatur. Propter plurimorum namque teſtimonium fidelium Hieroſolymitanorum civium hanc pronunciationem ſanctus Arculfus didicit, qui ſic, ipſo intentius audiente, ſepius pronunciaverunt, dicentes: Ante annos fere ternos[c] ſacroſanctum linteolum, quod quidam ſatis idoneus credulus Iudeus de ſepulcro Domini[d] ſtatim poſt eius reſurrectionem furatus, multis diebus apud ſe occultavit, ipſo donante Domino, poſt multorum cyclos annorum repertum, in notitiam totius populi venit. Ille igitur felix & fidelis fur illud dominicum ſudarium, quod inprimis furtim[e] abſtulit, in extremis conſtitutus, duobus filiis manifeſtans arceſſitis detulit, dicens: « O filioli

a. *B.* compunxit. — *b. B.*, *V.*, *R.*; *al.* inciſum, interciſum. — c. *Mſſ.*; *ed.*, *ut Gretſ.*, 300tos. d. *L.*, *B. om.* de ſep. D. — e. *Ed.*; furanter *mſſ. & ed.*

« mei, nunc optio vobis datur. Dicat ergo quiſque e[a] « duobus, quid potius optare deſiderat unus, ut & ego « indubitanter ſcire poſſim, qui ex vobis erit, cui, iuxta « propriam optionem, aut omnem ſubſtantiam meam, « quam habeo, commodare[b] debeo, aut hoc ſolummodo « ſacrum Domini ſudarium. » Quibus auditis verbis, unus, qui optavit genitoris divitias accipere univerſas, ſuſcepit eas a patre, iuxta promiſſionem ſub teſtamento ſibi commendatam. Mirum dictu, ex illo die omnes eius divitie & patrimonia omnia, propter quod ſudarium Domini vendidit, decreſcere ceperunt, & univerſa, que habuit, diverſis caſibus[c] perdita, ad nihilum redacta ſunt. Alter vero ſupradicti beati furis filius beatus, qui ſudarium Domini omnibus pretulit patrimoniis, ex quo die illud de manu morientis accepit genitoris, magis ac magis creſcens, donante Deo, terrenis etiam opibus eſt ditatus, nec fraudatus eſt celeſtibus. Et ita hoc dominicum ſudarium patres filiis[d] de eiuſdem ter beati hominis ſemine nati, quaſi hereditario iure, fideles fidelibus, ſecundum eorum proſapie ſeriem, fideliter uſque ad quintam commendabant generationem. Sed poſt quinte generationis tempora, annorum multis proceſſibus[e] tranſactis, eiuſdem cognationis deficientibus hereditariis fidelibus, ſacrum linteum in manus quorundam infidelium devenit Iudeorum, qui & ipſi, licet[f] indigni tali munere, tamen illud honorifice amplexi, divina donante largitione, nimis diverſis opibus locupletes, divites facti ſunt. Iudei vero credentes, orta in populo de ſudario Domini certa narratione, ceperunt cum infidelibus Iudeis de ſacro illo linteamine fortiter contendere, totis viribus illud appetentes in manus accipere: que ſubnixa contentio[g]

a. *G.* alter veſtrum. — b. *L.*; *al.* commendare. — c. *L.*, *B.*, *G.*, *Gretſ.* cladibus. — d. *L. om.* filiis .... ſeriem. — e. *L.* receſſibus. — f. *Al.* quamlibet, quolibet. — g. *L.* ſub iuxta concio.

Hierofolymitanam plebem in duas dirimit[a] partes, hoc eft fideles credulos contra infideles incredulos.

Unde & Saracenorum rex, nomine Mavias,[b] ab utrifque interpellatus partibus, ad eos incredulos Iudeos, qui[c] fudarium Domini pertinaciter retinebant,[d] inter utrofque diiudicans,[e] dixit: « Sacrum, quod habetis, linteo« lum date in manu mea. » Qui regis verbo[f] obtemperantes, illud de fcrinio proferentes, regnatoris in finum deponunt. Quod cum magna reverentia fufcipiens, rex in platea, coram omni populo, rogum fieri iuffit. Quo nimia inflammatione ardente, ipfe furgens & ad ipfum accedens rogum, elevata voce ait ad utrafque difcordes partes: « Nunc Chriftus, mundi falvator, paffus pro « humano genere, qui hoc, quod nunc in finu teneo, « fudarium in fepulcro fuum fuper[g] caput eius habuit « pofitum, inter vos de hoc eodem linteo contendentes « per flammam iudicet ignis, ut fciatis, cui parti horum « duorum exercituum contentioforum hoc tale donum « condonare dignetur. » Et hec dicens, facrum Domini fudarium proiecit in flammas, quod nullo modo ignis tangere potuit, fed integrum & incolume de rogo furgens, quafi avis expanfis alis, cepit in fublime volare, & utrafque diffidentes contra fe pofitas partes & quafi in procinctu belli confertas acies de fummis profpiciens duas, in vacuo aere per aliquorum intervallum momentorum circumvolans, proinde paulatim defcendens, Deo gubernante, ad partem Chriftianorum interim Chriftum iudicem exorantium declinans, in eorum finu confedit. Qui Deo gratias, levatis ad celum manibus,

a. *Al.* dirupit. — b. *L.* Mavius, *al.* Majuvias, Navias. — c. *V.*, *R.* *addunt* coram prefentibus Iudeis chriftianis. — d. *P.* 12943, coram prefentibus Iudeis Chriftianis. — e. *Hanc vocem in cod. L. fequitur:* hoc quod nunc in finu meo contineo fudarium in fepulchrum fuum fuperdixit facrum, *fed idem iuxta alios codd. modo infra.* — f. *L.* imperio. — g. *L.* ad.

agentes, cum ingenti letitia ingeniculantes, ſudarium Domini cum magna honorificentia ſuſcipiunt ad ſe de celo venerabile emiſſum donum, hymnificaſque laudes Chriſto, eius donatori, referunt, & in ſcrinio eccleſie in alio involutum linteamine recondunt.

Quod noſter frater Arculfus alio die de ſcrinio levatum vidit, & inter populi multitudinem illud oſculantis, ipſe oſculatus eſt in eccleſie conventu, menſuram longitudinis quaſi octo habens pedes.[a] De quo hec dicta ſufficiant.

XII. *De alio ſacroſancto linteo, quod, ſicut fertur, ſancta contexuit Maria virgo, Mater Domini.*

Aliud quoque linteamen maius Arculfus in eadem Hieroſolymitana civitate vidit, quod, ut fertur, ſancta Maria contexuit, & ob id magna reverentia in eccleſia habitum totus veneratur populus. In quo videlicet linteo duodecim apoſtolorum formule habentur intexte, & ipſius Domini imago figurata, cuius linteaminis una pars rubei coloris & altera, e regione in altero latere, viridis habetur.[b]

XIII. *De ſumma columna in illo ſita loco, ubi Cruce Domini ſuperpoſita, mortuus revixit iuvenis, & de medio mundi.*

De aliqua valde ſumma columna, que a locis ſanctis ad ſeptentrionalem partem in medio civitatis ſtans pergentibus obvia habetur, breviter dicendum eſt. Hec eadem columna, in eo ſtatuta loco, ubi mortuus iuvenis, Cruce Domini ſuperpoſita, revixit, mirum in modum

a. *In aliis mſſ.* cubitos. — b. *B.*, herbarum. *P.* 12943, in modum viridium

in eſtivo ſolſtitio meridiano tempore, ad centrum celi ſole perveniente, umbram non facit; ſolſtitio enim tranſmiſſo, quod eſt VIII[a] kal. iulij, ternis diebus interiectis, paulatim decreſcente die, umbram primum facit brevem, deinde proceſſu dierum longiorem. Itaque hec columna, quam ſolis claritas in eſtivo ſolſtitio meridianis horis ſtantis in centro celi,[b] e regione deſuper circumfulgens, ex omni parte circumfuſa perluſtrat, Hieroſolymam urbem[c] in *medio terre* ſitam eſſe proteſtatur. Unde & Pſalmographus propter ſancta paſſionis & reſurrectionis loca, que intra ipſam eliam continentur, vaticinans canit: *Deus autem, rex noſter, ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terre*, id eſt in Hieruſalem, que mediterranea & umbilicus terre dicitur.

XIV. *De eccleſia Sancte Marie in valle Ioſaphat fabricata, in qua monumentum eius habetur.*

Sanctorum locorum ſedulus frequentator, ſanctus Arculfus, *Sancte Marie eccleſiam in valle Ioſaphat* frequentabat, cuius dupliciter fabricate[d] inferior pars ſub lapideo tabulato mirabili rotunda ſtructura eſt fabricata, in cuius orientali parte altarium habetur, ad dextram vero eius partem ſancte Marie ſaxeum ineſt *ſepulcrum* vacuum, in quo aliquando requievit[e] ſepulta. Sed de eodem ſepulcro, quomodo vel quo tempore aut a quibus perſonis ſanctum corpuſculum eius ſit ſublatum, vel in quo loco reſurrectionem exſpectat, nullus, ut fertur,[f] pro certo ſcire poteſt. Hanc inferiorem rotundam Sancte Marie eccleſiam intrantes, illam vident petram ad dextram parietis inſertam, ſupra quam Domi-

a. *L.* IX. — *b. B.*, *P.* 12943, *V.*, *R.* poli. — c. *L.*, *al.* orbis. — d. *L.* fabrice. — e. *B. addit* & ſanctis pertinet; *al.* pauſavit. — f. *P.* 12943, *ed.* ut refert Hieronymus.

nus in agro *Gethſamane* illa nocte, qua tradebatur a Iuda in manus hominum peccatorum, flexis oravit genibus ante horam traditionis eius: in qua videlicet petra duorum veſtigia genuum eius, quaſi in cera molliſſima profundius impreſſa, cernuntur. Ita nobis noſter ſanctus Arculfus frater pronunciavit, ſanctorum viſitator locorum, qui hec, que nos deſcribimus, propriis conſpexit oculis. In ſuperiore igitur eque rotunda eccleſia Sancte Marie quatuor altaria ineſſe monſtrantur.

XV. *De turre Ioſaphat in eadem conſtructa valle.*

In eadem ſupra memorata valle, non longe ab eccleſia Sancte Marie, turris Ioſaphat monſtratur, in qua ipſius ſepulcrum cernitur.

XVI. *De monumentis Simeon & Ioſeph.*

Cui videlicet turricule quedam lapidea domus a dextra coheret parte, de rupe exciſa & ſeparata a monte Oliveti, in qua intrinſecus[a] ferramentis cavata duo monſtrantur *ſepulcra* ſine aliquo ornatu: quorum unum illius *Simeonis* iuſti viri eſt, qui, infantulum Dominum Ieſum in templo amplexus ambabus manibus, de ipſo prophetizavit, alterum vero eque *Ioſeph*, ſancte Marie ſponſi & Domini Ieſu nutritoris.

XVII. *De ſpelunca in rupe montis Oliveti habita contra vallem Ioſaphat, in qua quatuor menſe & putei ſunt duo.*[b]

In latere montis Oliveti quedam ineſt *ſpelunca*, haud procul ab eccleſia Sancte Marie in eminentiore loco poſita contra vallem Ioſaphat, in qua duo profundiſ-

a. *Al.* intrinſecus *om.* — b. *L.*, *P.* 13048, De ſpelunca duorum puteorum.

ſimi habentur putei, quorum unus ſub monte magna profunditate deſcendit,[a] alter vero in ſpelunce pavimento, cuius vaſtiſſima, ut fertur, cavitas, in profundum deſcendens, recto tractu dirigitur: qui duo putei ſemper clauduntur. In eadem ergo ſpelunca quatuor inſunt lapidee menſe, quarum una eſt, iuxta introitum ſpelunce ab intus ſita, Domini noſtri Ieſu Chriſti, cui procul dubio *menſule ſedes* ipſius adheret: ubi cum duodecim apoſtolis, ſimul ad alias menſas ibidem habitas ſedentibus, & ipſe conviva aliquando recumbere[b] ſolitus erat. Illius putei os clauſum,[c] quem in pavimento ſpelunce ineſſe ſupra ſcripſimus, apoſtolorum menſis proprius haberi monſtratur. Huius ſpelunce portula ligneo, ut refert ſanctus Arculfus, concluditur oſtio, qui eandem Domini ſpeluncam ſepius frequentavit.

XVIII. *De porta David & de illo loco, in quo Iudas Iſcarioth laqueo ſe ſuſpendit.*


Porta David montis Sion molli clivo ab occidentali adheret parte. Per eandem de civitate egredientibus, portam & montem Sion proximum ad ſiniſtram habentibus, pons[d] lapideus occurrit, eminus per vallem in auſtrum recto tramite directus, arcubus ſuffaltus, ad cuius medietatem ab occaſu ille vicinus[e] habetur locus, ubi *Iudas Iſcariothis*, deſperatione coactus, laqueo *ſe ſuſpendit.*[f] Ibidem & grandis hodie adhuc monſtratur ficus, de cuius, ut fertur, vertice inlaqueatus pependit Iudas, ut[g] Iuvencus, presbyter verſificus, cecinit:

Informem rapuit ficus de vertice mortem.

a. *G., al.* in altum infinita profunditate productus extenditur. — b. *G. om. ſequens* ſepe. — c. *Al.* concluſum. — d. *Al.* fons. — e. *G. om.* vicinus. — f. *L., B., V., R.* ſuſpendens diſperierat. — g. *Add. aliqui codd.* de ipſo Iuda.

XIX. *De forma grandis baſilice in monte Sion fabricate, & de ipſius montis ſitu.*

Et quia paulo ſuperius montis Sion mentio interceſſit, pe quadam grandi[a] baſilica in eo conſtructa loco quedam breviter ſuccincteque intimanda ſunt, cuius ſic deſcribitur formula:



Hic petra monſtratur, ſuper quam *Stephanus lapidatus* extra civitatem obdormivit. Extra hanc ſupra deſcriptam grandem eccleſiam, que intrinſecus talia ſancta complectitur loca, alia memorabilis exſtat ad occidentalem partem eius petra, ſuper quam, ut fertur, Stephanus lapidatus eſt.[b] Hec itaque apoſtolica eccleſia, ut ſupra dictum eſt, in montis Sion ſuperiore, campeſtri planitie lapidea eſt fabricata ſtructura.

XX. *De illo agellulo, qui hebraïce Akeldemac vocatur.*

Hunc parvum agellulum ad auſtralem montis Sion plagam ſitum noſter Arculfus ſepe frequentans viſitabat,

a. *Al.* pergrandi. — b. *L.*; *al.* Dominus flagellatus eſt.

lapidum maceriam habentem, in quo diligentius plurimi humantur peregrini; alij vero, pannis aut pelliculis tecti, negligentius relinquuntur inhumati, & ſic ſuper terram iacentes putreſcunt.[a]

XXI. *De aſperis & petroſis locis ab Hieruſalem uſque ad civitatem Samuelis late patentibus & uſque ad Ceſaream Paleſtine, occaſum verſus, ſuccedentibus.*

Ab Elia ſeptentrionem verſus uſque ad Samuelis civitatem, que Armathem[b] nominatur, terra petroſa & aſpera per quam monſtrantur intervalla, valles quoque ſpinoſe[c] uſque ad Taniticam regionem patentes. Alia vero a ſupra dicta Elia & monte Sion qualitas regionum monſtratur uſque ad Ceſaream Paleſtine occaſum verſus; nam quamvis aliqua ibi ſint anguſta & brevia & aſpera loca interpoſita, precipue tamen latiores plani monſtrantur campi, interpoſitis olivetis, letiores.

XXII. *De monte Oliveti, de altitudine & qualitate terre illius.*

Aliarum arborum genera, exceptis vitibus & olivis, in monte Oliveti, ut refert Arculfus, raro reperiri poſſunt; ſegetes vero frumenti & hordei in eo valde lete[d] conſurgunt. Non enim brucoſa,[e] ſed herboſa & florida illius terre qualitas demonſtratur. Altitudo autem eius equalis eſſe altitudini montis Sion videtur, quamvis mons Sion ad montis Oliveti comparationem in geometrie dimenſionibus, latitudine videlicet & longitudine, parvus & anguſtus videatur. Inter hos duos montes vallis Ioſaphath, de qua ſuperius dictum eſt, media interiacet, a ſeptentrionali plaga in auſtralem porrecta partem.

a. *G.* preſertim. — b. *Al.* Armachim, Ramathas. — c. *L.* pinnoſe. d. *Ed.*, *B.* valle lateque; *P.* 12943, in ea valle longe lateque, latere conſ. — e. *Gretſ.*, rupoſa; *in codd. etiam* bruchoſa.

XXIII. *De loco Dominice ascensionis & de ecclesia in eo edificata.*

In toto monte Oliveti nullus locus altior esse videtur illo, de quo Dominus ad celos ascendisse traditur, ubi grandis *ecclesia* stat *rotunda*, ternas per circuitum cameratas habens porticus desuper tectas: cuius ecclesie interior domus, sine tecto & sine camera, ad celum sub aëre nudo aperta patet, in cuius orientali parte altare sub angusto protectum tecto exstat. Ideo itaque interior illa domus cameram[a] non habet, ut de illo loco, in quo postremum divina cernuntur[b] vestigia, cum in celum Dominus in nube sublevatus est, via semper aperta sit, & oculis exorantium ad celum pateat.

Nam cum hec, de qua nunc pauca commemoravi, basilica fabricaretur, idem locus vestigiorum Domini, ut alibi scriptum repertum est, continuari operimento[c] cum reliqua stratorum[d] parte non potuit. Siquidem quecumque adplicabantur, insolens terra humana suscipere respuens, in ora adponentium[e] reiecit. Quin etiam a Domino concalcati pulveris adeo perenne documentum est, ut vestigia cernantur impressa, & cum quotidie confluentium fides a Domino calcata diripiat, damnum tamen area[f] non sentit, & eandem adhuc sui speciem, veluti impressis signata vestigiis, terra custodit.

In eodem igitur loco, ut sanctus refert Arculfus, sedulus eiusdem frequentator, erea grandis per circuitum rota, desuper explanata, collata est, cuius altitudo usque ad cervicem[g] haberi monstratur mensurata: in cuius

a. *G.*, *al.* supra collocatum. — b. *L.*, *al.* institerant. — c. *Gretſ.*, *al.* pavimento. — d. *B.*, *ed.*, *G.* statorum; *L.* reliquorum str. — e. *Quoque al.* excussis marmoribus *sine* rececit. — f. *L.*, *V.* arena. — g. *Al.* verticem.

medietate non parva patet pertuſura,[a] per quam deſuper aperta *veſtigia pedum Domini* plane & lucide in pulvere impreſſa demonſtrantur. Illa in rota[b] ab occidentali parte quaſi quedam ſemper patet porta, ut per eam intrantes facile adire locum ſacrati pulveris poſſint, & per apertum deſuper eiuſdem rote foramen de ſacro pulvere porrectis manibus particulas ſumant.

Igitur noſtri Arculfi de veſtigiis Domini narratio cum aliorum ſcriptis recte concordat, quod nec culmine domus, nec aliquo ſpeciali inferiore & viciniore tegmine ullo modo protegi potuerint, ut ſemper ab univerſis intrantibus conſpiciantur, & Dominicorum veſtigia pedum eiuſdem loci in pulvere depicta clare poſſint videri.[c] Hec enim dominica veſtigia ingentis claritudine lampadis[d] ſupra eandem rotam eccleſie in trochleis pendentis die noctuque flammantis illuminantur.

Illius itaque ſupra memorate eccleſie rotunde in occidentali parte bis quaternales ſuperne fabrefacte habentur feneſtre vitreis valvulis, quibus utique feneſtris totidem lampades vicine intrinſecus & e regione poſite in funibus pendentes ardent: que videlicet lampades ſic collocate ſunt, ut unaqueque lampas nec ſuperius nec inferius pendeat, ſed quaſi adherens eidem feneſtre videatur, cui interius e regione poſite propinqua ſpecialiter cernitur. Quarum utique lampadum in tantum claritas refulget, ut earum lumine, quaſi de ſummitate montis Oliveti coruſcantium, per vitrum abundanter effuſo, non tantum ea montis pars, que verſus occaſum adheret rotunde[e] baſilice, ſed etiam civitatis Hieroſolyme de valle Ioſaphat aſcenſus per quoſdam gradus in altum ſublimans clare, licet in tenebroſis noctibus, mirabiliter illuſtretur, & maior eiuſdem pars urbis anterior e regione

a. *Al.* percuſſura. — b. *B.*, *V.* rotunda. — c. *Al.* demonſtratur. — d. *B.*, *P.* 12943: lampades. — e *Al.* & lapidee.

posite similiter eadem illuminetur claritate. Hec fulgida & predicabilis octonarum magnarum coruscatio lucernarum de monte sancto & de loco Dominice ascensionis noctu fulgentium maiorem, ut Arculfus narravit, divini amoris alacritatem[a] credulorum respicientium cordibus infundit, quemdamque pavorem menti cum ingenti interna conpunctione incutit.


Hec etiam mihi Arculfus retulit de eadem rotunda ecclesia, quod in anniversario die Dominice ascensionis solemnitate per omnes annos validissimi flaminis[b] procella meridianis horis, peractis in eadem basilica missarum solemnibus, inruere solet, ut nullus in illa ecclesia vel in locis ei vicinis stare vel sedere possit, sed orantes omnes, in terra prostratis vultibus, tamdiu iacent, donec illa terribilis procella pertranseat.

Huius terrifici flatus causa facit, ut illa pars domus cameram habere non possit, quod supra locum impressorum Domini vestigiorum, que intra[c] supra dicte rote medium foramen aperte monstrantur, ad celum semper patefacta appareat. Nam quascumque materias desuper ad cameram parandam, si quid humana ars conabatur, supra memorati venti divinitus flatus destruxerunt.

De hac itaque formidabili procella sanctus Arculfus taliter nobis enarravit, qui eadem hora qua in die Dominice ascensionis ille validissimus irruit flatus, ipse presens in eadem ecclesia Oliveti interfuit montis.

Cuius videlicet rotunde ecclesie figura, quamvis vili pictura, sic depicta declaratur : eree necnon in eius medietate collocate rote formula hac descriptiuncula demonstratur subiecta.

a. *V.*, *R.*, addunt vel claritatem. — b. *V.* fulminis. — c. *Al.* in terra.



Sed & hoc etiam ſancti relatione Arculfi didicimus, quod in eadem ecclesia rotunda ad consuetum lumen octo ſupra memoratarum noctu intrinſecus refulgentium lucernarum prope innumerabiles in nocte Dominice aſcenſionis alie adiici ſoleant lampades, quarum terribili & admirabili coruſcatione, per vitreas feneſtrarum valvas abundanter effuſa, mons Oliveti non ſolum illuminari, ſed etiam ardere totus videtur totaque civitas illuſtrari & vicina ſita loca.[a]

XXIV. *De ſepulcro Lazari & de eccleſia ſuper illud conſtructa & de monaſterio eidem adherente.*

Arculfus, ſanctorum ſupra memoratorum frequentator locorum, quemdam Bethanie campulum magna olivarum ſilva circumdatum viſitavit, ubi grande ineſt mona-

a. *B.*, *G.* prope tamen.

ſterium & grandis baſilica ſupra illam edificata ſpeluncam, de qua Dominus quatriduanum mortuum ſuſcitavit Lazarum.

XXV. *De alia eccleſia ad dextram Bethanie partem conſtructa.*

De alia celebriore eccleſia ad auſtralem Bethanie partem in eo montis Oliveti loco fundata, in quo Dominus ad diſcipulos habuiſſe ſermonem dicitur, breviter ſcribendum arbitramur.

Hinc ſollicite inquirendum eſt, qualem ſermonem & quo tempore vel ad quas ſpeciales perſonas diſcipulorum Dominus ſit locutus. Que tria, ſi trium Evangeliſtarum ſcripta aperire voluerimus, Matthei, Marci, Luce, nobis manifeſte clarebunt, qui de ſermonis qualitate concinnentes loquuntur; de loco ipſius conventionis nemo dubitare poterit, necnon de ſermone & loco,[a] qui Mattheum legerit de Domino dicentem: « *Sedente autem* « *eo ſuper montem Oliveti, acceſſerunt ad eum diſcipuli* « *ſecreto, dicentes: Dic nobis quando hec erunt? Et quod* « *ſignum adventus tui & conſummationis ſeculi?* » De perſonis interrogantum[b] hic Mattheus tacuit, ſed Marcus non tacuit, qui ita ſcripſit, dicens: « *Interrogabant eum ſeparatim Petrus & Iacobus & Iohannes & Andreas*, quibus[c] interrogantibus reſpondens, qualitatem habiti ſermonis iuxta tres ſupra memoratos Evangeliſtas oſtendit, ita dicens: « *Videte, ne quis vos ſeducat. Multi enim venient* « *in nomine meo dicentes, quia ego ſum Chriſtus,* » & cetera ſequentia de noviſſimis temporibus & ſeculi conſummatione, que Mattheus prolixo ſermone proſequitur uſque ad eum locum, quo & tempus huius protracti ſermonis manifeſte idem Evangeliſta ex verbis Domini

a. *G.*, *al.* forma, ſtyma. — b. *L.*, *al.* interrogantium. — c. *B.* qui.

ostendit, ita dicens: « *Et factum est: cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis: Scitis, quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur, ut crucifigatur,* » & cetera. Aperte ergo ostenditur Dominum quarta feria, biduo restante usque ad primum azymorum diem, qui dicitur Pascha, supra memoratum sermonem prolixum ad interrogantes fuisse locutum, ad quatuor supra dictos discipulos. In loco itaque sermonis superius memorato,[a] ob recordationem fundata ecclesia in magna habetur honorificencia.

Huc usque de locis sanctis Hierosolymitane civitatis & montis Sion montisque Oliveti & vallis Iosaphath interiacentis, iuxta[b] sancti Arculfi, eorumdem frequentatoris locorum, certam narrationem sufficiat descripsisse.

a. *Mab.*, *al.* memorata. — b. *Al.* ita.

* * *

LIBER SECUNDUS.

CAPITULA.

a *G.* ſepulcrum.

I. *De ſitu*[a] *Bethlehem.*

In huius ſecundi libri exordio de ſitu Bethlehem civitatis, in qua Salvator noſter ex Virgine ſancta naſci dignatus eſt, pauca breviter caraxanda ſunt aliqua. Que civitas, non tam ſitu grandis, ſicuti nobis Arculfus retulit, qui eam frequentavit, quam fama[b] predicabilis per univerſarum gentium eccleſias diffamata, in dorſo montis[c] ſita eſt anguſto, undique ex omni parte vallibus circumdato, quod utique terre dorſum ab occidentali plaga in orientalem partem quaſi mille paſſibus porrigitur: in cuius campeſtri planitie ſuperiore humilis ſine turribus murus, in circuitu per eiuſdem monticuli extremitatis ſupercilium conſtructus, valliculis hinc & inde circumiacentibus, ſupereminet, mediaque intercapedine intra murum per longiorem tramitem habitacula civium ſternuntur.

II. *De loco nativitatis Domini, eccleſia ſancte Marie.*

In eiuſdem civitatis orientali & extremo angulo[d] quaſi quedam naturalis dimidia ineſt ſpelunca, cuius interior ultima pars *preſepe Domini* eſt,[e] in quo natum puerum reclinavit mater;[f] alius vero, ſupra dicto contiguus preſepio, introeuntibus proprior locus proprie nativitatis dominice traditur fuiſſe. Illa vero Bethlemitica ſpelunca preſepis dominici tota intrinſecus, ob ipſius Salvatoris honorificentiam, marmore adornata eſt pretioſo, cum utique ſemiantro ſuper lapideum cenaculum *ſancte Marie eccleſia* ſupra ipſum locum, ubi Dominus natus ſpecialius traditur, grandi ſtructura fabricata[g] eſt.

a. *V.*, *R.* *interiiciunt* Hieruſalem parrochie id eſt Bethl. — b. *L.* qua forma. — c. *B.*, *V.*, *R.* angulo. — d. *L.* anguſto muro. — e. *Bern.*, *G.*, *al.* nominatur. — f. *G.* *om.* in quo… mater. — g. *Al.* *additur* & fundata.

III. *De illa petra extra murum ſita, ſuper quam aqua prime lavationis eius, poſt nativitatem, effuſa eſt.*

De illa petra extra murum poſita, ſuperquam aqua prime poſt nativitatem dominici ablutionis corpuſculi de muri ſummitate inclinato, in quo effuſa eſt, vaſculo, breviter commemorandum eſtimo. Que ſacri lavacri aqua de muro effuſa in petra inferius iacente quaſi quamdam natura cavatam invenit foſſam: que eadem undula in primo dominico repleta natalitio, ex eodem die ad noſtra uſque tempora per multos ſeculorum circuitus puriſſima plena monſtratur lympha, ſine ulla defectione vel diminutione, noſtro Salvatore hoc miraculum a die nativitatis ſue peragente, de quo propheta canit: *Qui eduxit aquam de petra.* Et apoſtolus Paulus: *Petra autem erat Chriſtus,* qui de duriſſima contra naturam petra in deſerto ſitienti populo conſolatoriam produxit aquam vel[a] undam. Idem ipſe eſt Dei virtus & Dei ſapientia, qui & de Bethlehemitica illa petra aquam eduxit eiuſque lacunam plenam ſemper lymphis conſervat: quam noſter Arculfus propriis inſpexit obtutibus & in eadem faciem lavit.

IV. *De alia eccleſia, in qua illud Davidicum conſpicitur monumentum.*

Arculfus a me de ſepulcro David regis interrogatus, hoc nobis reſponſum dedit, inquiens: Sepulcrum David regis in terra humati ego ipſe non negligenter inquirens frequentabam, quod in parte media pavimenti eccleſie ſine aliquo habetur ſuperpoſito ornamento, humilem lapideam pyramidem habens, illud ſupra circumdantem, lampademque ſuperpoſitam clare lucentem.[b]

a. *Tantum B.* vel undam. — *aliis* ſemper *interponitur.*
b. *Non in codd. L., B., Bern., ſed in*

Hec ergo ecclesia extra civitatis murum in valle contigua est fundata, que Beethlemitico in parte aquilonali monticulo coheret.

V. *De illa ecclesia, in cuius interiore parte sancti Hieronymi sepulcrum habetur.*

De sepulcro quoque sancti Hieronymi simili sollicitudine nobis inquirentibus, Arculfus sic ait: Sepulcrum sancti Hieronymi, de quo inquiritis, ego conspexi, quod in illa habetur ecclesia, que extra eandem civitatiunculam[a] in valle est fabricata, que, in meridiano latere sita, supra memorati dorso monticuli est conterminata Bethlehemitici. Quod videlicet Hieronymi sepulcrum simili opere ut Davidicum monumentum compositum, nullum ornatum habet.

VI. *De monumentis illorum trium pastorum, quos, nascente Domino, celestis circumfulsit claritudo; de ecclesia illorum.*

De *monumentis* illorum pastorum, quos nocte dominice nativitatis celestis circumfulsit claritudo, Arculfus nobis brevem contulit relatiunculam, inquiens: Trium illorum in ecclesia pastorum tria frequentavi monumenta iuxta turrim Gader humatorum, que mille circiter passibus contra orientalem plagam distat a Bethlehem, quos in eodem loco, nascente Domino, hoc est, prope turrim Gregis, angelice lucis[b] claritas circumdedit: in quo eadem ecclesia est fundata, eorum pastorum continens sepulcra.

a. *L.*, *B.* civitatem. — b. *B.* vocis.

VII. *De sepulcro Rachel.*

Rachel in Ephrata, hoc est, in regione Bethlehem liber Geneseos sepultam enarrat, sed & Locorum liber in eadem regione iuxta viam humatam refert Rachel. De qua via Arculfus mihi interroganti[a] respondens, ait: Est quedam via regia, que ab Helia contra meridianam plagam Hebron ducit, cui vie Bethlehem vicina, sex[b] millibus distans ab Hierosolyma, ab orientali plaga adheret, sepulcrum vero Rachel in eiusdem vie extremitate ab occidentali parte, hoc est, in dextro latere[c] pergentibus Hebron, coherens, vili opere collocatum & nullam habens adornationem, lapidea circumdatum pyramide. Ibidem & nominis eius titulus hodieque monstratur, quem Iacob maritus eius super illud erexit.

VIII. *De Hebron.*

Hebron, que & Mambre, olim Philistinorum metropolis & habitaculum gigantum fuerat, in qua David septem regnavit annis, nunc, sicut sanctus refert Arculfus, murorum non habet ambitum. Quedam solummodo dirute olim civitatis in reliquiis vestigia ostendit ruinarum; vicos tamen habet quosdam vili opere constructos, agellos & villas, alias intra & alias extra illas muralium reliquias destructionum, per campestrem collocatas planitiem, in quibus videlicet vicis & villis multitudo populi habitat.

IX. *De valle Mambre & de sepulcris quatuor patriarcharum.*

Ab orientali vero plaga eiusdem Hebron ager[d] occurrit

a. *L.*, *al.* percunctanti. — b. *B.*, *V.*, *R.* v m. — c. *G.* *add.* habetur. — d. *Mab.*, *Gretf.* a tergo.

cum[a] ſpelunca duplici, reſpiciens *Mambre*, quam emit Abraham ab Ephron Hethaeo, in poſſeſſionem duplicis ſepulcri.[b]

In huius agelli valle ſanctus Arculfus locum *ſepulcrorum Arbe* viſitavit, hoc eſt, quatuor *patriarcharum*, Abraham & Iſaac & Iacob & Adam, primi hominis, quorum plante ſunt, non ſicut in aliis orbis regionibus ad orientem humatorum converti moris eſt, ſed ad meridiem verſe & capita contra ſeptentrionalem plagam converſa. Horum locus ſepulcrorum quadrato humili circumvenitur muro. Adam protoplaſtus, cui peccanti, continuo poſt perpetratum peccatum, a Deo creatore dictum eſt: *Terra es & in terram ibis*, ſeparatus a ceteris tribus haud longe, ad borealem quadrangulati lapidei valli[c] partem extremus, non in ſaxeo[d] in petra exciſo ſepulcro ſuper terram, ut ceteri de ſemine eius honorati quieſcunt, ſed in terra humatus,[e] humo tectus, & ipſe pulvis in pulverem verſus, exſpectans reſurrectionem cum univerſo ſemine ſuo, pauſat. Et ſic de tali ſepulcro eius[f] ad ipſum de ipſo prolata expletur divina ſententia.

Et, iuxta exemplum primi parentis ſepulcri, ceteri tres patriarche ipſi, vili pulvere tecti, dormientes pauſant, quorum quatuor ſepulcra habent circumciſas & dolatas de ſingulis lapidibus ſuperpoſitas, quaſi ad formam alicuius baſilice, parvas memorias fabricatas & iuxta menſuram longitudinis & latitudinis uniuſcuiuſque ſepulcri formatas. Abraham & Iſaac & Iacob tria ſepulcra vicina, tribus ſuperpoſitis duris candidis[g] lapidibus, ad hanc, de qua nunc ſcripſimus, figuram formatis, ut ſuperius dictum eſt, proteguntur; Adam vero ſepulcrum ſuper-

a. *Addo* cum. — b. *B.*, *V.*, *R.* *addunt:* que non videntur ſuper terram ſed ſub terra putantur bina ſepulcra. — c. *L.* vallis. — d. *B.* non infra ex ea in petra. — e. *B.* *V.*, *R.* intra humatos in humo t. — f. *B.*, *V.*, *R.* quod in terra ſepultus eſt. — g. *L.*, *B.*, *al.* conditis.

posito quidem, sed obscurioris lapide coloris & vilioris operis protegitur. Trium quoque feminarum viliores & minores memorias ibidem aspexit Arculfus, Sare videlicet & Rebecce & Lie, humatarum in terra. Illorum itaque patriarcharum sepulcralis agellus a muro illius antiquissime Hebron in unius stadij spatio orientem versus distare dignoscitur. Que utique Hebron, ut fertur, ante omnes, non solum Palestine, civitates condita fuerat, sed etiam universas Egyptiacas urbes in sua precessit conditione, que nunc misere monstratur destructa.

Huc usque de sepulcris patriarcharum sufficiat caraxasse.[a]

X. *De colle & quercu Mambre.*

Mambre collis mille passibus a monumentis supra descriptis, ad boream, separatus distat, herbosus valde & floridus, respiciens Hebron ab Africo sibi occurrentem. Idem itaque monticulus, Mambre nominatus, habet in cacumine campestrem planitiem, ubi, ad aquilonalem eiusdem cacuminis partem, lapidea magna fundata est *ecclesia*, in cuius dextrali parte, inter duos grandis eiusdem basilice parietes, mirum dictu, *quercus Mambre* exstat in terra radicata, que & *quercus Abraham* dicitur, eo quod sub ea quondam Angelos hospitio receperit: quam sanctus Hieronymus alibi narrat ab exordio mundi usque ad Constantini regis imperium permansisse, & fortassis ideo non dixit, penitus defecisse, quia eadem etate, quamvis non tota illa, sicuti prius fuerat, grandissima quercus monstrabatur, tamen quidam truncus permanet spurius radicatus in terra, sub ecclesie protectus tegmine,[b] mensuram quasi duorum longitudinis virorum habens:

a Huc... caraxasse *deest in L.* — b. *G.* prefero.

de quo videlicet corroso spurio & ex omni parte securibus circumciso, hastularum ad diversas orbis provincias particule asportantur, ob eiusdem quercus venerationem & recordationem, sub qua, ut superius commemoratum est, Angelorum quondam conventio ad Abraham patriarcham famosa & predicabilis fuerat condonata. In circuitu eiusdem ecclesie, que ibidem ob loci illius honorificentiam constructa habetur, pauca quedam religiosorum habitacula fabricata monstrantur.

Sed de his ista sufficiant dixisse; ad alia pergamus.

XI. *De pineto, ex quo ligna in camelis ad ignis ministeria in Hierosolymis perficienda vehuntur.*

Egredientibus de Hebron in campi latitudine sita ad aquilonalem plagam, haud procul a margine vie ad sinistram, occurrit pinosus non grandis mons, tribus millibus a Hebron distans, de cuius pineto[a] pinea ad Hierosolymam usque in camelis vehuntur ligna ad focos nutriendos. In camelis, inquam, nam in omni Iudea, ut Arculfus refert, plaustra vel currus[b] raro reperiri possunt.

XII. *De Iericho.*

Iericho urbis, quam Iosue, Iordane transmisso, subvertit, rege illius interfecto, sanctus noster Arculfus conspexit locum, pro qua Hiel[c] de Bethel, ex tribu Ephraim, aliam exstruxit, quam noster Salvator sua presentia visitare dignatus est. Que eodem tempore, quo Hierusalem oppugnantes obsidebant Romani, propter civium perfidiam capta & destructa est. Pro qua tertia condita est, que post multa temporum intervalla & ipsa subversa est:

a. *L. addit* monte. — b. *L.* plaustralis etiam currus. — c. *Sic ego, al.* Oza.

cuius nunc quedam, ut Arculfus refert, ruinarum veftigia monftrantur. Mirum dictu, fola domus Raab meretricis, tribus in eodem loco deftructis civitatibus, remanfit, que duos exploratores, quos Iofue Ben-Nun tranfmifit, in folario eiufdem domus fue lini ftipula abfcondit: cuius lapidei parietes fine culmine permanent. Locus vero totus urbis, ab humana defertus habitatione, nullam domum habens commorationis, fegetes & vineta recipit. Inter locum eiufdem deftructe civitatis & Iordanem fluvium grandia infunt palmeta, in quorum medio campuli interpofiti habentur, in quibus quorumdam Channanee ftirpis homuncionum prope innumerabiles funt fabricate inhabitantium domus.

XIII. *De Galgalis & de duodecim lapidibus, quos filij Ifrael, tranfvadato Iordanis fluvio, ficcato detulerunt profundo.*

Arculfus memoratus quamdam grandem *ecclefiam in Galgalis* fundatam vidit eo in loco conftructam, in quo filij Ifrael, Iordane tranfgreffo, caftra metati, primam in terra Chanaan manfionem habuere. In qua videlicet ecclefia idem fanctus Arculfus illos confideravit *duodenos lapides,* de quibus ad Iofue Dominus, poft tranfitum Iordanis, locutus eft, dicens: *Elige duodecim viros, fingulos per fingulas tribus, & precipe eis, ut tollant de medio Iordanis alveo, ubi fteterunt facerdotum pedes, duodecim duriffimos lapides, quos ponetis in loco caftrorum, ubi fixeritis hac nocte tentoria.* Hos, inquam, Arculfus viderat, e quibus fenos in dextra parte ecclefie in pavimento iacentes & alios eiufdem numeri in aquilonali parte omnefque impolitos & viles confpexit: quorum unumquemque, ut ipfe refert Arculfus, huius temporis duo iuvenes viri fortes vix poffunt de terra fublevare. Ex

quibus unus, quo casu accidente nescitur, in duas confractus partes, iterum, ferramento condensatus, manu artificis coniunctus est. Galgalis itaque, ubi supra memorata fundata est ecclesia, ad orientalem antiquissime Iericho plagam cis Iordanem, est in sorte tribus Iuda, quinto milliario ab Iericho, ubi & tabernaculum fixum multo tempore fuit: in quo loco, ut traditur, est ecclesia supra dicta constructa, in qua illi duodeni supra memorati habentur lapides, ab illius regionis mortalibus miro cultu & honorificentia habita.[a]

XIV. *De loco, in quo Dominus ab Iohanne baptizatus est.*

Ille sacrosanctus & honorabilis locus, in quo Dominus ab Iohanne baptizatus est, semper aquis fluminis tegitur Iordanis, &, sicut Arculfus refert, qui ad eundem pervenerat locum, huc & illuc per eundem intravit[b] fluvium, in eodem sacrosancto loco lignea crux summa infixa est, iuxta quam aqua usque ad collum longissimi venit stantis viri, aut, in alio tempore nimie siccitatis aquis inminutis, ad mammillas usque; inundatione vero facta maiore, tota illa crux aquarum adiectione protegitur. Locus itaque eiusdem crucis, in quo, ut superius dictum est, Dominus baptizatus est, citra alveum fluminis habetur, a quo loco usque in alteram ripam in parte Arabie homo fortis iactare lapidem potest, funda impellente. Igitur a loco supra memorate crucis pons lapideus, arcubus[c] fultus ad aridam usque porrigitur, per quem, ipsam adeuntes crucem, per clivum homines descendunt ad aridam & revertentes ascendunt. In extremitate vero fluminis quedam habetur parva quadrata ecclesia in eo, sicut traditur,

a. *Omitto* honorificantur. — b. *Bern.*, *G.*; *al.* transnatavit, natavit, transivit. — c. *Al.* cameris, cancris.

fundata loco, ubi Dominica veſtimenta hora illa cuſtodita ſunt, qua baptizatus eſt Dominus. Hec, quatuor lapideis ſuffulta cameris, ſtat ſuper aquas inhabitabilis, quia ſub ipſam hinc & inde ſubintrant aque. Hec deſuper coctili protegitur creta, inferius vero, ut dictum eſt, cameris & arcubus ſuſtentata. Hec talis eccleſia in locis inferioribus illius vallis exſtat, per quam influit Iordanis fluvius; in ſuperioribus vero locis quoddam ineſt grande monachorum *monaſterium*, quod ſupra deſcripte ſupereminet eccleſie in ſupercilio monticuli e regione conſtructum, ibidemque eccleſia, in honore ſancti baptizatoris Iohannis fundata, eodem monaſterij circumdatur muro, quadratis conſtructo lapidibus.

XV. *De colore Iordanis & de mari Mortuo.*

Iordanis color fluminis, ſicut nobis Arculfus intimavit, albidus in ſuperficie, quaſi lac, videtur, cuius talis color mare Salinarum intrantis, longo maris tramite, a colore maris Mortui per alveum eius facile diſcerni poteſt.

Quod videlicet *Mortuum mare* in magnis tempeſtatibus[a] colliſione fluctuum ad terras ſal eiicit,[b] per illius maris circuitum abundanter haberi ſolet,[c] quod non ſolum undique vicinis, ſed etiam longe poſitis nationibus valde magnum profectum prebet, ſolis calore ſatis ſufficienter ſiccatum. Aliter vero ſal in quodam Siculo monte haberi ſolet; nam illius montis lapides, de terra evulſi, verum naturaliter ſalſiſſimum ſal eſſe guſtu comprobatur, quod proprie nominatur ſal terre. Aliter vero ſal maris atque aliter ſal terre vocari ſolet. Unde & Dominus in Evangelio per ſimilitudinem ad apoſtolos dixiſſe creditur: *Vos eſtis ſal terre,* & cetera. De hoc itaque ſale terre in

a. *Tantum L.* tempeſtacionibus. — b. *Sic corrigo; al.* efficit. — c. *Addo* ſolet.

Sicilie monte reperto nobis ſanctus intimavit Arculfus, qui illud, per aliquot dies in Sicilia manens, viſu & guſtu atque tactu comprobavit eſſe verum ſalſiſſimum ſal.

XVI. *Iterum de mari Mortuo.*

Idem nobis & de maris[a] Mortui ſale narravit, quod ſimiliter iiſdem tribus ſupra dictis ſenſibus a ſe comprobatum nunciavit: qui etiam eiuſdem ſuperius memorati lacus maritimam frequentavit oram, cuius longitudo uſque ad zoaros Arabie ſtadiis quingentis octoginta dirigitur, latitudo[b] ſtadiis centum quinquaginta uſque ad vicinam Sodom.

XVII. *De fontibus Iordanis.*

Arculfus noſter & ad illum pervenit locum in provincia Phenicis, ubi Iordanis ad Libani radices de duobus vicinis fontibus emergere videtur: quorum unus nomine *Ior* & alter *Dan* vocitatur, qui ſimul mixti compoſitum *Iordanis* accipiunt nomen. Sed notandum non eſſe in Paneo exordium Iordanis, ſed in Trachonitide terra, centum & viginti[c] interiectis ſtadiis uſque ad Ceſaream Philippi, qui nunc *Paneas,* a Paneo monte tractum nomen, qui eſt in Trachonitide. Phiala, plena aquarum ſemper, unde Iordanis ſubterraneis meatibus derivatur, & in Paneo, diviſis aquarum[d] effuſionibus, ebullit, que, ut ſupra dictum eſt, Ior & Dan nominare ſolent. Unde quoque emergentes &, interiecto quodam intervallo, in unum confluentes fluvium coeunt, qui, exinde ſuum dirigens curſum centum & viginti ſtadia ſine ulla interfuſione uſque ad urbem, cui nomen eſt *Iulias,* pro-

a. *B.* moſavi vel ortui; *R.* inoſaui. — b. *G. om.* latitudo. — c. *L.* clxxxxix. — d. *B.*, *V.*, *R. addunt* duabus.

greditur. Poſtea lacum, qui Genezar dicitur, medio tranſit fluento,[a] quibus ex locis plurima circumvagatus deſerta, Aſphaltio ſuſcipitur lacu, atque[b] in eum conditur. Itaque duos lacus victor egreſſus, in tertio heret.

XVIII. *De mari Galilee.*

Noſter ſepe memoratus ſanctus Arculfus *mare Galilee*, quod & lacus Cinnereth & mare Tiberiadis nominatur, ex maiore circumivit parte, cui magne finitime adherent ſilve. Lacus ipſe, veluti quodam maris ambitu ampliſſimus, in longitudine centum & quadraginta ſtadia extenditur, latitudine quadraginta diffunditur, cuius aque dulces & ad potandum ſunt habiles,[c] ſiquidem nec paluſtris uliginis craſſum aliquid aut turbidum recipiunt, quia arenoſo undique littore circumvenitur, unde & purior hauſtus eius ac melior[d] eſt ad uſum. Genera quoque piſcium guſtu & ſpecie nuſquam in alio lacu[e] preſtantiora inveniri poſſunt.


Hec brevia de Iordanis exordio & lacu Cinnereth partim de tertio Iudaice captivitatis libro, partim de Arculfi experientia excerpta retulimus: qui, ut ipſe indubitanter refert, ab eo loco, quo de faucibus maris Galilee Iordanis egreditur, uſque ad eum locum, ubi in mare Mortuum intrat, octo[f] dierum iter habuit: quod ſcilicet idem mare ſalſiſſimum de montis Oliveti ſpecula ſepius, ſicut ipſe narrat, ſanctus proſpexit Arculfus.

XIX. *De Sichem & puteo Samarie.*

Arculfus, ſacerdos ſanctus, regionem Samarie peragrans, ad eius provincie pervenit civitatem, que hebraïce

a. *L.* fluendo. — b. *L.* uſque. — c. *L.* amabiles. — d. *Al.* melior. — e. *Sic ſcribo ut Beda*; *al.* loco. — f. *L.* vij.

dicitur *Sichem*, greca vero & latina conſuetudine *Sicima* nominatur: que, quamlibet vitioſe, & Sichar nominari ſolet. Itaque, prope hanc eandem civitatem, quamdam extra murum vidit conſtructam *eccleſiam*, que quadrifida in quatuor mundi cardines formata extenditur, quaſi in ſimilitudinem crucis, cuius figura inferius deſcribitur. In



cuius medietate *fons Iacob*, qui & puteus dici ſolet, ad eius quatuor reſpiciens partes, intrinſecus medius habetur, ſuper quem Salvator, itineris labore fatigatus, cuiuſdam diei hora ſedebat ſexta, & ad eundem puteum illa Samaritana mulier eodem meridiano tempore aquam haurire venit. De quo videlicet puteo eadem mulier inter cetera,

ad Dominum refpondens, dixit: *Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus eft.* Arculfus itaque, qui de eodem puteo bibit aquam, de illius altitudine narrat, dicens: Ille, quem afpexi puteus altitudinis habet bis vicenas orgyias,[a] hoc eft, quadraginta cubitos. Orgyia ergo five cubitus utriufque manus a latere extenfio utroque dicitur.

Sichem ergo, que & Sichema,[b] facerdotalis quondam civitas & fugitivorum, habebatur in tribu Manaffe & in monte Ephraim, ubi & offa Iofeph funt humata.

XX. *De quodam fonticulo folitudinis.*

Arculfus fepe memoratus quemdam in deferto lucidum afpexit fonticulum, de quo, quemadmodum traditur, bibebat fanctus Iohannes baptizator, lapideo protectum tecto, calce perlito.

XXI. *De locuftis & melle filveftri.*

De eodem namque Iohanne Evangelifte fcribunt: *Efca autem eius erat locufte & mel filveftre.* Idem nofter Arculfus in illa folitudine, ubi Iohannes habitabat, quoddam locuftarum vidit minimum genus, quarum corpufcula in modum digiti manus exilia & brevia funt, & quia earum brevis eft[c] volatus fimilis levium faltibus ranarum, facile in herbis capiuntur: cocte per oleum pauperum prebent victum. De *melle* vero *filveftri* hanc ab Arculfo experientiam didicimus, eo ita dicente: In eodem deferto quafdam videram arbores, quarum folia, lata & rotunda, funt lactei coloris & faporis mellei: quorum utique foliorum natura fragilis eft valde & qui ea in efcam fumere cupiunt, primum manibus confricant,[d] deinde comedunt. Et hoc filveftre mel in filvis fic reperitur.

a. *Sic Gretf. correxit*; *al.* orias. — b. *L.*; *al.* Sicima. — c. *L. addit* valle, *B.* valde. — d. *L.*, *B.*, *V.*, *R.*, *C.* confringunt.

XXII. *De illo loco, in quo Dominus quinque panes & duos pifces benedixit.*

Ad quem locum nofter fepe memoratus pervenit Arculfus: cuius herbofus & planus campus, ex quo die in eo Salvator quinque millia hominum quinque panibus & duobus pifcibus faturavit, nunquam aratus eft: in quo nulla cernuntur edificia; quafdam folummodo columnas paucas Arculfus afpexit lapideas, fuper marginem illius fonticuli iacentes, de quo illi eodem biberunt, ut fertur, die, quo Dominus efurientes eos tali refectione recreavit. Qui videlicet locus citra[a] mare Galilee eft, refpiciens civitatem Tiberiadem ab auftrali plaga fibi occurrentem.

XXIII. *De mari Tiberiadis & de Capharnaum.*

Qui, ab Hierofolymis defcendentes, Capharnaum adire cupiunt, ut Arculfus refert, per Tiberiadem via vadunt recta, deinde fecus lacum Cinnereth, quod eft & *mare Tiberiadis* & mare Galilee, locum[b] fuperius memorate benedictionis per bivium[c] habent, a quo, per marginem eiufdem fupra memorati ftagni, non longo circuitu *Capharnaum* perveniunt maritimam in finibus Zabulon & Nephthalim. Que, ut Arculfus refert, qui eam de monte vicino profpexit, murum non habens, angufto inter montem & ftagnum coarctata fpatio, per illam maritimam oram longo tramite protenditur; montem ab aquilonali plaga, lacum[d] vero ab auftrali habens, ab occafu in ortum[e] extenfa dirigitur.

a. *L.*, *B.*, *V.*, *R.* contra. — b. *Sic ego*; *al.* locumque. — c. *L.*; *al.* pervium. — d. *B.* locum. — e. *L.* occafu mare mortuum.

XXIV. *De Nazareth & ecclesiis eius.*

Civitas Nazareth, ut Arculfus, qui in ea hospitatus est, narrat, & ipsa, ut Capharnaum, murorum ambitum non habet, supra montem posita; grandia tamen lapidea habet edificia, ibidemque due pergrandes habentur constructe *ecclesie: una* in medio civitatis loco super duos fundata cancros, ubi quondam illa fuerat domus edificata, in qua Dominus noster nutritus est Salvator. Hec eadem ecclesia duobus, ut superius dictum est, tumulis [a] & interpositis arcubus suffulta, habet inferius inter eosdem tumulos lucidissimum fontem collocatum, quem totus civium frequentat populus, de illo exhauriens aquam, & de latice eodem sursum in ecclesiam super edificatam aqua in vasculis per trochleas subrigitur. [b] *Altera* vero *ecclesia* in eo fabricata habetur loco, ubi illa fuerat domus constructa, in qua Gabriel archangelus ad beatam Mariam ingressus, ibidem eadem hora solam est allocutus inventam. Hanc de Nazareth experientiam didicimus a sancto Arculfo, qui ibi duabus hospitatus est noctibus & totidem diebus, & idcirco in ea diutius hospitari non poterat, quia ipsum cogebat locorum peritus Christi miles festinare, de Burgundia ortus, vitam ducens solitariam, Petrus nomine, qui inde in circuitum ad illum, in quo prius commoratus erat, reversus est solitarium [c] locum.

XXV. *De monte Tabor.*

Mons Tabor in Galilea tribus millibus a lacu Cinnereth distat, mira rotunditate ex omni parte collectus, a plaga boreali respiciens supra dictum stagnum, herbosus valde & floridus, in cuius amena summitate ampla planities, silva pergrandi circumcincta, habetur: cuius in medio campo

a. *B.* tabulis, *L.* cancris. — b. *L.*, *B.*, *Bern. V.* — c. *B.*, *V.* sanctum.

monachorum ineſt grande *monaſterium* & plurime eorum cellule. Nam illius montis campeſtris vertex non in anguſtum coarctatur cacumen, ſed in latitudinem dilatatur ſtadiorum viginti quatuor;[a] altitudo autem eius triginta ſtadiis ſublimatur.

In eadem quoque ſuperiori platea, non parvi edificij *terne* fundate ſunt *eccleſie* celebriores, iuxta illorum numerum tabernaculorum, de quibus in eodem ſancto monte Petrus, celeſti letificatus viſione & pavefactus, ad Dominum locutus, ait: *Bonum eſt nos hic eſſe, ſi vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum & Moyſi unum & Elie unum.* Itaque ſupra memorata monaſteriorum[b] & trium eccleſiarum edificia, cum cellulis monachorum, lapideo omnia circumveniuntur muro, ubi ſanctus Arculfus una hoſpitatus eſt nocte in eiuſdem ſancti montis celſitudine. Nam Petrus, Burgundio[c] chriſticola, & in illis terris ſemitarum eius ductor, non ipſum ſinebat in uno eodemque hoſpitio diutius immorari, feſtinationis intuitu.

Sed inter hec hoc etiam notandum, quod illius famoſi montis nomen grecis litteris ſic oporteat ſcribi per ϑ & ω longum, ϑαβὼρ, latinis vero litteris cum aſpiratione Thabor, producta *o* littera. Huius orthographia vocabuli in libris Grecitatis eſt reperta.

XXVI. *De Damaſco.*

Damaſcus civitas regalis magna, ut Arculfus refert, qui per aliquot hoſpitatus eſt dies in ea, in campo poſita lato, amplo murorum eſt ambitu circumcincta, inſuper etiam crebris turribus communita, plurima extra muros in circuitu habens oliveta, quam & magna flumina qua-

a. *B.*, *Bern.*, xxiij — b. *L.*; *al.* monaſterij. — c. *B.*, *ed.*, *L.* Burgunio, *Bern.* Burgamio.

tuor interfluentia gaudenter letificant. In qua Sarracenorum rex adeptus eſt principatum & regnat, & in honorem ſancti Iohannis Baptiſte ibidem grandis fundata eſt eccleſia. Quedam etiam Sarracenorum eccleſia incredulorum, & ipſa in eadem civitate, quam ipſi frequentant, fabricata eſt.

XXVII. *De Tyro.*

Plurimarum peragrator regionum noſter Arculfus, etiam Tyrum, Phoenicis provincie metropolim, introivit, que hebraïco & ſyro ſermone *Tſor*[a] appellatur, que nullum habuiſſe de terra introitum in grecis & latinis barbariſque hiſtoriis legitur. Sed poſtea a Nabuchodonoſor, rege Chaldeorum, iactatos eſſe aggeres nonnulli affirmant, & oppugnatione iaculis & arietibus locum fuiſſe preparatum, ac deinde inſulam factam eſſe[b] campi planitiem. Hec pulchra & nobilis valde erat, que non immerito latine interpretatur anguſta; nam eandem terre dimenſionem anguſtam habet inſula & civitas. Hec in terra Chanaan poſita, de qua mulier Chananea ſive Tyropheniſſa in Evangelio, commorata eſt.

Notandum itaque eſt, quod ſancti Arculfi de ſitu Tyri & de ſitu montis Thabor[c] relatio per omnia concordat cum his, que ſuperius de ſancti Hieronymi commentariis excerpta detulimus. Similiter & ea, que ſupra de montis Thabor ſitu & forma, iuxta ſancti Arculfi narrationem, deſcripſimus, nullo diſcrepant modo ab his, que de ſitu eiuſdem montis & mira rotunditate ſanctus Hieronymus narrat. A quo videlicet Thabor monte uſque ad Damaſcum iter ſeptem[d] dierum intereſt.[e]

a. *Mſſ.*, *ed.* Soar. — b. *B.*; & *omitto*. — c. *Tantum L.* de ſitu m. T. — d. *Al.* octo. — e. *L.*, *R.* quatuor.

XXVIII. *De Alexandria & Nilo flumine & crocodilis eius.*

Grandis illa civitas, que quondam metropolis Egypti fuerat, hebraïce olim No vocitabatur: urbs valde populosa, que ab Alexandro rege Macedone, eiusdem conditore, famosa Alexandria noto per universas gentes nominatur vocabulo, & magnitudinem urbis & nomen accipiens ab eodem edificatore. De cuius situ etiam Arculfus enarrans, ab his, que prius lectione didicimus, nullo discrepat modo.

Qui ab Hierosolymis descendens & ab Ioppe navigare incipiens, quadraginta dierum iter usque ad Alexandriam habuit, de qua breviter Nahum prophete sermo habetur, ita dicentis: *Aqua in circuitu eius, cuius divitie mare, aque muri eius.* Ab australi namque parte ostiis Nili fluminis cingitur, ab aquilonali vero plaga,[a] sic itaque descriptus aperte situs monstratur eius, quod, super[b] Nilum & mare posita, hinc & inde aquis ambiatur. Que quasi claustrum inter Egyptum & mare Magnum interiacet civitas, importuosa, ab externo difficilis accessu. Cuius portus ceteris difficilior, quasi ad formam humani corporis, in capite ipso & statione capacior, in faucibus vero angustior, in qua meatus maris ac navium suscipit, quibus quedam spirandi subsidia portui subministrantur. Ubi quis angustias atque ora portus evaserit, tamquam reliqua corporis forma, ita diffusio maris longe lateque extenditur. In eius dextra portus parva insula habetur, in qua maxima est turris, quam in commune Greci ac Latini ex ipsius rei usu *Pharum* vocitaverunt, eo quod longe a navigantibus videatur, ut, priusquam in portum adpropinquent, nocturno maxime[c] tempore terram finitimam sibi esse flammarum incendio cognoscant, ne tenebris decepti in

a. *Sic ego*; *al.* lacu Mareotico. — b. *Forte* inter. — c. *B.*, *G.*, *V.*, *R*; *Gretf.* noct. in sinu temp., *al.* noct. temp.

ſcopulos incidant aut ne veſtibuli limitem nequeant comprehendere. Sunt itaque illic miniſtratores, per quos ſubiectis faſcibus ceteriſque lignorum ſtruibus adoletur ignis, quaſi terre pronunciet index, portuenſium [a] faucium demonſtrans ingrediendi anguſtias, undarum ſinus & veſtibuli anfractus, ne tenuis carina perſtringat cautes & in ipſo ingreſſu inter opertos fluctibus ſcopulos offendat. Itaque directum curſum pauliſper inflecti oportet, ne cecis [b] illiſa ſaxis, ibi incurrat navis periculum. Anguſtior enim in portu aditus eſt, qui a dextra parte laterali oritur, [c] a leva vero latus eſt portus. Circa inſulam quoque inſtructe ingentis magnitudinis moles deiiciuntur, ne aſſiduo adſurgentis impetu maris inſule colliſa cedant fundamenta, atque veteri [d] iniuria ſolvantur. Unde procul dubio fit, ut in adverſo, inter ſcabras [e] rupes moleſque diſruptas canalis ille medius ſemper ſit inquietus & exaſperato tranſitu periculoſus fiat navis ingreſſus.

Amplitudo autem portus ſtadiorum triginta patet dimenſione, &, quamvis maxima tempeſtate, intus tutiſſimus eſt portus converſatione, qui a ſupra memoratis anguſtiis atque obiectu inſule a ſe maris repellit undas, quod per eaſdem portuenſis oris anguſtias totius portus defenditur ſinus & ſubmovetur a tempeſtatibus & placidatur a fragoribus, per quas ingreſſus exaſperatur. Nec immerito & tutamen & magnitudo portus eſt eiuſmodi, cum in eum, que ad uſum totius urbis [f] proficiant, convectari neceſſarium ſit. Nam & populi [g] innumerabilis eorum locorum ad uſum totius urbis expetunt commercia, & frugum regio eſt ferax, ceterorumque terre munerum vel negotiorum abundans, totum frumento alit atque inſtruit neceſſariis mercibus orbem terrarum. Cui ſcilicet tali

a. *Al.* protenſium, portarum f. — b. *Bern.*, ceſis. — c. *G.*, *al.* arctatur, aptatur. — d. *Codd. ſec. IX*; *al.* ventorum. — e. *Sic ego*; *al.* ſcrupeas. — f. *Ita corrigit B.*; *V.* orbis. — g. *Tantum B.*; *V.* propter.

regioni, que procul dubio pluviarum indiga eſt, *Nili irrigua* ſpontaneos imbres miniſtrant, ubi utrumque arva temperat, hoc eſt, celi ubertas & *terre fecunditas*, & ubi optime[a] nautis & agricolis ſolum uſui[b] commodum habetur. Hi navigant, illi ſerunt, iſti circumvehuntur navigiis, illi excolunt terram ſine aratro ſerentes, viantes ſine carpentis. Diſtinctam fluentis cernas regionem, & quaſi[c] quibuſdam excelſa menibus navigiorum totis domicilia terris, que Nili fluminis riparum marginibus ex utraque adherent parte. Navigabilis enim eſt uſque ad urbem, ut appellant, Elephantorum: ulterius navem procedere *cataracte*, hoc eſt fluminales aquarum colles,[d] non ſinunt, non defectu gurgitis, ſed totius fluminis precipitatione[e] & quadam ruina currentium aquarum.

Sancti igitur Arculfi relatio de Alexandrie ſitu & Nili non diſcrepare comprobatur ab his, que in aliorum libris ſcripta ex lectione cognovimus. De quibus quedam brevi textu excerpta in hac preſenti deſcriptione interpoſita inſeruimus, hoc eſt, de illius importuoſitate urbis vel portuenſi difficultate, de inſula & turre in ea conſtructa, de Alexandria inter mare & oſtia fluminis Nili terminata poſitione, & de ceteris. Que procul dubio cauſa facit, ut eiuſdem civitatis locus, qui ita ex duabus coarctatus partibus ſtrangulatur, longo valde & anguſto tramitis ſpatio ab occaſu in ortum protenditur, quod etiam Arculfi narratio demonſtrat: qui, ut ipſe refert, hora diei tertia cepit intrare civitatem in menſe octobri, per longitudinem deambulans urbis, & vix ante veſpertinum tempus ad extremitatem longitudinis eius pervenire potuit. Hec longo murorum ambitu crebris inſuper turribus communitorum, per marginem fluminis & oram curvi[f] maris ambitur compoſitorum.

a. *Bern.*, *al.* opimentum. — b. *Bern.*, *G.* — c. *Bern.*, *G. om.* quaſi. — d. *Bern.*, *V.*, *B.* tolli. — e. *L.*, *al.* precipitis. — f. *B.*, *Bern.*, *V.*, *R.* culpi.

Item de parte Egypti adventantibus & urbem intrantibus Alexandrinam, ab aquilonali[a] latere occurrit grandis ſtructure eccleſia, in qua *Marcus* Evangeliſta humatus iacet: cuius ſepulcrum ante altare in orientali eiuſdem quadrangule loco eccleſie, memoria ſuperpoſita marmoreis lapidibus conſtructa, monſtratur.

Hec itaque de Alexandria, que priuſquam ab Alexandro Magno in maius aucta edificaretur, No, ut ſupra ſcriptum eſt, vocitabatur, cui, ut ſuperius dictum eſt, oſtium Nili fluminis coherens, quod Canopeum nominatur, Aſiam cum Egypto & Lybiam diſterminat. Ob cuius itaque Nili fluminis inundationem Egyptij excelſos aggeres circa ripas eius conſtruunt, qui ſi cuſtodum negligentia vel nimia aquarum eruptione rupti fuerint, ſubiacentes campos nequaquam rigant, ſed opprimunt & depopulantur.[b] Ob quam cauſam plurimi, qui plana Egypti incolunt, ut ſanctus refert Arculfus, qui, eundem fluvium in Egypto means, ſepe navigio tranſmeavit, in domibus, tranſverſis trabibus ſuffultis, aquas ſupra inhabitant.

Crocodili ut Arculfus refert, in Nilo fluvio aquatice commorantur, quadrupedes beſtie non grandes, valde edaces, & in tantum valide, ut una ex eis, ſi forte equum vel aſinum vel bovem iuxta ripam fluminis herbas carpentem invenire potuerit, ſubita irruptione emergens invadat, vel etiam, animantis unum pędem mordens & ſub aquas trahens, penitus totum devoret animal.

a. *Al.* & propinquo. — b. *Sic ego*; *al.* populantur.

* * *

LIBER TERTIUS

CAPITULA.

I. *De Conſtantinopolitana civitate.*

Arculfus ſepe memoratus, ab Alexandria reverſus, per aliquot dies in Creta hoſpitatus eſt inſula &, ab ea navigans, Conſtantinopolim appetivit, in qua per aliquot demoratus eſt menſes. Que procul dubio Romani eſt metropolis imperij, undis maris[a] circumdata, excepta aquilonali parte illius, quod, quadraginta[b] mare millibus paſſuum a mari Magno erumpens, a muro vero Conſtantinopoleos uſque ad oſtia Danubij fluminis ſexaginta[c] millibus hoc idem protenditur mare. Hec itaque imperatoria civitas, non parvo murorum ambitu per duodecim millia paſſuum circumcincta, angulus iuxta ſitum maris habens per maritimam, ut Alexandria ſive Carthago, conſtructa oram &, ad Tyri ſimilitudinem, crebris inſuper turribus communitos muros, domos intra civitatis menia habet numeroſas: ex quibus plurime mire magnitudinis, lapidee,[d] ad inſtar Rome habitaculorum fabricate,[e] conſurgunt.

a. *Mſſ.*; *al.* undique maie. — b. *Al.* lx. — c. *Al.* xl. — d. *L.* miro m. lapide. — e. *G.*, *Gretſ.* habitate.

II. *De conditione eiusdem civitatis.*

De cuius conditione hanc traditionem cives a maioribus promulgatam enarrant, dicentes: Imperator Constantinus, infinita hominum multitudine congregata & undique infinitis sumtibus pene nuditate omnium civitatum collectis, urbem sui participem nominis in Asie parte, hoc est, in Cilicia, interiecto mari, quod in illis finibus inter Asiam & Europam disterminat, edificare cepit. Quadam vero nocte, cum innumerabiles operariorum exercitus per immensam castrorum longitudinem[a] in papilionibus dormirent, omnia ferramentorum genera, quibus diversorum operum artifices uti consueverant, subito quomodo sint sublata, nescitur. De quorum subitanea & occulta[b] sublatione, cum primo mane ad ipsum imperatorem Constantinum plurimi operatores, mestitia molestati, querimoniam detulissent, rex consequenter inquirit ab eis, dicens: Si alias res de castris subtractas audistis? Nullas, inquiunt, exceptis omnibus operum ferramentis. Tunc deinde rex precipit, inquiens ad eos: Ite citius, & circumeuntes ultra citraque per maritimas regionum oras conterminarum, lustrate, &, si in aliquo agrorum loco forte vestra reperietis ferramenta, ibidem interim ea custodite, & illa huc non reportetis, sed ad me aliquos ex vobis reverti facite, ut pro certo scire possim de ferramentorum repertione.

Quibus auditis, operarij absequuntur sermonibus a rege dictis, & exeuntes secuti[c] fuerant iussum, lustratis hinc & inde ponto vicinis agrorum terminis. Et ecce in Europe parte, ultra mare, ferramentorum congeriem repererunt inter duo maria in uno congregatam loco. Quo reperto, ad regem ex eis aliqui veniunt remissi, &

a. *L.* latitudinem. — b. *Al.* improvisa. — c. *Mss.*; *al.* sicuti.

inventa nunciant ferramenta in tali loco. Quo comperto, rex continuo tubicines per caſtrorum circuitum tubis iubet canere & exercitum movere caſtra, dicens: Emigremus hinc ad edificandam civitatem in loco nobis divinitus deſignato; ſimulque, preparatis cum univerſo exercitu navibus, ad locum repertorum ferramentorum transfretavit, quem videlicet locum in tali eorum tranſlatione cognovit ſibi a Deo preparatum deſignari. In quo continuo civitatem condidit, que compoſito nomine ex proprio eius vocabulo & appellativa civitatis greca nominatione Conſtantinopolis[a] vocitatur, ut conditoris vocamen[b] in priore talis inhereat compoſitionis parte.

Hec de ſitu & conditione illius regie urbis deſcripta ſufficiant.

III. *De illa eccleſia, in qua crux Domini habetur.*

Ceterum de celeberrima eiuſdem civitatis rotunda mire magnitudinis lapidea eccleſia ſilere non debemus. Quo, ut ſanctus Arculfus refert, qui eam non brevi frequentavit tempore, ab imo fundamentorum in tribus conſurgens parietibus triplex ſupra illos altius ſublimata, rotundiſſima & nimis pulcra ſimplici conſummatur culminata camera. Hec arcubus ſuffulta grandibus, inter ſingulos ſupra memoratos parietes latum habet ſpatium, vel ad inhabitandum vel ad exorandum Deum aptum & commodum. Interioris domus aquilonali in parte pergrande & valde pulcrum monſtratur armarium, in quo capſa habetur recondita lignea, que ſimiliter ligneo ſuperclauditur operculo: in qua illud ſalutare habetur reconditum crucis lignum,[c] in quo noſter Salvator pro humani generis ſalute ſuſpenſus eſt. Que videlicet predicabilis capſa, ut ſanctus

a. *R.* Κονσταντηνοπολις. — b. *Al.* vocabulum. — c. *B.* capſa habetur reconditum crucis lignum: *Bern.* habetur recondita, in qua illud.

refert Arculfus, in tribus continuis diebus poſt expletum annum ſuper aureum altare[a] cum tali pretioſo elevatur theſauro. Quod utique altarium in eadem habetur rotunda eccleſia, duos longitudinis habens cubitos & unum latitudinis. In ternis, inquam, tantummodo anniverſarij ſibi ſuccedentibus diebus dominica crux ſuper altare elevata ponitur, hoc eſt, in cena Domini, quo die imperator & exercitus militum, eccleſiam intrantes & ad illud accedentes altare, aperta illa ſacroſancta capſella,[b] ſalutarem oſculantur crucem.

Primus ante omnes imperator orbis illam inclinato oſculatur vultu, deinde, iuxta conditionum vel etatum ordinem unus poſt unum accedens, honorabile oſculatur patibulum. Proinde craſtino die, hoc eſt, ſexta feria ante paſcha, regina,[c] matrone & omnes populi mulieres ſupra memorato ordine accedunt & cum omni veneratione oſculantur. Tertio die, hoc eſt ſabbato paſchali, epiſcopus & univerſus poſt eum clerus cum timore & tremore & omnigena honorificentia accedunt ordinatim, victoriale oſculantes lignum, in ſua poſitum capſa. Finitiſque ſanctis & letificis talibus ſacroſancte crucis oſculationibus, illa venerabilis capſa clauditur, & ad ſuum cum tali honorifico theſauro reportatur armarium.

Sed & hoc non negligenter intuendum, quod non duo, ſed tria ibidem crucis habeantur brevia ligna, hoc eſt, tranſverſum lignum, & longum inciſum & in duas equas diviſum partes, e quibus tripartitis honorabilibus lignis, quando illa aperitur capſa, miri odoris fragrantia, ac ſi omnium florum inibi collectorum, mirabilis plena ſuavitate exoritur, ſatians & letificans omnes in propatulo intra illius eccleſie parietes interiores poſitos, qui eodem temporis ſpatio intrantes ſtant; nam de nodis[d] eorum-

a. *Bern.* ſub altare ereum. — b. *Gretſ.* capella. — c. *Sic ego, al.* regine. — d. *B.* nam & nobis, *G.* de nobis.

dem trinalium lignorum liquor quidam odorifer, quaſi in ſimilitudinem olei expreſſus, talem facit univerſos intrantes ex diverſis gentibus congregatos ſupra memoratam ſentire ſuaviſſimi odoris fragrantiam. Cuius videlicet liquoris, ſi etiam parvula quedam ſtillula[a] ſupra egrotantes imponatur, qualicumque languore vel morbo moleſtati leviter recuperant ſanitatem.

Sed de his iſta ſufficiant.

IV. *De ſancto Georgio confeſſore.*

Arculfus, homo ſanctus, qui nobis hec omnia de dominica cruce narravit, quam ipſe propriis conſpexit oculis & oſculatus eſt, etiam nobis de quodam confeſſore,[b] Georgio nomine, narrationem contulit, quam in Conſtantinopolitana urbe a quibuſdam expertis didicit civibus, qui, hoc modo narrare ſoliti, eidem dicebant.

In Dioſpoli civitate, cuiuſdam confeſſoris Georgij in quadam domo ſtatuta[c] marmorea[d] columna, contra quam alligatus perſecutionis tempore flagellatus eſt, formulaque depicta eſt, qui tamen poſt flagellationem, e vinculis abſolutus, multis vixit annis. Quadam vero die, cum quidam duri cordis & incredulus humuncio in equo ſedens eandem domum intraſſet & vidiſſet marmoream columnam, ab his, qui ibidem erant, interrogabat, dicens: Cuius eſt hec imago in marmorea columna formata? Quibus reſpondentibus & dicentibus: Georgij confeſſoris hec figura eſt, qui ad hanc vinculatus & caſtigatus eſt columnam. Quo audito, ille ſtolidiſſimus homunculus, valde iratus contra inſenſibilem rem, ſancti confeſſoris formulam, inſtigante diabolo, lancea percuſſit. Que videlicet eiuſdem adverſarij lancea, quaſi per globum nivis,[e]

a. *B.*, *V.*, *R.* ſtipula. — b. *Mſſ.*, *al.* martyre. — c. *Bern.*; *al.* ſtatua. — d. *Mſſ. add.* in. — e. *B.* nimis.

mollem, mirum in modum facile penetrans, lapideam illam perforavit columnam exteriori parte eius, cuius ferrum interius inherens retentum eſt, nec umquam ullo modo retrahi potuit. Haſtile autem eius ad ſancti confeſſoris colliſum marmoream formulam exterius confractum eſt. Illius quoque miſelli homuncionis equus, in quo ſedebat, eodem momento ſub eo in pavimento domus cecidit mortuus. Ipſe autem ſimul miſellus in terram cadens, manus in illam marmoream miſit columnam, eiuſque digiti, quaſi in pollen[a] vel lutum intrantes, in eadem impreſſi columna inheſerunt. Quod videns miſer, qui retrahere denos duarum digitos manuum ad ſe non poterat, & in marmorea ſancti confeſſoris inherentes formula colligatos inſertos, nomen Dei eterni & eiuſdem confeſſoris, agens penitentiam, invocat &, ut ab eodem abſolveretur vinculo, illacrimatus precatur. Quam eius lacrimoſam penitentiam miſericors Dominus ſuſcipiens, qui non vult peccatoris mortem, ſed ut convertatur & vivat, non ſolum ab ipſo preſenti marmoreo viſibili abſolvit vinculo, ſed etiam a peccatorum inviſibilibus alligamentis fide ſalvatum ſubveniens, miſericorditer liberavit.

Hinc itaque manifeſte oſtenditur, quante & qualis honorificentie fuerit apud Deum Georgius, inter tormenta confeſſor, cuius thoracidam[b] in re natura impenetrabili penetrabilem penitentia[c] fecit, lanceamque adverſarij eque impenetrabilem mirabiliter fecit penetrabilem, digitoſque eiuſdem homunculi infirmos in eadem natura impenetrabiles potenter penetrabiles fecit, quos in marmore vinculatos primo[d] & ipſe durus retrahere non potuit, ſed eodem momento valde perterritus & exinde mitigatus, penitens, Deo miſerante,[e] retraxit. Mirum dictu,

a. *B.* polline, *Bern.* poline, *G.* paludem, *al.* palme, politice. — b. *Al.* toraciam, toraclicam, thoracletam. — c. *Bern.*, *al.* potentia. — d. *Bern.*, *Gretſ.* primule. — e. *Al.* donante.

uſque in hodiernum diem eadem bis quinorum eius veſtigia digitorum apparent uſque ad radices in marmorea inſertorum columna, in quorum loco ſanctus Arculfus ſuos denos proprios inſeruit digitos, ſimiliter ad radices uſque intrantes. Eiuſdem quoque homunculi ſanguis equi, cuius coxa in pavimento mortui cadentis in duas confracta eſt partes, nullo modo ablui aut deleri potuit, ſed indelebilis in pavimento domus uſque ad noſtra permanet tempora idem equinus cruor.

Aliam quoque de eodem Georgio confeſſore certam relationem nobis ſanctus Arculfus intimavit, quam ab expertis quibuſdam ſatis idoneis narratoribus in ſupra memorata Conſtantinopoli urbe indubitanter didicit, qui de illo ſancto confeſſore pronunciare ſoliti erant, dicentes: Quidam homolus ſecularis, Dioſpolim civitatem in equo ſedens ingreſſus, eo in tempore, quo ad expeditionem faciendam multa populorum millia undique conveniebant collecta, illam accedens intravit domum, in qua ſupra memorata marmorea exſtat columna, in fronte[a] ſancti confeſſoris Georgij habens depictam imaginem, ad quam quaſi ad preſentem Georgium loqui cepit, dicens: Me tibi, Georgi confeſſor, & meum commendo equum, ut, per orationum virtutem tuarum ab univerſis bellorum atque morborum aquarumque periculis liberati, ambo ad hanc uſque urbem poſt expeditionis tempus incolumes reverſi perveniamus, & ſi tibi ita Deus miſericors noſtram reverſionem donaverit proſperam, ſecundum oblationem[b] noſtre parvitatis, ego hunc meum, quem valde amo, equum, ipſum tibi pro munere donandum offeram in conſpectu tue aſſignaturus formule. Quibus ſermunculis ocius terminatis, domum egreſſus, inter exercitus multitudinem cum ceteris contubernalibus commeans, idem homuncio in expeditionis

a. *B*; *al.* ſe *pro* fronte. — b. *Al.* optionem.

comitatu emigrat: qui, poſt multa & diverſa belli pericula interque miſella plurimorum millia homunculorum, que conſtrata[a] diſperierant, ipſe in eodem ſuo ſedens dilecto equo ab omnibus infeſtis caſibus iuxta memoratam talem exemtus commendationem, chriſticole Georgio Deo condonante, ad Diſpolim proſpere revertitur, illamque domum, in qua eiuſdem ſancti confeſſoris habebatur imago, ſecum deferens aurum in equi pretium ſui, gaudenter intrat, ſanctumque Georgium, ac ſi preſentem, alloquitur, dicens: Sancte confeſſor, Deo eterno gratias refero, qui me per[b] tue celſitudinem firmitudinis & orationis ſoſpitem reduxit. Propterea hos tibi viginti ſolidos auri afſero, equi pretium mei, quem, tibi primum commendatum, mihi uſque in hodiernum diem conſervaſti. Hec dicens, ſupra deſcriptum auri pondus ante pedes ſancte formule confeſſoris deponit, plus equum amans quam aurum, & egreſſus foras, ingeniculatione expleta, tale iumentum ſupra ſedens ad emigrandum inſtigat quidem, ſed nullo modo moveri potuit.

Quod ille homunculus videns, deſcendit de equo, reverſuſque domum intrat alioſque decem affert ſolidos, inquiens: Sancte confeſſor, manſuetus quidem mihi equiti tutor in expeditione inter pericula fuiſti; ſed, ut video, durus & avarus es in commercia equi. Hec dicens, decem ſuper viginti ſolidos adiiciens, ad ſanctum dicit confeſſorem: Et hos tibi addo ſolidos, ut mihi placabilis fias, & meum ad ambulandum reſolvas equum. Hoc dicto, regreſſus, iterum aſcendens equum ad meandum incitat, qui quaſi infixus in eodem ſtabat loco, nec etiam unum poterat movere pedem. Quid plura? Poſt equi aſcenſum deſcenſumque per quatuor ſingulas vices, intrans domum, decem ſecum ſolidos afferens & ad immobilem reverſus

a. *Ed.*, *mſſ.* conſtituta. — b. *V.* per tot & tanta pericula tue virtute orationis.

equum,[a] huc atque illuc currebat, & tamdiu illius equus nulla inſtigatione moveri poterat, uſquequo numerus ſolidorum ſexaginta adimpleretur ſimul congregatorum. Tum deinde ſupra commemoratum repetit ſermonem de ſancti confeſſoris manſueta humanitate & tuta in expeditione cuſtodia, & de eius quaſi duritia vel etiam in commerciis avaritia commemoranſque talia verba, ut fertur, & poſt quaternales ſingulas vices, in domum reverſus, repetebat, ad ultimum hoc modo ſanctum alloquitur Georgium, dicens: Sancte confeſſor, nunc tuam pro certo cognoſco voluntatem. Hec itaque iuxta id, quod deſideras, totum auri pondus, videlicet ſexaginta ſolidos, tibi munus offero, ipſum quoque meum equum, quem tibi prius promiſeram propter expeditionem condonandum; nunc tibi, licet inviſibilibus alligamentis vinculatum, condono, ſed mox, ut credo, reſolvendum per tuam in Domino honorificentiam. Hoc terminato ſermone, egreſſus domum, eodem hore momento abſolutum reperit ipſum, quem, ſecum ducens in domum, ſancto donatum aſſignavit confeſſori in conſpectu imaginis ipſius, indeque letabundus Chriſtum magnificans diſceſſit.

Hinc manifeſte collegitur, *quodcumque Domino conſecratur, ſive homo erit, ſive animal*, iuxta id, quod in Levitico ſcriptum eſt libro, nullo modo redimi poterit aut mutari: nam ſi *quis mutaverit, & ipſum quod mutatum eſt & illud, pro quo mutatum eſt, conſecratum erit Domino*, & non redimetur.

V. *De imagine ſancte Marie.*

Arculfus ſepe memoratus & de ſancte matris Domini thoracida[b] certam nobis relationem, quam in Conſtan-

a. *G.*, *Greţſ. add.* iterum in domum regreſſus. — b *R.* imagyne.

tinopolitana urbe ab expertis quibuſdam teſtibus didicit, indubitanter enarravit, inquiens: In eadem metropolitana civitate imago beate Marie in brevi tabula figurata lignea, in pariete cuiuſdam domus ſuſpenſa pendebat, de qua cum quidam ſtolidus & duricors homo percunctaretur, cuius eſſet imago, a quodam reſpondente didicit, quod eſſet ſancte Marie ſemper virginis figura faciei. Quod audiens ille Iudeus incredulus, diabolo inſtigante, eandem de pariete valde iratus tulit imaginem, & ad vicinam cucurrit domum, ubi humana ſtercora, per longarum foramina tabularum, egeſta ſupra ſedentium ventribus, egeri ſolent: ibidemque, ob Chriſti ex Maria nati dehonorationem, imaginem matris eius per foramen ſuper humanum ſtercus inferius iacens proiecit, & ipſe ſuperſedens, per idem foramen alvum purgans, proprij ſtercus ventris ſuper thoracidam beate Marie paulo ante inibi depoſitam dimittens, ſtolidiſſime agens perfudit, & poſt turpiſſimam illam ventris purgationem ille infeliciſſimus diſceſſit homo. Quid vero poſtea geſſerit, aut quomodo vixerit, vel qualem vite terminum habuerit, incompertum habetur. Igitur, poſt illius diſceſſum maligni, alius de Chriſtianorum plebe ſuperveniens felix homo, zelotypus dominicarum rerum, & ſciens quod factum fuerat, imaginem ſancte Marie requiſivit, &, inter humana ſtercora abſconditam inveniens, ſublevavit, & diligenter lavans aquis emundavit mundiſſimis, ſecumque in domo honorifice collocatam habuit. Mirum dictu, ex eadem beate Marie imaginis tabula verum ebulliens deſtillat ſemper oleum, quod Arculfus, ut referre ſolet, propriis conſpexit oculis. Hoc mirabile oleum honorem proteſtatur Marie matris Ieſu, de quo pater ait: *In oleo ſancto meo linivi eum.* Item Pſalmigraphus ad ipſum filium Dei loquitur, dicens: *Unxit te Dominus Deus tuus oleo letitie pre participibus tuis.*

Hec itaque que ſuperius de Conſtantinopoleos ſitu & conditione, necnon & de illa rotunda eccleſia, in qua ſalutare Lignum habetur, diximus,[a] & cetera, que ab ore ſancti ſacerdotis Arculfi intente didicimus: qui in eadem permaxima[b] Romani imperij civitate a paſchali ſolemnitate uſque ad Dominicum permanſit natalitium. Poſtea exinde Romam appetivit & navigavit.

VI. *De monte Vulcano.*

Quedam inſula in mari magno habetur ad orientalem plagam, duodecim[c] millibus a Sicilia diſtans, in qua Vulcanus mons, quaſi tonitruum, totis diebus ac noctibus in tantum intonat, ut Sicilie terra longius poſita terrifico tremore ſubmoveri putetur, ſed magis ſexta feria & ſabbato intonare videtur: qui omni tempore, noctibus flammare monſtratur, diebus vero fumare. Hec mihi Arculfus ſcribenti de eodem dictavit monte, qui propriis illum oculorum adſpexit obtutibus, nocte ignitoſum, die vero fumoſum; eius tonitrualem ſonitum propriis aurium audivit auditibus, in Sicilia per aliquos hoſpitatus dies.

VII. *Epilogus.*

Obſecro itaque eos, quicumque hos breves legerint libellos, ut pro eodem ſancto ſacerdote Arculfo divinam precentur clementiam, qui hec de ſanctis experimenta locis, eorum frequentator, libentiſſime nobis dictavit, que & ego, quamlibet inter laborioſas & prope inſuſtentabiles tota die undique conglobatas eccleſiaſtice ſol-

a. *Addo* diximus. — b. *B.*; *al.* primaria. — c. *G.* xiiij.

licitudinis occupationes conſtitutus, quamvis vili ſermone deſcribens, declaravi. Horum ergo lectorem admoneo experimentorum, ut pro me miſello peccatore, eorumdem caraxatore, Chriſtum iudicem ſeculorum exorare non negligat.[a]

a. *In B. deeſt epilogus, in V. autem operi premittitur.*

* * *

ARCULFI RELATIO ALTERA

(Ex cod. Caduinenfi.)

Incipit iter Arculfi epifcopi de gente Gallorum.

ARCULFUS fanctus epifcopus, gente Gallus, diverforum locorum remotorum verax longe iudex & fatis idoneus teftis, mihi Addamnano hec univerfa retulit, que diligenter univerfa fcribere curavi. Prius de fitu Ierufalem, cuius murorum ambitum circuiens octoginta quatuor numeravit turres & portas fex. Prima porta David, ab occidentale parte montis Sion; fecunda porta vie Villonis; tercia porta Sancti Stephani, ubi lapidatus eft; quarta porta Beniamin; quinta porta que eft parva, ubi per gradus properatur ufque ad vallem Iofaphat; fexta porta Thecuitis. Hic eft ordo portarum & turrium. In media civitate eft valde grandis ecclefia, tota lapidea, mira rotunditate collocata, quam fuftentant duodecim mire magnitudinis columpne, in cuius medio fpatio huius interioris domus rotundum eft monumentum Domini, in petra excifum quafi tugurium, in quo poffunt terni homines ftantes orare. Et quamvis tota domus illa monumentum Domini appelletur, Sepulcrum tamen proprie dicitur ille locus tugurioli qui eft in aquilonari parte monumenti, in quo Dominicum corpus involutum linteaminibus iacuit. A pavimento ufque ad Sepulcrum Domini ubi iacuit altitudo quatuor digitorum habere dinofcitur altitudinem. In quo Sepulcro die & nocte duodecim lampades, iuxta numerum duodecim apoftolorum, femper ardentes lucent. Alia eft vero pergrandis ecclefia ad orientem verfa in illo fabricata loco, que hebraice Golgotha vocatur, latine autem Calvarie mons, in qua paffus eft Salvator mundi. In vicina vero orientali parte coheret bafilica a rege Conftantino magno cultu conftructa que *martirium* appellatur, in eo loco ubi crux Domini, cum aliis latronum, fub terra abfcondita eft. Inter has duas ecclefias eft ille famofus locus, ubi Abraam patriarcha altare compofuit fuper ftruem lignorum, ut immolaret Yfaac filium fuum. Illuc itaque menfa habetur lignea, fuper quam pauperum helemofine afferuntur. Inter has namque ecclefias eft placiola marmorata ufque ad bafilicam Conftantini & ufque ecclefiam Golgotanam, que valde pulcherrima eft. In medio vero civitatis eft columpna ftatuta, in loco ubi mortuus iuvenis cruce Domini fuperpofita revixit. Mira res, quia in eftivo tempore meridianis horis, quando folfticium eft, umbram non facit; folfticio autem tranfacto, poft tres dies umbram primum facit. Poft

hoc ſanctus Arculfus Sancte Marie eccleſiam in valle Ioſaphat frequentavit. Cuius duppliciter inferior pars ſub lapideo tabulato mirabili rotunditate ſtructura eſt fabricata; in cuius orientali parte altare habetur; ad dexteram vero eiuſdem partis, ſancte Marie ſaxeum ineſt vacuum ſepulcrum, in quo aliquando ſepulta requievit. Sed de eodem ſepulcro quomodo vel quo tempore aut a quibus perſonis ſanctum corpuſculum eius ſit ſublatum, vel in quo loco reſurrectionem expectat nullus, ut refert Ieronimus, pro certo ſcire poteſt. Hanc inferiorem rotundam Sancte Marie eccleſiam intrantes, illam vident petram ad dexteram parietis inſertam, ſupra quam Dominus oravit ad Patrem flexis genibus, ante horam traditionis. In qua videlicet petra, veſtigia duorum genuum eius quaſi in cera molliſſima profundius impreſſa cernuntur. Deinde non longe ab eccleſia Sancte Marie, in qua ipſius ſepulcrum cernitur, in eadem valle Ioſaphat, turricula quedam lapidea ad dexteram coheret partem de rupe exciſa & ſeparata a monte Oliveti, in qua intrinſecus ferramentis cavata duo monſtrantur ſepulcra, quorum unum Simeonis eſt iuſti, qui Dominum ſuſcepit in ulnis, alter vero eſt Ioſeph, ſancte Marie ſponſi & Domini nutritoris. In latere vero montis Oliveti quedam eſt ſpelunca haut procul ab eccleſia Sancte Marie in eminentiori loco contra vallem Ioſaphat, in qua duo profundiſſimi habentur putei, quorum unum ſub monte in altum infinita profunditate productus extenditur, alter vero in ſpelunce pavimento, cuius vaſtiſſima, ut fertur, cavitas in profundum dimerſa deſcendens recto tractu dirigitur; qui duo putei ſemper clauduntur. In eadem ſpelunca ſunt quatuor lapidee menſe, quarum una eſt iuxta introitum ſpelunce Domini Iheſu; cui procul dubio menſe ſedes ipſius adheret ubi cum duodecim apoſtolis recumbere ad manducandum ſolitus ſepe erat. Illius vero putei os clauſum, quem in pavimento ſpelunce ineſſe ſuper deſcripſimus, apoſtolorum menſas proprias habere monſtratur. Porta namque David montis Sion molli clivo ab occidentali adheret parte. Per eandem portam de civitate egredientibus ad ſiniſtram habetur fons lapideus per vallem in auſtrum recto directus tramite, arcibus ſuffultus. Per hanc portam ab Ieruſalem uſque ad civitatem Samuhelis que Ramatha nominatur & uſque ad Ceſaream Paleſtine necnon & uſque Gazam iter habetur. Iuxta prefatam portam ille vicinus habetur locus, ubi Iudas Scariotis laqueo ſe ſuſpendit. Ibidem & grandis hodieque monſtratur ficus ubi ſe illaqueatus pependit, ſicut Iuvencus preſbiter verſidicus cecinit:

Informam rapuit ficus de vertice mortem.

Dehinc ſanctus Arculfus ſcribit de loco illo ubi cenavit Dominus cum diſcipulis ſuis & ubi Spiritus Sanctus in die ſancto Pentecoſten deſcendit ſuper apoſtolos, ubi grandem baſilicam dicit eſſe conſtructam in vertice montis Sion, que apoſtolica eccleſia appellatur. Illuc cernitur columpna ubi flagellatus eſt Dominus, monſtraturque illuc

petra ſupra quam ſanctus Stephanus lapidatus eſt; ad occidentalem partem alia extat eccleſia, ubi in pretorio Pilati auditus eſt Dominus. Nunc de monte Oliveti dicenda ſunt. In prefato monte nulla arborum genera, exceptis vitibus & olivis, ut refert ſanctus Arculfus, repperiri poſſunt; ſegetes vero frumenti & ordei in valle late conſurgunt. Non enim brucoſa, ſed herboſa & florida illius terre qualitas demonſtratur. Altitudine autem altitudini montis Syon equalis eſſe videtur. Inter hos duos montes vallis Ioſaphat a ſeptentrionali plaga in auſtrali parte porrecta monſtratur. In ſummitate vero montis Oliveti grandis eſt eccleſia, de qua Dominus ad celos aſcendit. Que rotunda eſſe cernitur, ſine tecto ad celum ſub aere nudo aperta patet, ut ille locus ſemper patulus appareat, unde Dominus in celum in nube ſublevatus eſt. In pavimento vero unde aſſumptus eſt, ſacra eius veſtigia cernuntur impreſſa. In orientali vero parte eiuſdem eccleſie, ſub anguſto protectum tecto, altare conſtructum extat. Deinde Bethanie campum magna olivarum ſilva circumdatum ſanctus Arculfus circuivit; ubi grandem baſilicam dicit eſſe edificatam ſuper ſpeluncam, de qua Dominus Lazarum quatriduanum mortuum ſuſcitavit. In auſtrali vero parte Bethanie in iam dicto montis Oliveti loco eccleſiam vidit fundatam, in quo loco Dominus ad diſcipulos ſuos habuit ſermonem. Et quamvis tres Evangeliſte ſermonem illius quem habuit tunc ad diſcipulos deſcribant, ſpecialius tamen ſcribit de eo Matheus dicens: *Sedente autem eo ſuper montem Oliveti, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius ſecreto, dicentes: Dic nobis quando hec erunt & quod ſignum adventus tui ac conſummationis ſeculi?* De perſonis interrogantium hic Matheus tacuit, ſed Marcus non tacet qui ita ſcribit dicens: *Interrogabant eum ſeparatim Petrus & Iacobus, Iohannes & Andreas, ſicut prius loquitur, quibus reſpondit: Videte ne quis vos ſeducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes: Quia ego ſum,* & cetera ſequentia, que de ſeculi conſummatione Matheus prolixo ſermone proſequitur uſque ad eum locum, ubi ex verbis Domini oſtendit, ſcribens: *Quia factum eſt cum conſummaſſet Ihesus ſermones hos, dixit: Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet.* Aperte ergo demonſtrat Dominum in die quarta feria, reſtante biduo uſque ad Paſcha, primo azimorum die, ad interrogantes ſermonem prolixum fuiſſe loquutum. In hoc itaque loco magna habetur eccleſia in honore. De ſudario ſacro Domini, quod in ſepulcro ſuper capud & corpus ipſius fuit, ſancti Arculfi relatione cognovimus; quam Iheroſolimitanus populus veram eſſe proteſtatur, quam ipſi ſepius pronunciaverunt ita dicentes: Ante annos tres ſanctum linteolum Iudeus fidelis poſt eius reſurrectionem furatus eſt & multis diebus apud ſe occultavit. Cumque in extremis conſtitutus, morti proximus eſſet, duobus filiis ſuis dixit: O filij mei, quis ex vobis erit qui fideliter hunc Dominicum linteolum ſuſcipere voluerit. Quibus auditis, unus qui genitoris divitias ſuſceperat ſub teſtamento commendatas, prefatum ſudarium ſuſcepit atque germano fratri vendidit. Mirum dictu, ex illa die omnes divitie eius decreſcere ceperunt

& univerſa que habuit diverſis caſibus perdita, ad nichilum redacta ſunt. Alter vero filius beatus qui ſudarium Domini pretulit omnibus patrimoniis, ex qua die illud de venditoris germani manu accepit, terrenis opibus, Deo donante, eſt ditatus, nec tamen fraudatus eſt celeſtibus. Ita hoc Dominicum ſudarium hereditario iure fidelibus uſque ad quintam commendabant generationem. Sed poſt quintam generationem, multis proceſſibus tranſactis, eiuſdem cognationis deficientibus heredibus, ſacrum linteum in manus infidelium devenit Iudeorum. Et quamvis indigni tali munere, amplexi ſunt tamen honofice &, donante Deo, valde divites facti ſunt. Iudei vero qui crediderant in Domino, hoc certa ratione cognoſcentes, ceperunt cum infidelibus Iudeis de ſudario Domini contendere fortiter, totiſque viribus illud appetentes in manus accipere. Que contencio Hieroſolimitanos in duas diviſit partes, fideles & incredulos. Pro qua re, Sarracenorum regem qui vocabatur Nauuias fideles & increduli interpellabant. Qui convocans Iudeos, dixit ad illos: Sacrum quod habetis ſudarium date in manu mea. Qui regis verbo obtemperantes, ſtatim detulerunt; quod rex cum magna reverentia ſuſcipiens, coram omni populo rogum fieri iuſſit. Tunc ſurgens prefatus rex & accedens ad ipſum rogum, ad utraſque partes dixit diſcordes: Chriſtum quem dicitis, qui paſſus eſt pro humano genere, hoc ſudarium quod ſuper caput & corpus ſuum habuit inter vos contendentes per flammam iudicet ignis, ut ſciamus cui de vobis tale donum condonare dignatur. Hec dicens, ſacrum Domini ſudarium proiecit in flammas; quod nullo modo ignis tangere potuit, ſed intactum de rogo ſurgens in ſublime ſublatum eſt & quaſi inter duos de ſummis proſpiciens, Deo gubernante, ad partem Chriſtianorum declinans pervenit. Qui Deo gratias, elevatis ad celum manibus, agentes & humiliter inclinantes, ſudarium Domini cum magna honorificentia ſuſcipiunt, canenteſque laudes Deo Iheroſolimam deferunt & in ſcrinio eccleſie recondunt. Quod noſter frater Arculfus vidit & oſculatus eſt, menſuram habens longitudinis quaſi octo pedes.[a] Hec de Iheroſolimis ſcripſiſſe ſufficiat. Nunc de Bethleem

a. *Hec, in margine codicis, manu quadam ſec.* XV *exarata leguntur:* « Poſtea vero ab epiſcopo Anicienſi, qui in partibus ultramarinis tranſfretaverat, eſt habitum; & illuc ipſe moriens cuidam ſuo ſacerdoti tradidit. Dictus ſacerdos cum eſſet ſupra mare veniens, etiam mortuus eſt, relinquens precioſum munus cuidam clerico ſervienti ſuo. Hic cum eſſet in finibus Petragorenſium, unde erat natus, poſuit Dominicum ſudarium in quadam eccleſia ſibi commendata, que erat prope Caduinum ſita. Ac non multo poſt quadam die receſſerat ab eccleſia, & ignis accenſus eſt in villula[1] ſimulque in ſepedicta eccleſia, & combuſſit quicquid invenit; ſcrinium vero quod erat prope altare in

[1] *Ed.* proxima.

que parrochia eſt Ieruſalem pauca ſcribenda ſunt. Bethleem civitas non tam ſitu grandis, ſicut nobis Arculfus retulit, qui eam frequentavit, ſed ideo glorioſa quia Dominus noſter ex beata Maria ſemper virgine eſt naſci dignatus. Eſt namque in dorſo montis ſita, que ex omni parte vallibus circumdatur & ſuper terre dorſum ab occidentali plaga in orientalem plagam quaſi mille paſſibus porrigitur. Qui murus, ſine turribus in montis ſupercilio conſtructus eſt. In orientali vero extremo angulo quaſi quedam naturalis ineſt ſpelunca, que preſepe Domini nominatur in quo Dominum reclinavit mater. Alius vero in ſupradicto loco proprior locus habetur, ubi conſtructa eſt lapidea domuncula, ubi Dominus natus eſſe creditur. Extra murum vero eſt lapis in quo effuſa fuit aqua de vaſculo, ubi ablutum fuit ſacrum eius corpuſculum; que undula ex eadem die uſque ad noſtra tempora per multos ſeculorum circuitus puriſſima monſtratur limpha, ſine ulla defectione vel diminutione. Sepulcrum vero David regis extra murum civitatis in valle contigua eſt poſitum, ubi eſt eccleſia fundata que in parte aquilonari monticulo coheret; quod in parte meridie eiuſdem eccleſie pavimento ſine aliquo ornamento habetur, ſuperpoſitam lapideam habens piramidem. De ſepulcro quoque ſancti Iheronimi nobis inquirentibus reſpondit: Sepulcrum ſancti Iheronimi de quo inquiritis, ego ipſe Arculfus conſpexi, quod in alia habetur eccleſia que extra eandem civitatem in valle eſt fabricata, que in meridiano latere ſupra memorati monticelli dorſo eſt ſita. Monumenta vero trium illorum paſtorum in eccleſia frequentavi iuxta turrem Ader, quos in eodem loco naſcente Domino prope turrem gregis angelice vocis claritas circumdedit, ubi habetur eccleſia nobiliter fundata. De ſepulcro vero Rachel percunctantibus nobis, Arculfus ita reſpondit: Sepulcrum Rachel pergentibus Bethleem quinque milibus ab Ieruſalem in eiuſdem vie extremitate ab occidentali parte, hoc eſt in dextro latere pergentibus Hebron, lapidea circumdatum piramide eſt collocatum, ubi & titulus nominis eius hodie monſtratur, quem Iacob maritus eius ſuper illud errexit. Hebron, que & Mambre, murorum non habet ambitum; ſolummodo ruine eius monſtrantur. In orientali vero plaga occurrit ille ager ſpelunce dupplicis reſpiciens Mambre, quem emit Abraam ab Ephron Etheo in poſſeſſionem. In huius agelli valle ſepulcra ſunt

quo ſervabatur ſudarium, omnino non tetigit. Audito hoc, aliqui de fratribus, qui de novo morabantur in loco Cadunij, properaverunt illuc & cum inveniſſent ſcrinium, vi fregerunt, &, accepto barleto, ubi erat Dominicum ſudarium, ſecum citius aſportaverunt & in monaſterio ſuo repoſuerunt circa annum Domini milleſimum centeſimum duodecimum.[1] Clericus vero non inveniens theſaurum, perrexit apud Caduinum[2] & cum non poſſet recuperare,[3] induit habitum monachalem, & quamdiu vixit, quod prius habuerat ibidem cuſtodivit. »

[1] *Ed.* mcxvij. — [2] *Ed. ad.* monaſterium. — [3] *Ed. ad.* petiit &.

quatuor patriarcharum: Abraam, Yfaac & Iacob & Adam primi hominis, quorum plante pedum, non ficut in aliis regionibus converti moris eft, fed ad meridiem verfe & capita contra aquilonem pofita funt; qui locus quadrato ambitur muro; fed fepulcrum Adam feparatim a tribus ad orientalem plagam quadrato lapide conftructum eft. Ceteri tres patriarche fepulcra habent de dolatis & candidis lapidibus, iuxta menfuram longitudinis & latitudinis uniufcuiufque fepulcri, Abraham fcilicet, Yfaac & Iacob. Sed fepulcrum Adam obfcurioris & vilioris operis habetur. Similiter trium feminarum Sarre, Rebecce & Lie memorias vilioris opere, idem confpexit Arculfus humatarum in terra. Angulus vero ille fepulcralis a muro illo antiquiffimo Hebron ad orientem verfus in unius ftadij fpacio diftare dinofcitur. Nam (*fic*) de colle Mambre dicendum; collis Mambre mille paffibus a monumentis patriarcharum ad boream feparatus diftat, herbofus valde & floridus, habetque in cacumine campeftrem planiciem, ubi in fummitate ad aquilonem lapidea habetur ecclefia. In cuius dextrali parte inter duos parietes eiufdem ecclefie, quercus Mambre extat in terra radicata, ubi Abraam angelos hofpicio fufcepit; ubi prefatus Arculfus truncatum fpurium & radicatum in terra vidit. Retulit etiam quod Iericho urbem viderit, quam Iofue Iordane tranfmiffo fubvertit. Pro qua Oza de Bethel ex tribu Efraim aliam extruxit, quam Dominus prefentia fua illuminavit. Tempore itaque, quo Ierufalem capta eft a Romanis, propter civium perfidiam capta & deftructa eft. Pro qua condita eft alia que poft multum tempus fimiliter deftructa eft, cuius adhuc ruine monftrantur. Mirum dictu, fola domus Raab meretricis propter tres civitates in eodem loco deftructas remanfit; cuius lapidei parietes fine culmine permanent. Sepe iam dictus Arculfus in Galgalis grandem ecclefiam vidit in eo loco conftructam, in quo filij Ifrael, Iordane tranfgreffo, caftra metati funt. In prefata itaque ecclefia vidit duodecim lapides, de quibus precepit Dominus Iofue dicens: *Precipe filiis Ifrael ut tollunt de medio Iordanis alveo, ubi facerdotum fteterunt pedes, xij lapides quos ponetis in loco ubi fixeritis hac nocte tentoria.* E quibus fepe dictus Arculfus fex vidit in dextera parte ecclefie in pavimento iacentes & alios eiufdem numeri in aquilonari. Vidit etiam in Galgala aliam ecclefiam ad orientalem plagam antique Ierico, quinto ab Iericho miliario, ubi tabernaculum fixum fuit multo tempore. Retulit etiam nobis, quia ille facer, fanctus & honorabilis locus, in quo Dominus baptizatus eft a Iohanne, femper aquis fluminis tegitur Iordanis; in quo loco lignea crux infixa eft. Locus itaque eiufdem crucis in quo Dominus baptizatus eft, ultra alveum fluminis habetur. In extremitate vero fluminis habetur parva ecclefia ubi, ficut fertur, Dominica veftimenta cuftodita funt. Que bafilica ftat fuper aquas inhabitabilis, quoniam fub ipfam hinc & inde fubintrant aque, que quatuor cancris & arcubus fuftentatur. In fuperioribus vero locis, alia eft ecclefia in honore fancti Iohannis bapti-

zatoris. Vidit etiam lacum Sodomorum & Gomorre, qui ſtadiis quingentis octoginta in longitudinem dirigitur, latitudine cl ſtadiis. Pervenit etiam Arculfus noſter ad locum in provincia Fenicis, ubi Iordanis ad radices Libani de duobus fontibus exſurgit; quorum unus nomine Ior & alter Dan vocitatur. Qui ſimul mixti, compoſitum nomen Iordanis faciunt. Sed notandum quia non in Panio Iordanis exordium facit, ſed in Traconitide, cxx interiectis ſtadiis uſque ad Ceſaream Philippi, que nunc Pannias a Panio nomen accepit. Qui Iordanis exinde ſuum dirigens curſum cxx ſtadia ſine ulla interfuſione uſque ad urbem que vocatur Tiberiadis progreditur. Deinde uſque ad locum qui Geneſar dicitur preterfluit. Lacus vero Galilee ex eodem Iordane efficitur, quod mare nunc Cenereth, nunc mare Tiberiadis nominatur, magne adherent ſilve. Diffunditur autem in longitudine cxl ſtadia, & extenditur in latitudinem ſtadiis xl. A loco vero ubi de faucibus maris Galilee Iordanis egreditur uſque ad eum locum ubi in mare Mortuum intrat, octo dierum iter habetur. Nam idem mare ſalſiſſimum eſt, & de monte Oliveti ſepius vidiſſe ſe narrat ſanctus Arculfus. Nam idem ſanctus ſacerdos, regionem Samarie peragrans, ad civitatem pervenit que hebraice dicitur Sichem, greca vero & latina conſuetudine Sicima nominatur, & vitioſe Sichar vocitari ſolet. Iuxta eandem civitatem vidit eccleſiam in modum crucis formatam, in cuius medietate fons Iacob qui & puteus vocatur habetur; ſuper quem Dominus Salvator itineris labore fatigatus reſedit ſiciens fidem mulieris Samaritane. Eadem civitas habetur in tribu Manaſſe & monte Ephraim, ubi oſſa Ioſeph ſunt ſepulta. Profſpexit etiam in deſerto ſepe nominatus Arculfus fonticulum lucidum , unde ſicut fert ſanctus bibebat Iohannes Baptiſta. De melle vero ſilveſtre ab Arculfo experientiam didicimus ita: In deſerto vidit quaſdam arbores, quarum folia lata & rotunda ſunt, lactei coloris, ſaporis mellis. Qui vero in eſcam ſumere cupiunt, primum manibus confringunt, deinde comedunt. Tale eſt mel ſilveſtre. Pervenit etiam ad locum ubi Dominus quinque milia hominum de quinque panibus & duobus piſcibus ſaturavit; qui erboſus & planus campus eſt, qui numquam ab eo die aratus eſt, nec nulla cernuntur hedificia, exceptis quatuor columpnis que ſuper marginem cuiuſdam fonticuli erecte videntur; de quo biberunt ſatiati a Domino. Pervenit etiam uſque ad Nazareth civitatem, ubi duas hoſpitatus eſt noctes; que ſupra montem expoſita murorum ambitum non habens, ubi due habentur eccleſie, una in media civitate in loco ubi Dominus eſt nutritus; alia vero eſt in loco ubi Gabriel archangelus ad beatam Mariam locutus eſt. Inter eoſdem tumulos duarum eccleſiarum lucidiſſimum habet fontem, quem totus civium frequentat populus, de illo hauriens aquam. Hec de Nazareth dixiſſe ſufficiat. Retulit etiam quod mons Tabor ſit in Galilea, tribus milibus a lacu Cenereth, mira rotunditate, ex omni collectus parte, reſpiciens ſupradictum ſtagnum. In cuius ſummitate ampla planicies ſilva pergrandi cincta habetur. Nam illius

montis cacumen non in anguftum cohartatur, fed in latitudinem dilatatur ftadiorum viginti trium. Altitudo eius triginta ftadiis fublimatur. In fummitate eiufdem montis tres funt celebres ecclefie, iuxta illorum tabernaculorum numerum, de quibus Petrus dixit: *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moifi unum, & Helie unum.* In eiufdem montis celfitudine fanctus Arculfus una hofpitatus eft nocte, quia Petrus de Burgundia ortus, fanctorum locorum eius ductor, non ipfum finebat in uno hofpicio diutius immorari, feftinationis intuitu. Nam idem Petrus, relinquens parentes & patriam, longo iam tempore pro Domino illuc exulabat. Retulit etiam idem Arculfus quod viderit Damafcum, civitatem magnam, ubi per aliquot hofpitatus eft dies: que in campo pofita, amplo murorum ambitu circumcincta & crebris turribus communita, infuper quatuor fluminibus interfluentibus decoratur. Eft ibi ecclefia in honore fancti Iohannis Baptifte. A monte namque Tabor ufque ad Damafcum feptem dierum iter Arculfus habuit.

IX

BEDA VENERABILIS

DE LOCIS SANCTIS

[circa 720]

CODICES MANUSCRIPTI

QUIBUS USUS EST EDITOR.

Ma. Cod. membran. in bibliotheca regia publica Monacenſi, 6389, 4°, ſæc. IX.

W. Cod. membran. in bibliotheca univerſitatis Wirziburgenſis, Mp. th., f. 74, f°, ſæc. IX.

Med. Cod. membran. in bibliotheca Ambroſiana Mediolani, ſæc. X.

Pa. Cod. membran. in bibliotheca nationali Pariſienſi, lat. 2321, ſæc. X.

Mb. Cod. membran. in bibliotheca regia publica Monacenſi, 13002, maj. f°, ſæc. XII.

Pb. Cod. membran. in bibliotheca nationali Pariſienſi, lat. 14797, ſæc. XII.

L. Cod. membran. in muſeo Britannico, Cotton. Fauſtina A., VII, 4°, ſæc. XII-XIII.

O. Cod. membran. in collegio Lincoln. Oxonienſi, 96, ſæc. XIII.

Pc. Cod. membran. in bibliotheca nationali Pariſienſi, lat. 12277, ſæc. XV.

BEDA VENERABILIS

DE LOCIS SANCTIS

* * *

CAPITULA.

(Numeri in parenthesi indicant capitula Arculsi.)

IX (viij, ix, x, xj). *De ſitu Hebron, de Mambre, & monumentis patrum & Adam, de pineto.*
X (xij, xiij). *De Iericho & locis eiuſdem ſanctis, de eccleſia Galgalis & fonte Heliſei, de campo magno.*
XI (xv, xvij, xviij). *De Iordane & mari Galilee.*
XII (xv, xvj). *De mari Mortuo & natura eius ſive adiacentis terre.*
XIII (xiv). *De loco, in quo Dominus baptizatus eſt.*
XIV (xxj, xx). *De locuſtis & melle ſilveſtri & fonte Iohannis Baptiſte.*
XV (xix). *De fonte Iacob iuxta Sichem.*
XVI (xxij, xviij, xxiij, xxiv). *De Tiberiade & Capharnaum & Nazareth & de locis ibidem ſanctis.*
XVII (xxv). *De monte Tabor & tribus eccleſiis ſuper eum.*
XVIII (xxvj). *De ſitu Damaſci.*
XIX (xxviij). *De ſitu Alexandrie, de eccleſia, in qua requieſcit Marcus Evangeliſta, & de Nilo.*
XX (lib. tert., j). *De Conſtantinopoli, & baſilica in ea, que crucem Domini continet.*
XXI. *Epilogus.*

De locis ſanctis libellus, quem de opuſculis maiorum abbreviando Beda compoſuit.

Deſcripſi breviter fineſque ſituſque locorum,
Pagina ſacra magis que memoranda refert,
Beda, ſequens veterum monumenta ſimulque novorum,
Charta magiſtrorum que ſõnet inſpiciens.
Da, Ieſu, ut patriam ſemper tendamus ad illam,
Quam beat eternum viſio ſumma tui!

I. *De ſitu Hieruſalem.*

SITUS urbis Hieruſalem, pene in orbem circumactus, non parvo murorum ambitu aſſurgit, quo etiam montem Sion quondam vicinum intra ſe recepit, qui a meridie poſitus pro arce[a] urbi ſupereminet, & maior pars civitatis infra montem iacet, in planitie humilioris collis ſita. Poſt paſſionem quippe Domini a Tito imperatore deſtructa, ſed ab Elio Hadriano, a quo etiam nunc *Elia* vocatur, inſtaurata multoque amplior effecta eſt. Unde eſt, quod, cum Dominus extra portas urbis paſſus ſepultuſque ſit, modo loca paſſionis & reſurrectionis illius intra eiuſdem menia cernantur, cuius in magno murorum ambitu octoginta quatuor turres, porte vero ſex viſuntur: prima porta David ad occidentem montis Sion, ſecunda porta vallis Fullonis, tertia porta ſancti Stephani, quarta porta Beniamin, quinta portula, id eſt, parvula porta, a qua[b] per gradus ad vallem Ioſaphat deſcenditur, ſexta porta Thecuitis. Celebriores tamen ex his ſunt tres exitus portarum: unus quidem ab occaſu, alius a ſeptentrione, tertius ab oriente. A meridie autem, aquilonale montis Sion ſupercilium ſupereminet civitati, & pars murorum cum interpoſitis turribus nullas habere portas comprobatur, id eſt, a ſupra ſcripta David porta uſque ad eam montis Sion frontem, que prerupta rupe orientalem reſpicit plagam. Situs quippe ipſius urbis, a ſupercilio aquilonali montis Sion incipiens, ita eſt molli clivo diſpoſitus uſque ad humiliora aquilonalium orientaliumque loca murorum, ut pluvia ibi decidens nequaquam ſtet, ſed

a. *Tantum Pa*, parte. — b. *Sic ego*; *al.* ab hac.

inſtar fluviorum per orientales defluens portas, cunctis ſecum platearum ſordibus raptis, in valle Ioſaphat torrentem Cedron augeat.

II. *De eccleſia Conſtantiniana & Golgothana, de eccleſia reſurrectionis & de ſepulcro Domini, de lapide ad oſtium monumenti advoluto, de eccleſia Sancte Marie, de calice Domini & de ſpongia, de altare Abraham, de lancea militis.*

Ingreſſis ergo a ſeptentrionali parte urbem primum de locis ſanctis pro conditione platearum divertendum eſt ad *eccleſiam Conſtantinianam,* que *martyrium* appellatur. Hanc Conſtantinus imperator, eo quod ibi crux Domini ab Helena matre reperta ſit, magnifice & regio cultu conſtruxit. Dehinc ab occaſu *Golgothana* videtur *eccleſia,* in qua etiam rupes apparet illa, que quondam ipſam, affixo Domini corpore, crucem pertulit, argenteam modo pergrandem ſuſtinens crucem, pendente magna deſuper erea rota cum lampadibus. Infra ipſum vero locum Dominice crucis exciſa in petra crypta eſt, in qua ſuper altare pro defunctis honoratis ſacrificium ſolet offerri, poſitis interim in platea corporibus. Huius quoque ad occaſum eccleſie *ἀναστάσεως*, hoc eſt reſurrectionis Dominice, rotunda eccleſia, tribus cincta parietibus, duodecim columnis ſuſtentatur, inter parietes ſingulos latum habens ſpatium vie, que tria altaria in tribus locis parietis medij continet, hoc eſt, auſtrali, aquilonali & occidentali. Hec bis quaternas portas, id eſt introitus per tres e regione parietes habet, e quibus quatuor ad vulturnum & quatuor ad eurum ſpectant. Huius in medio *monumentum Domini* rotundum in petra exciſum eſt, cuius culmen intrinſecus ſtans homo manu contingere poteſt, ab oriente habens introitum, cui lapis ille magnus appoſitus eſt: quod intrin-

ſecus ferramentorum veſtigia uſque in preſens oſtendit. Nam extrinſecus uſque ad culminis ſummitatem totum marmore tectum eſt; ſummum vero culmen, auro ornatum, auream geſtat crucem magnam. In huius ergo monumenti aquilonali parte *ſepulcrum Domini* in eadem petra exciſum, longitudinis ſeptem pedum, trium menſura palmorum[a] pavimento altius eminet, introitum habens a latere meridiano: ubi die noctuque duodecim lampades ardent, quatuor infra[b] ſepulcrum, octo ſupra in margine dextro. Lapis, qui ad oſtium monumenti poſitus erat, nunc fiſſus[c] eſt, cuius pars minor quadratum altare ante oſtium nihilominus eiuſdem monumenti ſtat, maior vero in orientali eiuſdem eccleſie loco quadrangulum aliud altare ſub linteaminibus exſtat. Color autem eiuſdem monumenti & ſepulcri albo & rubicundo permixtus videtur.

A dextra autem parte huic eccleſie coheret beate *Dei Genitricis eccleſia* quadrangula. In platea, que Martyrium & Golgotha continuat, exedra eſt, in qua calix Domini, in ſcriniolo reconditus, per operculi foramen tangi ſolet & oſculari. Qui argenteus calix, duas hinc & inde habens anſulas, ſextarij gallici[d] menſuram capit: in quo eſt illa ſpongia, Dominici potus miniſtra. In loco autem illo, quo Abraham altare ad immolandum filium conſtruxit, menſa eſt lignea non parva, in quam pauperum eleemoſyne ſolent a populo deferri.[e] Lancea militis inſerta habetur in cruce lignea in porticu Martyrij, cuius haſtile in duas interciſum partes a tota veneratur civitate.

Singula, que dixi, ut manifeſtius agnoſceres, etiam pre oculis depingere curavi.[f]

a. *W.*, *Ma.*, *de.* palmarum. — b. *Al.* intra. — c. *Al.* ſciſſus. — d. *Pa.* calici. — e. *Pc.* menſam lign. — f. *Supra ante* lancea, *Pa. habet figuram eccleſiarum.*

III. *De templo, de oratorio Sarracenorum, de Bethesda piscina, de fonte Siloe, de ecclesia super montem Sion fundata, de loco lapidationis sancti Stephani, de medio mundi.*

Hec quidem omnia, que commemoravimus, sancta loca extra montem Sion posita cernuntur, quo se ad aquilonem deficiens loci tumor porrexit. In inferiori vero parte urbis, ubi *templum* in vicinia muri ab oriente locatum ipsique urbi, transitu pervio, ponte mediante fuerat coniunctum, nunc ibi *Sarraceni* quadratam domum, subrectis tabulis[a] & magnis trabibus super quasdam ruinarum reliquias vili opere construentes, oratione frequentant, que tria millia hominum capere videtur. Pauce illic cisterne in usum aquarum cernuntur. In vicinia templi *Bethsaida piscina* gemino insignis lacu apparet, quorum alter hibernis plerumque impletur imbribus, alter rubris est discolor aquis. Ab ea fronte montis Sion, que prerupta rupe orientalem plagam spectat, intra muros atque in radicibus collis *fons Siloe* prorumpit, qui alternante quodam aquarum accessu in meridiem fluit, id est non iugibus[b] aquis, sed in certis horis diebusque ebullit & per terrarum concava & antra saxi durissimi cum magno sonitu venire consuevit.

In superiori montis Sion planitie monachorum cellule frequentes ecclesiam magnam circumdant, illic, ut perhibent, ab apostolis fundatam, eo quod ibi spiritum sanctum acceperint ibique sancta Maria obierit: in qua etiam locus cene Domini venerabilis ostenditur. Sed & columna marmorea in medio stat ecclesie, cui adherens Dominus flagellatus est. Huius ergo ecclesie talis dicitur esse figura.[c]

a. *Pc.* sub t. — b. *M.*, *Pa.*, *O.*, *Pc.*, *ed. Bas. Col.*; *al.* certis vel iugibus. — c. *M.*, *Pc.* *habent figuram ecclesie.*

Hic monſtratur petra, ſuper quam lapidatus eſt ſanctus protomartyr *Stephanus* extra civitatem. In medio autem Hieruſalem, ubi, cruce Domini ſuperpoſita, mortuus revixit, columna celſa ſtat, que eſtivo ſolſtitio umbram non facit, unde putant ibi *mediam* eſſe *terram*, & hiſtorie dictum: *Deus autem, rex noſter, ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terre.* Qua ductus opinione & Victorinus, Pictavienſis antiſtes eccleſie, de Golgotha ſcribens ita inchoat:

Eſt locus, ex omni medium quem credimus orbe;
Golgotha Iudei patrio cognomine dicunt.

IV. *De ſudario capitis Domini & alio maiore linteo a ſancta Maria confecto.*

Sudarium capitis Domini poſt reſurrectionem eius mox chriſtianiſſimus[a] quidam Iudeus furatus uſque ad obitum, divitiis ſibi affluentibus, habuit. Qui moriturus interrogat filios, qui Domini ſudarium, qui ceteras patris velit accipere divitias. Maior theſauros rerum, minor elegit ſudarium. Et mox illi decreſcunt[b] uſque ad paupertatem, fratri autem cum fide creſcunt & opes, & hoc uſque ad quintam ergo generationem fideles tenuere. Hinc ad impios perveniens divitias tantum auxit, ut Iudeis, & hoc multo tempore, donec poſt longa litigia, quibus chriſtiani Iudei ſe Chriſti, infideles vero ſe patrum ſuorum affirmabant heredes, Mauvias,[c] Sarracenorum rex, qui noſtra etate fuit, iudex poſtulatur, qui accenſa grandi pyra, Chriſtum iudicem precatur, qui hoc pro ſuorum ſalute ſuper caput habere dignaretur. Miſſum ergo in ignem ſudarium veloci raptu effugiens evolat, & in ſummo aëre diutiſſime quaſi ludendo volucritans,

a. *L. deeſt* mox chriſt. — b. *Mſſ.*; *Pc. add.* opes. — c. *Alias* Majuuias, Mauuras, Moawieh.

ad ultimum cunctis utrinque intuentibus, sese leviter in cuiusdam de christianis[a] sinum deposuit, quod mane mox totus populus summa veneratione salutabat & osculabatur. Habebat autem longitudinis pedes octo. Aliud quoque aliquanto maius[b] linteum in ecclesia veneratur, quod fertur a sancta Maria contextum, duodecim apostolorum & ipsius Domini continens imagines, uno latere rubro & altero viridi.

V. *De locis circa Hierusalem, de valle Iosaphat, de sepulcro eius aliorumque & de ecclesia, in qua sepulta fuit sancta Maria.*

Circa Hierosolymam aspera & montuosa cernuntur loca. Hinc quoque septentrionem versus usque ad Arimathiam terra petrosa & aspera per intervalla monstratur, valles quoque spinose usque ad Taniticam regionem patentes; ad Cesaream vero Palestine ab Elia, quamvis aliqua reperiantur angusta & brevia atque aspera loca, precipua tamen planities camporum, interpositis olivetis. Distant[c] autem septuaginta quinque millibus passuum, longitudo vero terre repromissionis a Dan usque Bersabee tenditur spatio centum sexaginta millium, ab Ioppe usque Bethlehem quadraginta sex millibus.

Iuxta murum templi vel Hierusalem ab oriente Gehennon occurrit, que est *vallis Iosaphat*, a septentrionali plaga in austrum porrecta, per quam torrens Cedron, si quando pluviarum aquas recipit, decurrit. Hec vallis est parva campi planities, irrigua & nemorosa plenaque deliciis, lucum[d] in se quondam Baali sacrum habuit. In hac *turris* est regis *Iosaphat*, sepulcrum eius continens: cuius ad

a. *Al.* christiana plebe. — b. *Pc.* maioris spatij. — c. *Pc.* *supra hoc vocabulum habet* Hieronimus. — d. *Al.* & locum.

dextram de rupe montis Oliveti excisa & separata domus duo cavata habet *sepulcra*, hoc est *Simeonis senis & Ioseph*, sancte Marie sponsi. In eadem valle *sancte Marie rotunda* est *ecclesia*, lapideo tabulato discreta, cuius in superioribus quatuor altaria, in inferioribus unum habetur in orientali plaga, & ad eius dextram *monumentum* vacuum, in quo sancta Maria aliquamdiu pausasse dicitur; sed a quo vel quando sit ablata, nescitur. Hanc intrantes vident ad dextram insertam parieti petram, in qua Dominus nocte, qua tradebatur, oravit, vestigiis genuum quasi cera molli impressis.

VI. *De loco, ubi suspensus est Iudas, & de Acheldemach.*

Portam David egredientibus pons[a] occurrit, in austrum per vallem directus, ad cuius medietatem ab occasu *Iudas* se suspendisse narratur. Nam & ficus magna ibi ac vetustissima stat, iuxta quod Iuvencus ait:

Informem rapuit ficus de vertice mortem.

Porro *Acheldemach*, ad australem plagam montis Sion, peregrinos & ignobiles mortuos hodie quoque alios terra tegit, alios inhumatos putrefacit.

VII. *De monte Oliveti, & de ecclesia ibi fundata, ubi Dominus ad celos ascendit, de monumento Lazari & de tertia ecclesia.*

Mons Olivarum mille ab Hierusalem discretus passibus, altitudine monti Sion par est, sed latitudine & longitudine prestat. Exceptis vitibus & olivis, rara ferax arboris, frumenti quoque & hordei fertilis, neque enim brucosa,[b] sed

a. *Al.* fons. — b. *Al.* rucosa, raucosa, ruposa.

herbosa & florida soli illius est qualitas. In cuius summo vertice, ubi Dominus ad celos ascendit, *ecclesia rotunda*, grandis, ternas per circuitum cameratas habet porticus desuper textas. Interior namque domus propter Dominici corporis meatum camerari & tegi non potuit, altare ad orientem habens angusto culmine protectum: in cuius medio ultima Domini vestigia, celo desuper patente, ubi ascendit, visuntur. Que, cum quotidie a credentibus terra tollatur, nihilominus manent[a] eandemque adhuc sui speciem, veluti impressis signata vestigiis, servant.[b] Hec circa erea rota iacet usque ad cervicem[c] alta, ab occasu habens introitum, pendente desuper in trochleis magna lampade totaque nocte ac die lucente. In occidentali eiusdem ecclesie parte fenestre octo totidemque e regione lampades in funibus pendentes usque Hierosolymam per vitrum fulgent, quarum lux corda intuentium cum quadam alacritate & compunctione pavefacere dicitur. In die ascensionis Dominice per annos singulos, missa peracta, validi flaminis procella desursum venire consuevit & omnes, qui in ecclesia adfuerint, terre prosternere. Tot ibi illa nocte lucerne ardent, ut non illustrari tantum, sed & ardere mons & supposita loca videantur.

Et huius basilice figuram pre oculis depingere placuit.[d]

Monumentum Lazari ecclesia ibidem exstructa demonstrat & monasterium grande, in campo quodam Bethanie magna olivarum silva circumdata. Est autem Bethania quindecim stadiis ab Hierusalem. *Tertia* quoque eiusdem montis ad australem Bethanie partem *ecclesia* est, ubi Dominus ante passionem discipulis de die iudicij loquitur.

a. *Ed. Gretf.*; *al.* manet, *ut W.*, *Pa.*, *Pc.* — b. *Ed. Bas.*, *Gretf.*, *al.* servat, *ut W.*, *Pa.*, *Pc.* — c. *Al.* verticem *vel* cerv., *etiam tantum* verticem. — d. *Deest basilice figura fere in omnibus mss.*

VIII. *De ſitu Bethlehem, de eccleſia, ubi natus fuit Dominus, & de ſepulcris David & Hieronymi & trium paſtorum, necnon Rachel.*

Bethlehem, ſex millibus in auſtrum ab Hieroſolyma diſcreta, in dorſo ſita eſt anguſto, ex omni parte vallibus circumdato, ab occidente in orientem mille paſſibus longo, humili ſine turribus muro per extrema plana[a] verticis inſtructo: in cuius orientali angulo quaſi quoddam naturale ſemiantrum eſt, cuius exterior *nativitatis Dominice* fuiſſe dicitur *locus*, interior *preſepe* Domini nominatur. Hec ſpelunca, tota interius pretioſo marmore tecta, ſupra ipſum locum, ubi Dominus natus ſpecialius traditur, *ſancte Marie* grandem geſtat *eccleſiam*. Petra, iuxta murum cavata, primum Dominici corporis lavacrum de muro miſſum ſuſcipiens hactenus ſervat, que ſi qua forte occaſione vel induſtria fuerit exhauſta, nihilominus continuo, dum reſpicis, ſicut ante fuerat, plena redundat.

Ad aquilonem Bethlehem, in valle contigua, *ſepulcrum David* in medio eccleſie humili lapide tegitur, lampade ſuperpoſita; ad auſtrum vero, in valle contigua, in eccleſia *ſepulcrum ſancti Hieronymi*. Hec relationem Arculfi, Galliarum epiſcopi, ſecutus dixerim. Ceterum Eſdras aperte ſcribit, in Hieruſalem David eſſe ſepultum.[b]

Porro ad orientem in *turre Ader*, id eſt *gregis*, mille paſſibus a civitate ſegregata, eſt *eccleſia trium paſtorum*, Dominice nativitatis conſciorum, monumenta continens. Via regia ab Elia Chebron ducit, ab oriente Bethlehem, ab occidente *ſepulcrum Rachel* habens, titulo nominis eius uſque hodie ſignatum.

a. *Tantum Pc* ; *al.* plani. — *paulo inferius.*
b. Hec .. ſepultum *in mſſ. & edit.*

IX. *De situ Hebron, de Mambre & monumentis patriarcharum & Adam, de pineto.*

Hebron in campi latitudine sita est & ab Elia viginti duobus millibus separata. Uno ad orientem stadio speluncam duplicem in valle[a] habet, ubi *sepulcra patriarcharum* quadrato muro circumdantur, capitibus versis ad aquilonem, & hec singula singulis tecta lapidibus instar basilice dolatis, trium patriarcharum candidis, Adam obscurioris & vilioris operis, qui haud longe ab illis ad borealem extremamque muri illius partem pausat. Trium quoque feminarum viliores & minores memorie cernuntur. Mambre collis, mille passibus a monumentis his ad boream, herbosus valde & floridus, campestrem habet in vertice planitiem, in cuius aquilonali parte quercus Abrahe, duorum hominum altitudinis truncus, ecclesia circumdata est. Egredientibus vero Hebron ad aquilonem, in sinistra parte vie, occurrit mons pinosus, parvus, tribus millibus passuum ab Hebron, unde Hierosolymam pinea[b] ligna feruntur in camelis; nam in omni Iudea plaustra vel currus raro sunt.

X. *De Iericho & locis eiusdem sanctis, de Galgalis & fonte Helisei, de campo magno.*

Iericho ab Elia orientem versus novemdecim mille[c] passibus abest, qua tertio ad solum destructa, sola *domus Raab* ob signum fidei remanet; eius enim adhuc parietes sine culmine durant. Locus urbis segetes & vineta[d] recipit. Inter hanc & Iordanem, quinque vel sex ab ea millibus separatum, grandia sunt palmeta, campulis inter-

a. *Tantum Pa.* in se. — b. *Pc.* pineti. — c. *L.*, *ed.*; *O.*, *Pc.* xiv m. pedes; *Pa.* xviij m. paff. — d. *Pb.* cuncta.

positis & inhabitatoribus Chananeis.[a] Duodecim lapides, quos Iosue de Iordane tolli preceperat, in *ecclesia Galgalis* facta intrinsecus[b] iuxta parietes eiusdem iacent, vix singuli nunc duobus viris elevabiles, quorum unus nescio quo casu fractus, sed ferro mediante[c] reconiunctus est. Et iuxta Iericho fons uber ad potum, pinguis ad irrigandum, qui, quondam sterilis ad generandum, parum salubris ad potandum, per *Heliseum* prophetam, dum sal[d] in eum mitteret, sanatus est. Denique campus eum circumiacet septuaginta stadiorum in longitudinem & viginti in latitudinem patens, in quo mirabilis hortorum gratia, varia palmarum[e] genera, prestantissimi apium fetus. Illic opobalsamum gignitur, quod ideo cum adiectione significamus, quia agricole cortice tenues virgulas acutis lapidibus incidunt, in quibus balsama generantur, ut per illas cavernas paulatim destillans humor se colligat lacrimis pulchre rorantibus; caverna autem greco nomine ὀπή dicitur. Illic cyprum, illic myrobalanum nasci ferunt. Aqua, ut cetera fontium, illic tamen prestantior, estate frigida, hieme tepens; aër mollior, ut summa hieme lineis utantur indumentis. Urbs ipsa condita in campo, cui supereminet mons diffusior & nudus gignentium: agrum[f] enim &[g] ieiunum solum, & ideo ab incolis desertum. Hic a Scythopolis urbis terra usque ad regionem Sodomitanam & Asphaltios fines locus diffusus habetur. Adversus huic[h] mons supra Iordanem ab urbe Iuliade usque ad Zoaros Arabie Petree conterminos extentus, ubi etiam mons Ferreus est nuncupatus. Inter hos duos montes campus iacet, quem veteres *magnum* appellavere, hebraïce autem *aulon*, cuius longitudo ducentorum

a. *Pb. addit* spatium non est. — b. *Pb.*, *al.* altrinsecus. — c. *Pb.* iniecto. — d. *Pb.*; *al.* vas salis. — e. *Pb.* pomorum. — f. *Med.*, *Pa. & Pc.* egrum, *ed.* ægrum, *O.* aere *sive* acre. — g. *Pb.* est. — h. *Ed.* hunc.

tringinta ſtadiorum, latitudo centum viginti, exordium a vico Gennabara, finis uſque ad Aſphaltium lacum. Iordanis eum medium interſecat, viridantibus ripis fluminis alluvione, ſiquidem ſuper ripas eiuſdem fructus arborum uberior eſt, alias longe exilior; arida enim ſunt omnia preter oram fluminis.

XI. *De Iordane & mari Galilee.*

Ipſius autem *Iordanis* exordium vulgo putatur in provincia Phenice, ad radices montis Libani, ubi *Paneum*, id eſt, Ceſarea Philippi ſita eſt. Unde & idem Paneum, hoc eſt, ſpeleum, per quod ſeſe attollit Iordanis, a rege Agrippa decore admirabili exſtructum venuſtatumque accipimus. Eſt autem in Trachonitide[a] terra fons rote[b] qualitatem exprimens, unde & Phiale nomen accepit, quindecim a Ceſarea millibus paſſuum diſcretus, ita iugiter plenus aquarum,[c] ut neque ſuperfluant, neque unquam minuantur. In hunc Philippus, tetrarches eiuſdem regionis, paleas miſit, quas in Paneo fluvius ebullivit. Unde liquet in Phiala principium eſſe Iordanis, ſed poſt ſubterraneos meatus in Paneo cepiſſe fluentum, qui, mox lacum ingreſſus, paludes eius interſecat, inde quoque curſus ſuos dirigens, quindecim[d] millia paſſuum ſine ulla interfuſione progreditur uſque ad urbem, cui Iulias nomen eſt; poſtea lacum *Genezar* medio tranſit fluento, unde, plurima circumvagatus loca,[e] Aſphaltium, hoc eſt Mortuum mare ingreſſus, laudabiles perdit[f] aquas. Eſt coloris albidi, ſicut lac, & ob hoc in mari Mortuo longo tramite diſcernitur. Eſt autem Genezar, id eſt *mare Galilee*, magnis ſilvis circumdatum, in longi-

a. *Pb.* eſt intra terram. — b. *Med.*, *Pa.* & *Pb.*, *O.* rore. — c. *Tantum Pa. addit* habundantia. — d. *Pc.* xij. — e. *Addo* loca. — f. *Mſſ.*; prodit *ed. Col.*, *Smith*, *Giles*.

tudine habens centum quadraginta ſtadia, in latitudine quadraginta;[a] aqua dulcis & ad potandum habilis, ſiquidem nec paluſtris uliginis craſſum aliquid aut turbidum recipit, quia arenoſo undique littore circumvenitur. Sed & amenis circumdatur oppidis, ab oriente Iuliade & Hippo, ab occidente Tiberiade aquis calidis ſalubri; genera quoque piſcium guſtu & ſpecie quam in alio lacu preſtantiora.

XII. *De mari Mortuo & natura eius atque adiacentis terre.*

Mare Mortuum longitudine ſtadiorum quingentorum octoginta[b] uſque ad Zoaros Arabie, latitudine centum quinquaginta uſque ad vicina Sodomorum protenditur; nam & de puteis quondam ſalis poſt Sodome & Gomorrhe & civitatum finitimarum combuſtionem inundaſſe certiſſimum eſt. Apparet vero procul de ſpecula montis Oliveti cernentibus, quod fluctuum colliſione commotum ſalſiſſimum eiicit ſal, & hoc ſole ſiccatum accipitur, multis utique[c] nationibus profuturum. Aliter vero in quodam Siculo monte ſal fieri dicitur, ubi lapides de terra evulſi verum ſalſiſſimum ſal & cunctis uſibus aptiſſimum prebeant, quod eſſe ſal terre dicitur. Mare autem Mortuum appellatur, eo quod nihil recipiat genera[d] viventium, neque piſces neque aſſuetas aquis aves, tauri camelique fluitent.[e] Denique ſi Iordanis auctus imbribus piſces illuc influens[f] rapuerit, ſtatim moriuntur & pinguibus aquis ſupernatant. Lucernam accenſam ferunt ſupernatare ſine ulla converſione,[g] nec exſtincto demergi lumine, quin & vas demerſum[h] arte qualibet difficile herere in pro-

a. *Latitudinem notant M.*, *P.*, *O.* — b. *Tantum Pb.* viij. — c. *Mſſ.*, *ed. Col.*, *al.* ubique. — d. *Pb.*, *al.* generum. — e. *Pb.* in ſimilitudinem auri camelique bitumen fluitet. — f. *Pc.* in fluctus. — g. *Pb.* converſione, ut nec tingui, nec demergi lumen poſſit, quia vas d. — h. *Gretſ.* diverſum, *ſed inferius.*

fundo, omniaque viventia, demersa licet & vehementer illisa, statim resilire; denique Vespasianum precepisse nandi ignaros revinctis manibus in profundum deiici, eosque[a] illico supernatasse. Aqua ipsa sterilis & amara ceterisque aquis obscurior & quasi aduste preferens similitudinem. Vagari super aquas bituminis glebas atro liquore certum est, quas scaphis appropinquantes colligunt. Herere sibi[b] bitumen & nequaquam ferro precidi fertur, sanguine tantum mulierum menstruo vel urine cedere. Utile est autem ad compagem navium vel corporibus hominum medendis. Servat adhuc regio speciem pene. Nascuntur enim ibi poma[c] pulcherrima, que & edendi cupiditatem spectantibus generant; si carpas,[d] fatiscunt ac resolvuntur in cinerem, fumumque excitant, quasi adhuc ardeant. Sane in diebus estatis immodicus per spatia campi exestuat vapor, unde & coalescente vitio nimie siccitatis atque humi aride corruptus aër miserandas incolis conficit egritudines.

XIII. *De loco, in quo Dominus baptizatus est.*

In loco, in quo Dominus baptizatus est, crux lignea stat usque ad collum alta, que aliquoties aqua ascendente[e] absconditur: a quo loco ripa ulterior vel orientalis in iactu funde est, citerior[f] vero ripa in supercilio monticuli grande *monasterium* gestat *beati Iohannis Baptiste* ecclesia clarum, de quo per pontem arcubus suffultum solent descendere ad illam crucem & orare.[g] In extrema fluminis parte quadrata ecclesia quatuor lapideis cameris[h]

a. *Pc. add.* omnes. — b. *Gretf.* ibi, *Pc.* & herentes sibi. — c. *Pc. addit* plurima. — d. *Pc. addit* a terra. — e. *Pc.*; *al.* transcendente. — f. *Ibidem* exterior. — g. *Tantum Pb.* adorare. — h. *Al.* cancris.

ſuperpoſita eſt coctili[a] creta deſuper tecta, ubi Domini veſtimenta, cum baptizaretur, ſervata eſſe dicuntur. Hanc non homines intrare, ſed unde[b] cingere ac penetrare ſolent. Ab eo loco, quo de faucibus maris Galilee Iordanis exit, uſque ubi mare Mortuum intrat, octo[c] dierum iter eſt.

XIV. *De locuſtis & melle ſilveſtri & fonte Iohannis Baptiſte.*

Minimum genus locuſtarum fuiſſe, quo Iohannes Baptiſta paſtus eſt, uſque hodie apparet, que corpuſculis[d] in modum digiti manus exilibus & brevibus, in herbis facile capte,[e] cocteque in oleo pauperum prebent victum. In eodem deſerto ſunt arbores, folia lata & rotunda lactei coloris & melliti ſaporis habentes, que, natura fragilia,[f] manibus confricantur & eduntur. Hoc eſt, quod *mel ſilveſtre* dicitur. Ibidem & *fons Sancti Iohannis Baptiſte* oſtenditur, lucida aqua, lapideo protectus[g] tecto calce perlito.

XV. *De fonte Iacob iuxta Sichem.*

Prope civitatem Sichem, que nunc Neapolis dicitur, eccleſia quadrifida[h] eſt, hoc eſt in crucis modum facta, in cuius medio *fons Iacob* quadraginta cubitis altus,[i] de quo Dominus aquam a Samaritana muliere petere dignatus eſt.

XVI. *De Tiberiade & Capharnaum & Nazareth & de locis ibidem ſanctis.*

Locus, in quo Dominus panes benedixit & piſces citra[k] mare Galilee, ad aquilonem civitatis *Tiberiadis*,

a. *Tantum Pc.* coſtili, coluli. — b. *Pa.*; *Pc.*, *ed.* undique; Oſeu inde deſcendere. — c. *Pb.* xv. — d. *Al.* corpuſcula, corpuſculum habentes. — e. *Al.* & rapte. — f. *Pb.* habenteſque naturam fragilem. — g. *Pb.* *addit* fornice. — h. *L.*, *Pb. corrupte* que dicitur Fida. — i. *Omitto* a latere ipſo uſque ad ſummum digitorum extentus, *phraſim quippe detruncatam nec intelligibilem V. Arculfum.* — k. *Pc.* circa.

campus eſt herboſus & planus, nunquam ex illo tempore aratus, nulla ſuſcipiens edificia, fontem tantum, ex quo illi biberunt, oſtendens. Qui ergo ab Elia *Capharnaum* pergunt, per Tiberiadem iter habent, deinde ſecus mare Galilee & locum benedictionis panum : a quo non longe Capharnaum in finibus Zabulon & Nephthalim, que murum non habens, anguſto[a] inter montem & ſtagnum ſitu ſuper maritimam oram, orientem verſus longo tramite protenditur, montem ab aquilone, lacum ab auſtro habens. *Nazareth* muros non habet, ſed magna edificia duaſque grandes eccleſias. Una eſt in medio civitatis ſupra duos fundata cancros, ubi quondam fuerat domus, in qua Dominus nutritus eſt infans. Hec autem eccleſia, duobus, ut dictum eſt, tumulis & interpoſitis arcubus ſuffulta, habet inferius inter eoſdem tumulos *fontem* lucidiſſimum, unde cives omnes[b] aquas in vaſculis per trochleas[c] extrahunt. Altera vero eſt eccleſia, ubi domus erat, in quam angelus ad Mariam venit.

XVII. *De monte Tabor & tribus eccleſiis ſuper eum.*

Mons Tabor, in medio Galilee campo, in tribus millibus eminens[d] ad boream a mari Genezareth diſtat, ex omni parte rotundus, herboſus valde & floridus, altitudine triginta ſtadiorum. Vertex ipſe, campeſtris & multum amenus, viginti & trium[e] ſtadiorum ſpatio dilatatur, ubi grande monaſterium grandi quoque ſilva circumdatus eſt, tres eccleſias habens, iuxta quod Petrus ait: Faciamus hic tria tabernacula. Locus muro cinctus, magna geſtans edificia.

a. *Pb.* angulo inter montem & ſtagnum ſito in orientem. — b. *Pb.* omnes *deeſt.* — c. *Om., ut Pb.* in eccleſiam. — d. *Sic ego*; *M.* Manaſſe, *O.* manans ſe, *al. etiam* manens, *Med.* campo in tribus Manaſſe ad bor., *Pa.* & in tribus millibus Manaſſe ad bor. — e. *Pb.* xxiv.

XVIII. *De ſitu Damaſci.*

Damaſcus in campo ſita lato & amplo murorum ambitu & crebris munita turribus, quam magna quatuor flumina interfluunt: ubi, dum Chriſtiani Sancti Iohannis Baptiſte eccleſiam frequentant, Sarracenorum rex cum ſua gente aliam inſtituit atque ſacravit. Plurima extra muros in gyro oliveta. A Tabor uſque Damaſcum ſeptem dierum iter.

XIX. *De ſitu Alexandrie, de eccleſia, in qua requieſcit Marcus Evangeliſta, & de Nilo.*

Alexandria ab occaſu in ortum ſolis longa, ab auſtro oſtiis [a] Nili cingitur, ab aquilone mari Egypto,[b] cuius portus ceteris difficilior, quaſi ad formam humani corporis, in capite & ſtatione capacior, in faucibus [c] vero anguſtior, [d] quo meatu [e] mare ac naves ſuſcipit, quibus quedam ſpirandi ſubſidia portui ſubminiſtrantur: ubi quis anguſtias atque ora portus evaſerit, tamquam reliqua corporis forma, ita diffuſio maris longe lateque extenditur. In eiuſdem dextra portus parva inſula habetur, in qua *Pharus*, id eſt turris eſt maxima, nocturno tempore flammarum [f] facibus ardens, ne decepti tenebris naute in ſcopulos impingant [g] & veſtibuli limitem comprehendere nequeant, quia [h] ipſe ſemper inquietus eſt, fluctibus ſemper [i] collidentibus. Portus vero ſemper placidus, amplitudinem habens triginta ſtadiorum.

A parte Egypti urbem intrantibus ad dextram occurrit eccleſia, in qua beatus Evangeliſta *Marcus* requieſcit: cuius

a. *Pb.* flumine. — b. *Sic ego*; *Pb.* lacu Maritioni; *al.* ab lacu Mareotico. — c. *Mſſ.*; *ed. Baſ.*, *Col.*, *Gretſ.*, fluctibus. — d. *Pb.* quia. — e. *Pa.* & *Pc.*; *al.* meatus. — f. *Pb.* flammarum *deeſt.* — g. *Al.* incidant. — h. *Pb.*; *al.* quiet. — i. *Pb.*; *al.* hinc inde.

corpus in orientali parte eiuſdem eccleſie ante altare humatum eſt, memoria ſuperpoſita de quadrato marmore facta.

Circa Nilum Egyptij aggeres crebros propter irruptionem aquarum facere ſolent, qui, ſi forte cuſtodum incuria rupti fuerint, non irrigant, ſed opprimunt terras ſubiacentes. Et quia plana Egyptij incolunt, ſuper rivos aquarum ſibi domos faciunt, tranſverſas trabes[a] ſuperponentes.

XX. *De Conſtantinopoli & baſilica in ea urbe crucem Domini continente.*

Conſtantinopolis undique preter aquilonem mari Magno ſexaginta millibus paſſuum uſque ad murum civitatis & a muro civitatis uſque ad oſtia Danubij quadraginta millibus paſſuum extenditur, ambitu murorum iuxta ſitum maris anguloſo duodecim millia paſſuum circumplectitur. Hanc primo Conſtantinus[b] iuxta mare, quod Aſiam Europamque diſterminat, edificare diſpoſuit; ſed quadam nocte ferramenta omnia ablata, miſſis qui quererent, in parte Europe,[c] ubi nunc eſt ipſa civitas, inventa ſunt: ibi enim fieri Dei voluntas[d] intellecta eſt.

In hac urbe *baſilica* miri operis, que *Sancta Sophia* cognominatur, rotundo ſchemate a fundamentis conſtructa & camerata, tribus cincta parietibus & magnis ſuſtentata columnis arcubuſque ſublimata eſt, cuius interior domus in aquilonali ſui parte grande & valde pulcrum armarium habet, in quo capſa lignea ligneoque cooperculo tecta crucis Dominice tres particulas continet, longum videlicet lignum in duas partes inciſum & tranſ-

a. *Pc.*; *al.* tranſverſis trabibus. — b. *Pb.*; *al. additur* in Cilicia. c. *Tantum Pb.* Euritine. — d. *Al.* voluntate, nutu.

verſum eiuſdem ſancte Crucis lignum. Hec tribus tantum per annum diebus, hoc eſt in cena Domini, in paraſceve & in ſabbato ſancto populo adoranda profertur: quarum prima capſa ſuper altare aureum,[a] duos cubitos altitudinis & unum latitudinis habens, cum Cruce ſancta patefacta componitur,[b] accedenſque primus imperator, deinde cunctus per ordinem laicorum gradus ſanctam Crucem adorat & oſculatur, ſequenti die imperatrix & omnes matrone vel virgines idem faciunt, tertio nihilominus die epiſcopi & cuncti clericorum gradus idem faciunt, & ſic capſa recluſa ad ſupra dictum armarium reportatur. Quamdiu autem ſuper altare manet aperta, totam eccleſiam mirus odor perfundit. De nodis[c] enim ligni ſancti liquor odorifer oleo ſimilis profluit, cuius ſi etiam aliquis invalens[d] particulam contingat, omnem egritudinem ſanat.

XXI. *Epilogus.*

Hec de locis ſanctis, prout potui, fidem hiſtoriarum ſecutus expoſui, & maxime dictatus Arculfi, Galliarum epiſcopi, que eruditiſſimus in ſcripturis presbyter Adamnanus, latino[e] ſermone deſcribens, tribus libellis comprehendit. Siquidem memoratus antiſtes, deſiderio locorum ſanctorum patriam deſerens,[f] terram repromiſſionis adiit,[g] aliquot menſibus Hieroſolymis demoratus eſt, veteranoque monacho, nomine Petro, duce pariter atque interprete uſus, cuncta in circuitu que deſideraverat vivida[h] intentione luſtravit, necnon Alexandriam, Damaſcum, Conſtantinopolim Siciliamque percurrit. Sed cum patriam reviſere vellet, navis, qua vehebatur, poſt multos

a. *Pb.* aureum *deeſt.* — b. *Pb. habet* cruce cum capſa patefacta c. — c. *Al.* nobis, donis. — d. *Tantum Pb. ultima duo vocabula.* — e. *Pb.* preſbiter adornatus latino ſ., *al.* lacinioſo. — f. *Al.* deferens. — g. *Pb.* terram r. adiit *deeſt.* — h. *Al.* avida, aiuda.

anfractus vento contrario[a] in noſtram, id eſt Britannorum inſulam perlata eſt, tandemque ipſe poſt nonnulla pericula ad prefatum virum venerabilem Adamnanum perveniens, iter pariter ſuum & ea, que viderat, explicando pulcherrime illum hiſtorie docuit eſſe ſcriptorem. Ex qua nos aliqua decerpentes veterumque libris comparantes,[b] tibi legenda tranſmittimus, obſecrantes per omnia, ut preſentis ſeculi laborem non otio laſcivi corporis,[c] ſed lectionis orationiſque ſtudio tibi temperare ſatagas.

a. *Pb. addit* ſine. — b. *Pb.* veterumque l. comparantes *deeſt.* c. *Pa., Pc. & ed.* torporis.

* * *

RELATIO BEDAE ABBREVIATA.

(Ex codice mſ. Wirziburgenſi.)

SCRIPSIT ergo Adamnanus preſbiter de loco dominicæ nativitatis in hunc modum. Bethlem civitas David in dorſo ſita eſt anguſto ex omni parte vallibus circumdato, ab occidente in orientem mille paſſibus longa, humili ſine turribus muro per extrema plani verticis inſtructo. In cuius orientali angulo quaſi quoddam naturale ſemiantrum eſt, cuius exterior pars nativitatis dominicæ fuiſſe dicitur locus, interior preſepe Domini nominatur. Hæc ſpelunca, tota interius pretioſo marmore tecta ſupra, locus ſpecialius traditur, Sanctæ Mariæ grandem geſtat eccleſiam.

Scripſit idem hoc modo de loco paſſionis ac reſurrectionis illius. Ingreſſis a ſeptentrionali parte urbem Hieroſolimam primum de locis ſanctis pro conditione platearum divertendum eſt ad eccleſiam Conſtantinianam, quæ martyrium appellatur. Hanc Conſtantinus imperator, eo quod ibi crux Domini ab Helena matre reperta ſit, magnifico & regio cultu conſtruxit. Dehinc ab occaſu Golgothana videtur eccleſia, in qua etiam rupis apparet illa, quæ quondam ipſam adfixo Domini corpore crucem pertulit argenteam, modo pergrandem ſuſtinens crucem pendentem magna deſuper aurea rota cum lampadibus. Infra ipſum vero locum dominicæ crucis excifa in petra crupta eſt, in qua ſuper altare pro defunctis honoratis ſacrificium ſolet offerri, poſitis interim in platea corporibus. Huius quoque ad occaſum eccleſiæ anaſtaſis, hoc eſt reſurrectionis dominicæ rotunda eccleſia, tribus cincta parietibus, xij columnis ſuſtentatur, inter parietes ſingulos latum habens ſpatium viæ. Quæ tria altaria in tribus locis parietis medij continet, hoc eſt Auſtralij, Aquilonalis & Occidentalij. Hæc bis quaternas portas, id eſt introitus per tres e regione parietes habet, e quibus quatuor ad vulturnum, quatuor ad eurum ſpectant. Huius in medio monumentum Domini rotundum petra excifum eſt, cuius culmen intrinſecus ſtans

homo manu contingere poteſt, ab oriente habens introitum cui lapis ille magnus adpoſitus eſt, qui intrinſecus ferramentorum veſtigia uſque in præſens oſtendit: nam extrinſecus uſque ad culminis ſummitatem totum marmore tectum eſt; ſummum vero culmen auro ornatum auream geſtat crucem magnam. In huius ergo monumenti aquilonali parte ſepulcrum Domini, in eadem petra exciſum longitudinis vij pedum trium menſura palmarum pavimento altius eminet, introitum habens a latere meridiano ubi die noctuque xij lampades ardent, iv infra ſepulcrum, viij ſupra. In margine dextro lapis, qui ad hoſtium monumenti poſitus erat, nunc fiſſus eſt, cuius pars minor quadratum altare ante hoſtium nihilominus eiuſdem monumenti ſtat, maior vero in orientali eiuſdem eccleſiæ loco. Quadrangulum aliud altare ſub linteaminibus extat. Color autem eiuſdem monumenti & ſepulcri alborubicundo permixtus videtur.

De loco quoque aſcenſionis Domini præfatus auctor hoc modo refert. Mons Olivarum altitudine monti Sion par eſt, ſed latitudine & longitudine præſtat. Exceptis vitibus & olivis rare ferax arboris, frumenti quoque & hordei fertilis. Neque eſt brucoſa, ſet florida & herboſa ſoli illius eſt qualitas. In cuius ſummo vertice ubi Dominus ad cælos aſcendit eccleſia rotunda grandis, ternas per circuitum cameratas habet porticus deſuper tectas. Interior namque domus propter dominici corporis meatum camerari & tegi non potuit. Altare ad orientem habens anguſto culmine protectum, in cuius medio ultima Domini veſtigia cælo deſuper patente ubi aſcendit, viſuntur, quæ cum cottidiæ a credentibus terra tollatur, nihilominus manet eandemque adhuc ſpeciem veluti impreſſis ſignata veſtigiis ſervat. Hæc circa ærea rota iacet uſque ad cervicem alta ab occaſu habens introitum, pendente deſuper in trocleis magna lampade totaque die ac nocte. In occidentali eiuſdem eccleſiæ parte, feneſtræ viij totidemque e regione lampades in funibus pendentes uſque Hieroſolimam per vitrum fulgent, quarum lux corda intuentium cum quadam alacritate & compunctione pavefacere dicitur. In die aſcenſionis dominicæ per annos ſingulos, miſſa peracta, validi flaminis procella deſurſum venire conſuevit & omnes qui in eccleſia adfuerint terre proſternere.

De ſitu Cebron & monumentis patrum ita ſcribit. Chebron quondam civitas & metropolis, civitas regni David, nunc

ruinis quid tunc fuerit oftendens, uno ad orientem ftadio fpeluncam duplicem in valle habet, ubi fepulcra patriarcharum quadrato muro circumdantur, capitibus verfis ad aquilonem, & hæc fingula fingulis tecta lapidibus inftar bafilicæ dolatis, trium patriarcharum candidis, Adam obfcurioris & vilioris operis, qui autem longe ab illis ad borealem extremamque muri illius partem paufat. Trium quoque feminarum viliores & minores memoriæ cernuntur. Mambre collis, mille paffibus a monumentis his ad boream, herbofus valde & floridus campeftrem habens in vertice planitatem, in cuius aquilonali parte quercus Abrahæ duorum hominum altitudinis truncus ecclefia circumdata eft.

* * *

FRAGMENTUM

QUOD LIBRO PRIMO ARCULFI

ADDITUM EST.

(*B.* cod. Bruxellenſis, *P.* cod. Pariſienſis latinus 12943, *R.* cod. reginæ Chriſtinæ.)

DE loco.[a] Aliqua locorum incipiunt ſona.[b] Cognomentum ſortitus. Poſt decem eccleſiaſtice hiſtorie libros, poſt temporum canones quos nos latine lingue dedimus, poſt diverſorum vocabula que quomodo olim apud Hebreos dicta ſint & nunc dicuntur expoſuit, poſt cirographiam terre Iudee & diſtinctas tribuum ſortes, ipſius quoque Hieruſalem templique in ea cum breviſſima expoſitione picturam ad exterum[c] in hoc laboravit opuſculo, ut congregaret nobis de ſancta ſcriptura omnium pene urbium, montium, fluminum, viculorum & diverſorum vocabula que vel eodem maneant vel immutata ſint poſtea vel aliqua ex parte corrupta. Unde & nos admirabilis viri ſequentes ſtudium, formam[d] litterarum ut ſunt in greco poſita tranſtulimus, relinquentes ea que digna memoria non videntur, mutantes & pleraque. Semel enim & in temporum libro prefatus ſum me vel interpretem eſſe vel novi operis conditorem, maxime cum quidam vix in primis inbutus litteris, hunc eundem librum auſus ſit in latinam linguam non latine vertere, cuius imperitiam ex comparatione eorum que tranſtulimus prudens ſtatim lector inveniet. Ut enim mihi excelſa non vindico, ita terre coherentia ſupergredi poſſe me credo.[e]

De Genezareth idem[f] & Aremenia in qua Noe arca poſt cataclifmum requievit, cuius in ea veſtigia, ut alij dicunt, in ibidem hodie uſque reliqua ad eius in poſteros memoriam

a. *P.* deinde aliqua. — b. *R.* fona. — c. *B.*; *R.* dextro, *P. deeſt.* — d. *P.*, *B.*, *R.* formidinem. e. *B.* xxxj. De vineis & ſegetis montis Oliveti. — f. *B.*, *R.* ibidem. *P. deeſt.*

remanent. Hunc locum Armenij exitum vel egreſſum vocant trans Iordanem, id eſt[a] locus, hunc ultra[b] area orne, hoc eſt Hieruſalem. Ariel, id eſt Hieruſalem, ſive templum ſacrificare hoc eſt leonem Dei, quod forte regnum fuerit & potens. Helia, id eſt Hieruſalem, que ab Elio Adriano Helia vocatur. Nec moveri debet quempiam, ſi interdum civitates Iude[c] eaſdem[d] in tribu Simeonis ſive Beniamin repperiat. Tribus autem Iuda bellicoſiſſimis viris pollens & crebro adverſarios ſuperans in omnibus tribubus principatum tenuit. De eunucho a Philippo baptizato apoſtolo in aliquo fonte iuxta radicem montis Chebron eſt conſueti moris gigni a terra & ab ea abſorbi. Due civitates uno vocate nomine Betleem, id eſt in tribu Zabulon & altera Iude. Machamim civitas vel urbs unde homo, ſcilicet Naaman Syrus ad prophetam cum muneribus ſua pro ſanitate a lepra, indicante ſibi ſua Hebrea ancilla filia, venit ad Heliſeum. Probatica piſcina, id eſt pecudis que a duobus inrigatur rivis, id eſt hibernis & pluviis adimpleri ſolet & cruentis aquis hoſtiarum in ea gratia emundatarum. Carnaim, id eſt ubi domum Iob iuxta fuiſſe alij tradunt periti locorum. Sidon bis, id eſt maior & minor fuit. Chana in tribu Aſer ubi Dominus noſter & Salvator aquas vertit in vinum, unde & Nathanael verus Iſrahelita Salvatoris teſtimonio comprobatur. Torrens Cedron, id eſt flumen iuxta Hieruſalem ad orientalem huius plagam in valle Ioſaphat in Africam currens dirigitur, ut Iohannes de eo teſtatur evangeliſta. Iuxta Iordanem contra Ihericho in occidentali Moab plaga. Moyſes ſcribit Deuteronimo. Eufrates fluvius Ethiopie in Dei paradiſo oriens; porro Salluſtius certiſſimus adſerit auctor. Tam Tigris, tam Eufrates in Armenia fons ex quo animadvertimus aliter de Paradiſo & fluminibus eius intelligendum. Elieſſeus,[e] id eſt vallium de quo loco fuit Cleophas, cuius acta meminit Lucas Dei evangeliſta. Naim in cuius portis Salvator filium vidue ſuſcitavit, huiuſque per correptam litteram nominum ſunt lecta principia. Exhinc per extenſum legamus elementum[f] quod grece dicitur, nunc viculus in deſerto ubi eris metalla damnatorum ſuppliciis effodiuntur.

Sed hec omnia prima & media ſecundaque in libro Ebraicarum queſtionum & interpretacionum nominum plenius

a. *B.*, *R.* idem. — b. *P.* trans Iordanem eſt idem locus. Hinc ultra. — c. *B.*, *R.*; *P.* Iudee. — d. *P.* *deeſt* eoſdem (*eaſdem*). — e. *B.*; *R.* Helyſeus. — f. *P.* *Cetera deſunt.*

exprimuntur & interpretantur. Gergiſſa ubi eos qui a demonibus vexabantur Salvator reſtituit ſanitati, quia ibi calide erumpunt aque, & hodie ſuper montem viculus[a] demonſtratur iuxta Tiberias ſtagnum, in quo duo millia porci ſunt precipitati. Ietſeman locus ubi ante paſſionem noſter oravit Salvator eſt ad Oliveti radices, nunc ibi eccleſia deſuper edificata eſt. Golgotha locus Calvarie in quo ſolus pro omnium ſalute crucifixus eſt & uſque hodie melia[b] oſtenditur ad ſeptentrionalem montis Sion plagam. Get ac Ofer ubi Ionas fuit propheta. Mambre, hoc eſt Ebron vel de viri Abrahe amici nomen accepit. Mare Salinarum quod vocatur Mortuum ſive Aſſalti, id eſt bituminis. Maxilla vicus iuxta Dioſpolin, unde Machabei fuerunt, quorum hodieque ibidem ſepulchra monſtrantur. Porro Mallo civitas quam Salomon edificavit. Nogeb, Theman. Darum quod nos poſſumus auſtrum, affricum, meridiem ſive eurum[c] pam interpretari dicimus, & nos apud veteres quaſi opprobrio Nazarei dicebantur, quos nunc Chriſtianos vocant. Huiuſque per o brevem litteram legerimus exin per extenſum legamus elementum[d] Acon Roma,[e] idem & Roma in tribu Neptalim, idcirco eadem nomina viculorum variis adſignantur vocabulis, que cum apud nos unum nomen ſonare videantur, apud Hebreos diviſis[f] ſunt ſcripte littere. Ioſephus vero Salem eſſe adfirmat in qua regnavit Melchiſedech, que poſtea dicta eſt Solima & ad extremum Hieroſolima nomen accepit. Dicunt autem Samaritani qui de Babilone profecti ſunt. Ibi nunc eccleſia edificata eſt ubi dominus noſter Iheſus Chriſtus Samaritane locutus eſt mulieri ſecundum Iohannem evangeliſtam.

a. *R.* vinculus. — b. *B.*; *R.* in azlia. — c. *B.*; *R.* Europam — d. *R.*; *B.* ilimentum. — e. *B.*; *R.* orgoma. — f. *B.*; *R.* diviſi.

X

SANCTIMONIALIS HEYDENHEIMENSIS

HODOEPORICON S. WILLIBALDI

[723-726]

CODICES MANUSCRIPTI

QUIBUS USUS EST EDITOR.

F. Frisingensis *sive* Monacensis, lat. 6890, s. VIII-IX.

R. Vallicellanus, Romæ, c. 73, s. XI (fragm.).

Ma. Monacensis, lat. 14396, s. XII.

Mb. Monacensis, lat. 4585, s. IX-XI (fragm.).

C. Augiensis (Carlsruhe, bibliot. mag. duc., LXXXIV), s. XIII (fragm.).

P. Bibliot. nat. Parisiensis, lat. 9744, s. XV, chartac.; quo usus est Canisius, *Lect. ant.*, 1603, IV, p. 475, ed. Basnage, II, p. 99.

SANCTIMONIALIS HEYDENHEIMENSIS

VITA, SEU HODŒPORICON

S. WILLIBALDI

* * *

Prologus. [a]

VENERANDIS immoque in Chriſto cariſſimis omnibus, ſacerdotalis infule honore ditatis, presbyteris, preclareque indolis diaconibus, & nihilominus abbatibus, ſive omnibus popularie conditionis proceribus, quos paſtoralis cure privilegio pius procerum pontifex alios agio ordine preſbyteros, alios ſobrie pudicitie elegantes diaconos, alios cenobialis militie monachos, alios ſub diſcipulari habitu ſollertibus litterarum ſtudiis inherendo, docendo, ad meliora recti regiminis principatu erudiendo provexit, & ita, ut egregius exercituum alumnus ſua induſtria per diocefim diligenter quodam modo ut natos proprios mulcendo, fovendo fovere ſolebat, iſtis omnibus iſtinc ſub ſacre legis moderamine manentibus, ego indigna Saxo-

a. *C.* Incipit prologus; *P.*, *C.* Incipit prologus in vitam ſancti confeſſoris atque pontificis Willibaldi, patroni pariterque paſtoris noſtri.

nica [a] de gente, iſtinc venientium noviſſima, & non ſolum annis, ſed & [b] moribus, & de illorum comparatione contribulium meorum quaſi homuncula. Ego quidem vobis religioſis ac catholicis viris, celeſtis bibliothece miniſtris, ob utilitatem memoria pauca perſtringendo, paulatim de primordialis vite eius venerandi viri Willibaldi [c] proemio diſputare decreveram. Sed tamen precipue ego femina fragilique ſexus imbecillitate corruptibilis, nulla prerogativa ſapientie ſuffulta aut magnarum virium induſtria elata, ſed ſpontanea voluntatis mea violentia coacta, velut quadam ignara parva de pectoris prudentia pauca decerpens & ex multis frondoſis frugiferiſque arboribus florum varietate onuſtorum exigua qualibet arte, ſaltem extremis in ramis, veſtre memorie coapta pauca excerpere, compaginare ediſſereque me libet. Et nunc reciproco ſermone iterando dico, non proprie preſumtionis primordio, non temeritatis audacia [d] hoc incipere niſi ut vix audeo.

Sed quia nunc primum Dei gratia venerandique viri tante viſionis magnitudine veſtreque auctoritatis excellentia & nihilominus bene valido veſtre voluntatis auxilio atque conſenſu aliquatenus me credebam poſſe impetrare, ut tanti operis celſitudinem tantaque miraculorum necnon etiam virtutum ſigna, que Dominus pro humani generis ſalute ſe humiliando, deſcendendo in humani corporis aſſumtione, divine roboratus potentie privilegio, preſtare atque perficere dignatus eſt in hoc mundo, ſuiſque oculis venerandi viri Willibaldi corporaliter cognita ſuiſque plantis per omnia palpando penetrandoque viſibiliter comparuere: hec omnia intimando perſtringimus. Et non ſolum ſigna, que nobis per evan-

a. *In P. ad marg. manus quæd. XV ſæculi ſcripſit:* Roſwida monialis. — b. *C. & P.* etiam. — c. *C.* Uuyllibaldi. — d. inſtanter freta *addit P.*

gelij gratiam certa demonſtrantur, ille videbat, ſed etiam ipſa terrarum loca, ubi Dominus noſter naſcendo, patiendo ac reſurgendo nobis apparuit, & nihilominus alia prodigiorum virtutumque veſtigia, que Dominus in iſto orbe terrarum depromere diffamareque dignatus eſt, ille perſpicax noſtrorum pedagogus omnium omnia tranſmeando, fide robuſtus, fato fortunatus procaciter peragrans, omnia viſitando reperiebat atque videbat. Unde nunc certe, ut ita dicam, mihi videtur eſſe protervum, quod iſta omnia muto tenacitatis ſilentio, oppilatis labiis, humana taceat lingua, que Dominus ſuo ſervo per proprij corporis laborem, per viſionemque oculorum oſtendendo in noſtris temporibus revelare dignatus eſt. Iſta non apocryphorum venia erratica diſſertatione relata eſſe cognoſcimus, ſed ſicut, ipſo vidente & nobis referente, de oris ſui dictatione audire & nihilominus ſcribere deſtinavimus, duobus diaconibus teſtibus mecumque audientibus, nono kalendas iulij, pridie ante ſolſtitia[a] die.

Iſta certe, litterarum apices, non ideo ego idiota diſputare inchoo, quod de veſtre ſagacitatis induſtria me aliquid diffidere eſtimatis, ſeu quod bene non noverim ego multos veſtrorum, quos Dominus Deus noſterque antiſtes mihi preſtantiores non ſolum virilis ſexus dignitate, ſed &[b] divine conditionis miniſterio preferre dignatus eſt, multo melius divine legis eruditione & nihilominus indagatione ſollerti cura procaciores, diſponere ediſſereque poſſe; ſed quia me, indignam tamen, de illorum genealogie ſtirpe aliunde propagatam, forte de extremis ramorum cauliculis me fore noveram, de tantis talibuſque virorum beatitudinibus venerabilique vita eorum non ſolum in actibus, ſed & in itineribus variis multifariiſque miraculorum magnitudinibus perfecte pro-

a. *C. add.* martij. — b. *C.* ſed & etiam dignitate divine conditionis.

ficiſcentium aliquid memoria dignum lectoris legendi manibus imponere me libet. Quorum alter ſumma ſacerdotalis infule paſtoraliſque cure prerogativa prelatus, inclitus crucicola, magnus[a] magiſter Willibaldus, & alter, recte ſoliditatis iter arripiens, prava dirigens, indirecta aſperaque ferocia polite planitans, ſpiſſas pravorum gentilium protervaſque peccatorum ſpurcitias non deſide, tepide titubanti mente, ſed felici[b] temeritatis audacia procaciter ſuperne ſagacitatis zelo rite roboratus, inſtante labore omnia exinanivit. Qui ſacerdotali quoque prelatus infula paſtoralique computatus honore abbas erat preclaruſque chriſticola Wunebaldus. Iſta omnia per albas camporum planities, ſulcato tramite, nigra perarata penna veſtigia ſcripta, veſtra cara eorum ſcientia preſentata, contra omnes emulorum[c] vituperationes, Dei gratia veſtraque per omnia protectionis parma, & nihilominus placide[d] veſtre commendamus perceptioni, ut in omnibus leti laudemus nos liberantem, dona tribuentem Dominum.

I. *Quomodo vitam ſcribere decernitur.*[e]

Primum igitur venerabilis ſummique Dei ſacerdotis atque pontificis primordium viteque illius venerandi viri Willibaldi ſublimitatem, qui ſollerter ſub ſacre legis moderamine alma priorum exempla ſanctorum militando, ſerviendo, mente & moribus ſectando inherebat, huius itaque vite exordium & inante iuventutis medietatem ad illius uſque ſenectutem proceſſum[f] & hactenus uſque decrepitam[g] etatem intimando, gracilem opuſculi huius coniecturam glomerando ordiri decreveram ordinandoque texere.

a. *C.* multorum magno. — b. *C.* felicitus. — c. *C.* emulatorum. — d. *C.* placidata. — e. *Titulus deeſt in C.* — f. *C.* proceſſum eſt. — g. *C.* decrepitati.

II. *Infans gravi morbo corripitur.* [a]

Cum ille in proemio, ſue infantie cunabulis, amabilis atque [b] delectabilis blandiſque nutrientium adulationibus preſertimque parentum, circa illum magno devotionis affectu diurnaque ſollicitudinis providentia curam gerentium, confotus atque enutritus ad trienniumuſque pervenit, tranſactis itaque tunc tribus annorum curriculis, cumque parvus ille ſeu delicatus fragili evo, infantili etate, [c] teneros corporis adhuc gereret [d] artus, ſubito evenit, ut illum triennium gravis corporis opprimebat egritudo, tantaque arreptus eſt corporis moleſtia, ut exigua membrorum ſtringerentur [e] compages, & vix in eo permanens flatus [f] vicinum minabatur vite exitum. Cumque iſtud cernerent [g] pater & mater, editum ſuum egrotantem iamque uſque pene ſeminecem, timidi & extaſi novaque mentis meſtitia valde retenti, angere ceperunt, quod ſobolem ſuam ſibi genitam, recenti lue laſſatam exitialique diſcrimine ex improviſa [h] morte irretitam fore viderunt, & illum, quem prius de primordialis infantie cunabulis ablactatum atque confotum uſque ad triennium nutriebant illiſque ſuperſtitem & heredem habere optabant, iam quaſi [i] exanimem ſeu extinctum glebaque coopertum dolere timebant. Sed omnipotens Deus, mundi fabricator, celi terreque limator, ſervum ſuum infantem & adhuc inoletum exilibuſque [k] membrorum compagibus tenerum hominibuſque incertum illum de corporis ergaſtulo adhuc educere nolebat, ſed ut multis poſtea per orbem ſua norma neophytis patula panderet vite premia.

a. *Titulus d. in C.* — b. atque *d. in C.* — c. *C.* infantiali ſexui. — d. *C.* gerebat. — e. *C.* ſtringebantur. f. *F.* ſtatus. — g. *C.* cernebant. — h. *C.* improviſo. — i. *P. om.* quaſi. — k. *C.* exiliſque.

III. *Cenobialem vitam degere filio parentes promittunt.*[a]

Sed ad priſtinam nunc redeamus iterum prefati viri infantiam. Cumque parentes eius magno mentis exceſſu ſuſpenſi & de incerta filij ſui evaſione ambigui, ſumentes filium ſuum, obtulerunt illum coram illa dominica ſanctaque cruce Salvatoris, quia ſicut[b] mos eſt Saxonice gentis, quod in nonnullis[c] nobilium bonorumque hominum prediis non eccleſiam, ſed ſancte Crucis ſignum Domino dicatum, cum magno honore almum, in alto erectum ad commodam diurne[d] orationis ſedulitatem habere ſolent. Illic ponentes illum coram cruce, Dominum Deum, omnium plaſmatorem, illos conſolari ſoſpitemque ſuum ſervare natum ſuis virtutibus obnixe flagitabant, ſicque intentiſſimis illorum precibus ſe vicem reddere ſpondebant[e] Domino, ut, ſi priſtina illius infantis reſtituta foret ſanitas, extemplo illum ſub ſacri ordinis primordio tonſuram accipere, ſub cenobialis vite diſciplina, ſub divine legis moderamine militando, Chriſti famulatui ſubiicere[f] illum promiſerunt. Statimque poſtquam illi vota voverunt, verba conſummaverunt filiumque ſuum celeſti commendaverunt regi militare, confeſtim gratum poſtea a Domino petitionum conſequebantur effectum, priſtinaque puero poſtea reſtituta eſt ſanitas.

IV. *De pueritia Willibaldi; ad monaſterium Waldheim ducitur.*[g]

Cumque illuſter ille puer[h] ad quinquennium uſque perveniſſet, in eo iam tunc ſpiritualis germinabat ſa-

a. *Titulus d. in C.* — b. *F.* ut. — c. *C.* nullis. — d. *C.* diuturni. — e. *C.* ſpopondebant. — f. *C.* ſubieciſſe. — g. ad monaſterium ... ducitur *d. in C.* — h. *C. addit* infantia.

pientie virgultum. Itaque parentes votiva desideriorum implere properabant promissa, atque illustrium quantocius cum consultu amicorum carnaliumque propinquorum consilio ad sacre cenobialis vite instrumenta preparare atque perficere festinabant. Confestimque illum venerando fidelissimoque viro Theodredo commendabant, sua providentia eum ad cenobium ducere omniaque prudenter de sua causa dispensare disponereque rogabant. Cumque perrexissent [a] & illum ducerent [b] ad monasterium, quod vocatur *Waldheim*, venerando abbati illius monasterij, qui vocatur Egwald, [c] offerebant; ast illum sue conditionis iure iuniorem seu obediendo discipulum suo subdiderunt imperio. Statimque ille abbas monasterij secundum regularis vite disciplinam declarabat [d] ista sue congregationi, sicque, ut cum eorum consilio sive licentia hoc foret, ille flagitabat. Cui protinus omnis illa conventio fratrum simul responsum seu licentiam dabant [e] sueque voluntatis arbitrio omnia fore fas dicebant, acceptumque illum, ocius inter cenobiale vite eorum consortium iungendo, sociabant.

V. *Sacris litteris & monachali vite inheret.* [f]

Post hec itaque cum [g] puer iste pudicus, ceu perfectus sacris litterarum studiis imbutus atque eruditus, sacras Davidici carminis paginas sollerti mentis intentione peragrans, sed & etiam alia divine legis hagiographorum armariola [h] indagando sive legendo procaci ille sensu sophyrus mente moderatus indagat, [i] & tamen non adhuc plurimorum etate annorum grandevus, sed, sicut divina

a. *C.* perrexerunt. — b. *C.* ducebant. — c. *C.* Egiwald. — d. *C.* disciplina sua claruerat. — e. dabant *d. in C.* — f. *Titulus d. in C.* — g. *C. add.* protinus. — h. *C.* armariolas. — i. *C.* indagabat.

ſemper ſuperne pietatis clementia agere ſolet, [a] ſecundum propheticum prophetarum vaticinium, ex ore infantium ceu lactantium perficere ſibi ſolet laudem. Deinde itaque cum in eo ſimul annorum etas mentiſque ſagacitas divine diſpenſationis moderamine pullulare ceperat, & multo magis in eo iam tam [b] divina ſpiritus ſancti gratia, quam corporis magnitudo creverat aut membrorum valetudo, totuſque iam ille in Dei amorem converſus magna mentis diuturnaque meditatione tractando monaſterialia moderationis inſtrumenta monachaliſque vite monarchiam in abdita mentis quietudine die noctuque ſollicite volutabat, quomodo illorum ſe copularet caſte monachorum clientele, aut qualiter illorum fauſtis interfore poſſit familiaris vite diſciplinis.

VI. *Peregrinatio in mentem venit.* [c]

Cumque, iſta ſedule intra mentis volubilitatem volvens, tractare cepit, qualiter iſta cogitatio depromereri proferrique poterit in effectum, ut caduca cuncta coſmi iſtius contemnere ſive derelinquere quiret, & non ſolum temporales terrenarum rerum [d] divitias, ſed & patriam & parentes atque propinquos deſerere, peregrinationeque tentare tellurem & ignota exteriorum requirere rura. Cumque, aliquanta temporum intercapedine tranſacta, [e] ille iam poſt [f] infantiales eius oblectationis ludicras & pueritiales incentivorum laſcivias, illecebroſam lubrice etatis petulantiam per indefeſſam atque ineffabilem divine diſpenſationis gratiam ad lanuginem & pubertatis adoleſcentiam perveniſſet: maximam in contubernio fratrum dilectionem [g] per obedientie affectum, manſuetudinem,

a. *C. addit* ut. — b. *F.* tunc. — c. *Titulus d. in C., P.* — d. rerum *d. in C.* — e. *C.* aliquanto...tranſacto. — f. poſt *d. in C.* — g. dilectionem *d. in C.*

munificentiam in ſe provocabat, ita ut amore & honore inter omnes haberetur [a] illos, ſicque diutius diurne ſollicitudinis cura, elucubris litterarum ſtudiis inherendo, die noctuque eatenus vigore & rectitudinis rigore mentem edomaret, ut de die in diem ad meliora celeſtis militie inſtrumenta proficeret. [b]

VII. *Pater conſentit, & una cum filio Wunebaldo conſilium proficiſcendi init.* [c]

Poſtquam ille adoleſcens, Chriſti vernaculus, ſicut ſupra diximus, ignotas peregrinationis vias probare volebat atque externas terminorum tellures adire ſpeculariqꝫ [d] optabat necnon immaniſſima maris diſcriminare decreverat equora, ſtatim [e] ille iſta cordis ſui clandeſtina, cunctis occulta, carnali ſuo revelavit patri, atque [f] illum obnixis flagitabat precibus, ut votive ſue voluntatis deſiderio conſilium ſeu conſenſum preberet, & ut [g] tranſire [h] licentiam daret & ipſe ſecum pergeret pater eius poſcebat. Cumque illum, ad tanti operis initium tanteque vite converſationem invitando, a ſeculi voluptatibus, a mundi deliciis, a temporalis vite falſis divitiarum proſperis ſuggerendo ſegregare volebat, & illum, [i] opitulante Domino, ad recte conſtitutionis formam & ad celeſtis militie tirocinium divinum inchoare ſervitium propriamque deſerere patriam & patula ſecum peregrinationis perquirere rura rogabat, & ſic illum primitus blandis oraculorum ſtudiis alloquendo invitabat, ut, comitatu filiorum eius fungens, [j] egregia [k] adiret [l] Petri, apoſtolorum principis, limina, tunc ille ad primitus, illo poſtulante, petitum ne-

a *C.* habebatur. — b. *C.* proficiet. — c. *Titulus d. in C., P.* — d. *C.* ſpecularetque. — e. *C.* ſtatimque. — f. *C.* aſt. — g. *C. addit* illo. — h. tranſire *d. in C.* — i. *C.* illos. — j. *C.* fugiens. — k. *C.* egregius. — l. *C. add.* preſagia.

gaverat transitum, excusando [a] coniugis & liberorum inoletivorum parvitatem & fragilitatem, illos orbare & alienis derelinquere inhonestum & crudele esse respondit. Tunc ille belliger Christi miles, iteratis [b] hortationum oraculis magnisque precum perdurationibus, toties [c] per asperiora rigidioris vite documenta, metu & minis obiurgabat, & toties placidis vite eterne sponsionibus, amenitate paradisi & amore Christi mulcendo [d] illum instigabat, & ita omnibus modis hortando, alloquendo, ad sue voluntatis consensum animum provocare conatus est. Sicque [e] tandem, omnipotentis Dei auxilio, petentis & provocantis invalescebat voluntas, ita ut ille suus pater & frater Wunebaldus ad optatam & hortatam se inchoare metam pollicerentur.

VIII. *De transitu Willibaldi, iter ad Romam: Hamelea Mutha, Sigona, Rotum, Gorthonicum, Luca, S. Petri basilica.* [f]

Post hec itaque, cum, temporum intervallo & annorum vergente curriculo etatis, iam immineret tempus, pater suus & frater celebs predestinatum & adoptatum inchoaverunt iter. Et congruo estatis tempore prompti ac parati, sumtis secum vite stipendiis, cum collegarum cetu comitantium ad loca venerunt destinata, que prisco dicebantur [g] vocabulo *Hamelea Mutha*, iuxta illud mercimonium, quod dicitur *Hamwih*. Et non multa transacta temporis intercapedine & navigio parato, nauta ille cum classibus suoque nauclero, [h] naulo impenso, circio flante, ponto pollente, remigiis crepitantibus, classibus clamantibus celocem ascenderunt. Tumque [i] transmeatis mari-

a. *C. add.* ut. — b. iteratis *d. in C.* — c. toties *d. in C.* — d. *C.* mulciendo. — e. *C.* & tum. — f. *Titulus d. in C.* — g. *C.* dicitur. — h. *C.* nauclerio. — i. *C.* cumque.

timis fluctuum formidinibus periculosique pelagi pressuris, vastum per equor citato celocis cursu, prosperis ventis, velata nave, tuti aridam viderunt terram. Et statim ovantes de navi descenderunt, [a] & illic castraverunt & tentoria fixerunt in ripa fluminis, quod [b] nuncupatur *Sigona*, iuxta urbem, que vocatur *Rotum*; [c] ibi fuit mercimonium. [d]

Et illic aliquantis dierum curriculis requiescentes, iterum pergere ceperunt, & multa illic sanctorum oratoria, que illis in commodum fuerunt, orando petierunt. Et sic inante *Gorthonicum* gradatim ex parte peragrantes supervenerunt. Cumque pergentes [e] venissent [f] ad urbem, que vocatur *Luca*, Willibaldus & Wunebaldus patrem eorum in comitatu itineris pariter cum illis ducebant. Statimque ibi subitanea preventus est corporis infirmitate, ut, [g] preteritis temporum intercapedinibus, prope iam instaret exitus sui dies. Et invalescente in eo egritudinis gravitate, fessi ac frigidi illius iam tabuerunt corporis artus, & sic ultimum vite sue exhalavit spiritum. Statimque illi germani filij eius, corpus patris eorum exanime paterne pietatis affectu percipientes, venuste involverunt [h] & terra tumulaverunt in urbe Luca ad Sanctum Frigidianum. [i] Ibi requiescit corpus patris eorum. Confestimque illi, pergentes usquedum per vastas Italie tellures, perniciter [k] per concava vallium, per abrupta montium, per plana campestrium, ad arduas *Alpium* arces pedestrem scandendo gressum dirigebant in altum. Cumque, lustratis Alpium cacuminibus glacialique nivium nebulosa turbidine, almi Dei adminiculo sanctorumque sustentaculo, cum cunctorum [l] contribulium clientela omniumque collegarum

a. *C.* ascenderunt. — b. *C.* que. — c. *C.* totum. — d. *C.* mercimonia. — e. *C.* pergerent. — f. *C.* venerunt. — g. *C.* &. — h. *C.* venientes voluerunt. — i. *C.* Priscianum. — j. *C.* vastam... tellurem. — k. *C.* pertinet. — l. *C.* cunctis.

cetu tuti toti tumidas militum evaſerunt verſutias, illuſtria extemplo adierunt *limina* egregiaque *Petri*, apoſtolorum principis, petierunt preſidia immenſaſque ibidem omnipotenti Deo ac gratas referebant gratias, quod, magnis tranſmeatis maris diſcriminibus [a] variiſque peregrinationis externorum ignominiis, per omnia proſperi ſcholaſticam ſcandere meruerunt ſcalam & preclaram adire [b] Sancti Petri baſilicam.

IX. *Roma; febri laborant.* [c]

Tunc illi duo germani, ibi manentes a nativitate ſancti Martini uſque ad aliud [d] ſolemnitatis paſcha & interim dum illa gelida frugaliſque hiems tranſiendo preteriit vernaleque [e] iam incumbendo inſtaret germen & paſchale per totum mundum fulgendo irradiaret tempus, illi duo germani felicem monaſterialis diſcipline vitam ſub ſacre legis moderamine ducebant. Tum etiam decreſcente dierum calculo & creſcente eſtatis caumate, que preſaga future ſolet eſſe febris, magna corporis illico arrepti ſunt moleſtia, ita ut acriter anhelando, febricitando, toties algore [f] & toties calore eſtuans, atrox per artus diffuſa eſſet [g] peſtis, & ſic irretiti & retenti, magno mortis exitio conſtricti, febre fatigati erant, ut vix iam in illis vite habitus per laſſos luentium [h] artus volitando verſaretur. [i] Sed tamen indefeſſa paterne pietatis providentia ſuis conſulere ſuffragarique dignatus [j] eſt, ita ut unus de duobus unam hebdomadam & alter unam [k] in ſubſidium miniſtrandi illi requiem haberet. [l] Et tamen, prout corporis infirmitas

a. *Hic incipit Mb.* — b. *Mb.* petivere; *C.* petere. — c. *Titulus d. in C., Mb., P.* — d. *al.* aliam. — e. *Mb.* hibernalioque; *C.* hibernaleque. — f. *Mb.* frigans. — g. *Mb.* fuit. — h. *Mb.* lucentium. — i. *Mb.* vergebat; *C.* verſabat. — j. *Al.* dignata. — k. *C.* alterum. — l. *Mb.* habebat.

perpetrare poterat, a ſacre inſtitutionis norma non recedebant, ſed propenſius ſacre lectionis ſtudio perſeverantes inherebant, iuxta veritatis vocem dicentis: *Qui autem perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit* (Math. X, 22).

X. *Terracina, Caieta, Neapolis, Rhegium, Catana, mons Etna, Syracuſa.* [a]

Poſtquam ille illuſter clarusque Chriſti crucicola magna mentis intentione & cordis contemplatione ad ſupernam interne vite ſpeculationem provida circumſpectione [b] properabat, & ad ſublimiores rigidioris vite virtutes [c] anhelando, iam non planam, ſed arctam auſterioris vite viam per monachalis vite normam inhiando deſiderabat & maiorem iam tunc peregrinationis ignorantiam adire optabat quam illa fuit, in qua tunc ſtare videbatur. Tunc ille ſtrenuus, conſilio amicorum contribuliumque licentia flagitata, ut ſuarum opitulatione orationum illum ſequi dignarentur, rogabat, ut, totis [d] itineris curſibus, delectabilis atque optabilis [e] civitatis Ieruſalem menia peragrare ſpeculariquе per illorum pia precum preſidia [f] poſſibiliter potuiſſet.

Iamque [g] tranſactis dominice paſchalis ſolemnitatibus, agilis exercitus levavit ſe cum duobus ſuis ſociis & pergere ceperunt. Cumque pergerent, venerunt [h] uſque ad urbem *Terracinam* in oriente, & ibi manebant duos dies. Et inde pergentes venerunt ad urbem *Caietam*, [i] que ſtat in littore maris. Et ibi tunc aſcendentes in navim, tranſfretaverunt ad *Neapolim*. Et illic, relicta nave, [j] in qua

a. *Mb.* de tranſitu Willibaldi; *titulus d. in C.* — b. prov. circumſp. *d. in C.* — c. *Mb.*, *C.* virtutibus. — d. *Mb.*, *C.* tutis. — e. *Mb.* delectabiles, optabiles; *C.* delectabilia, optabilia. — f *C.* ſubſidia. — g. *Mb.*, *C.* cumque. — h. *Mb.* perrexerunt &. — i. *Mb.* Gaitam. — j. *Mb.* nebulem; *C.* nabulam.

pergebant, ſtabant ibi duas hebdomadas. Iſte civitates ſunt Romanorum; in Beneventis ſunt, ſed tamen Romanis ſunt ſubdite. Statimque, ſicut divina ſolet pietas inceſſanter agere, ut votiva vernaculorum deſideria ſuorum implere properat, navim illi de Egypto invenerunt, & illic intro aſcendentes navigaverunt in terram Calabrie ad urbem, que dicitur *Regia.* [a] Et ibi manentes duos dies, levaverunt ſe & venerunt in inſulam Siciliam, quod eſt in urbem *Catanenſem,* [b] ubi requieſcit corpus ſancte Agathe virginis. Et ibi eſt mons *Etna,* & quando evenerit pro aliquibus rebus, ut ille ignis dilatare ſe voluerit ſuper regionem, tunc cito illi cives ſumunt velum [c] ſancte Agathe & contra ignem ponunt, & ceſſat. Illic fuerunt tres hebdomadas. Et inde navigantes venerunt in *Siracuſam* urbem in ipſa regione.

XI. *Mare Adriaticum, Monembaſia, Chios, Samos, Epheſus, Phygala, Hierapolis, Patara, Miletus, Chelidonium, Cyprus, Paphos, Conſtantia.*

Et inde navigantes, venerunt ultra *mare Adriam* ad urbem *Manafaſiam in Slavinia* terra. Et inde navigantes in inſulam [d] *Choo,* dimittebant Corinthios in ſiniſtra parte, & inde navigantes in inſulam *Samo.* Et inde navigaverunt in Aſiam ad urbem *Epheſum,* [e] ſecus mare unum milliarium. Et inde ambulaverunt in illum locum, ubi ſeptem Dormientes requieſcunt. [f] Et inde ambulaverunt ad ſanctum Iohannem Evangeliſtam in loco ſpecioſo, ſecus Epheſum. [g] Et inde ambulaverunt duo milliaria ſecus mare ad villam magnam, que vocatur *Figila*; ibi erant unum diem. Et petito pane, ibi ibant ad fontem unum in media

a. *Mb., C.* Reggia. — b. *Mb.* Cathinenſia; *C.* Chatinenſia. — c. *Mb.* corpus. — d. *Mb. add.* nomine. — e. *Mb., C.* Effeſiam. — f. *Mb.* requieſcent. — g. *Mb., C.* Effeſum.

villa, & ſedentes ibi ſuper marginem, tingebant panem in aqua & ſic manducabant. Et inde ambulantes venerunt ſecus mare ad urbem *Strobolem*,[a] in montem excelſum. Et inde ibant in locum, qui dicitur *Patara*,[b] & illic morabantur, uſque dum hiemis gelide horrendum preteriret frigus. Et poſtea tunc inde navigantes venerunt ad urbem, que vocatur *Milite* ; illa fuit quondam de aquis peritura. Ibi ſedebant duo ſolitarij in ſtulite, id eſt fabricata atque firmata cum muro magno de lapidibus,[c] valde ſumma, ut aqua illis nocere non poſſit. Et inde tranſfretaverunt[d] ad montem *Gallianorum*.[e] Illud fuit totum tranſmigratum. Et ibi acri famis reſtricti fuerunt illi aſperitate, ita ut inedia intus lacerati letalem iam diem mortis metuerent[f] imminere; ſed omnipotens populorum paſtor pabulum ſuis preſtare dignatus eſt pauperibus.

Et inde navigantes venerunt in inſulam Cyprum, que eſt inter Grecos & Sarracenos, ad urbem *Papho*, & ibi fuerunt tres hebdomadas Paſche[g] poſt anni circulum. Et inde ibant ad urbem *Conſtantiam*, ubi requieſcit ſanctus Epiphanius, & ibi morabantur uſque poſt natalem ſancti Iohannis Baptiſte.

XII. Antaradus, Arca, Emeſa; captivitas.[h]

Et inde navigantes venerunt in regionem Sarracenorum, in urbem *Tharratas* ſecus mare. Et inde ambulaverunt[i] ſuper novem aut duodecim milliaria ad caſtellum, quod dicitur *Arche*; & ibi fuit epiſcopus de gente Grecorum, ibique habebatur[j] litania ſecundum conſuetudinem eorum. Et inde pergentes illi ambulaverunt ad urbem que vocatur *Emeſa*,[k] duodecim milliaria. Ibi eſt

a. *Mb.* Strobrolem. — b. *Mb.* Patera. — c. *Mb.* lapideis. — d. *Mb.* transfretabant. — e. *Mb.* Galanorum. — f. *Mb.* metuebant. — g. *Mb.*, *C.* Pampho & paſche. — h. *Titulus d. in Mb.*, *C.* — i. *Mb.*, *C* ambulabant. — j. *Mb.*, *F.* habebant. — k. *C* Emiſſa; *Mb.* Smiſſa.

ecclesia magna, quam fecit sancta Helena in honore sancti Iohannis Baptiste, & caput illius fuit ibi diu, hoc est in Syrim.

Tunc erant cum Willibaldo septem contribules,[a] & ille ipse fuit octavus. Confestimque illi pagani Sarraceni, reperientes quod advene & ignoti homines illuc venissent,[b] tulerunt eos & captivos habebant, quia nesciebant de quale fuerant gente, sed speculatores esse illos estimabant. Et captivos eos ducebant ad quemdam senem divitem, ut videret & agnosceret unde essent. Ast ille senex interrogavit illos, unde essent aut quali fungerentur legatione. Tunc illi respondentes ab exordio totam intimaverunt ei itineris sui causam. Et ille senex respondens ait: « Frequenter huc venientes vidi homines de illis[c] terre partibus, istorum contribules; non querunt mala, sed legem eorum adimplere cupiunt. » Tunc illi inde pergentes venerunt ad palatium, ut rogarent illis viam transire ad Ierusalem. Cumque illic veniebant, statim ille preses dixit, quod speculatores fuissent, & precepit illos in carcerem trudi usque ad illud tempus, quo reperiret a rege, quid fecisset de illorum causa. Cumque illi fuerant[d] in carcere, confestim mira omnipotentis Dei dispensatione, qui pius ubique suos inter tela & tormenta, inter barbaros & belligeros, inter carceres & contumacium catervas sua protegere parma tutosque conservare dignatus est,[e] unus homo fuit ibi negotiator, qui sibi in eleemosynam & anime sue redemptionem volebat illos redimere & de carcere eripere, ut liberi possent pergere in suam voluntatem. Et non poterat, sed econtra quotidie misit illis prandium & cenam. Et in quarta feria & in sabbato misit filium suum in carcerem, & eduxit eos ad balneum &

a. *F. addit* illius. — b. *Mb.* venti fuerunt; *C.* venturi fuissent. — c. *C.* illius. — d. *C.* fuissent. — e. *C.* dignatur.

iterum introduxit. Et dominico die ducebat [a] eos ad ecclesiam per mercimonium, ut de rebus venalibus viderent quid eorum mentem delectaret, & ille tunc suo pretio illis obtineret [b] quidquid illorum menti aptum foret. Illi cives urbium curiosi iugiter illuc venire consueverant, illos speculari, qui iuvenes & decori & vestium ornatu induti erant bene.

Tunc, illis in carcere commorantibus, unus homo de Hispania venit & loquebatur cum illis in carcere, & diligenter ab illis inquisivit, qui essent & [c] unde essent. Et illi dixerunt ei omnia secundum ordinem de suo itinere. Ille Hispanus homo habebat fratrem in palatio regis, qui fuit cubicularius regis Sarracenorum. Cumque ille preses, qui eos in carcerem mittebat, ad palatium veniebat, ille [d] Hispanus, qui cum illis in carcere loquebatur, & ille navitor, [e] in cuius navi fuerunt quando pergebant de Cypro, omnes simul venerunt coram rege Sarracenorum, cui [f] nomen Mirmumni. Et cum locutio [g] evenisset [h] de illorum causa, ille Hispanus homo omnia, que illi dixerunt ei in carcere, suo intimavit fratri, & illum rogavit ut regi indicaret [i] & in subsidio illis foret. Post hec itaque, cum omnes isti tres simul coram rege venirent, [j] & omnia iuxta ordinem intimando illi indicarent [k] de eorum causa, ille rex interrogavit, unde essent. Et illi dixerunt: « De occidentali plaga, ubi sol occasum habet, isti homines venerunt & nos nescimus terram ultra illos & nihil nisi aquas ». [l] Et ille rex respondit, eis dicens: « Quare nos debemus eos punire? Non habent peccatum contra nos. Da eis viam, & sine illos abire. » Alij homines, qui in carcere habebantur, debebant censum reddere tremissem; [m]

a. *C.* ducit. — b. quid eorum... obtineret *d. in C.* — c. *Mb.*, *C.* aut. — d. *Mb.* & ille. — e. *Mb.* nautor. — f. *C.* cuius. — g. *C.*, & collocutio. — h. *Mb.* evenerat. i. *Mb.*, *C.* indicasset. — j. *Mb.*, *C.* veniebant. — k. *Mb.*, *C.* indicabant. — l. *C.* illos terra amplius non habetur, nescimus rura citra illos. — m. *Mb.* tremessem.

illis autem fuit dimiſſum.[a] Illi Cypri ſedebant inter Grecos & Sarracenos & inermes fuerunt, quia pax maxima[b] fuit & conciliatio inter Sarracenos & Grecos. Magna & lata regio fuit illa, & duodecim epiſcoporum parochia eſt ibi.

XIII. *Damaſcus, Nazareth, Chana, Tabor mons.*[c]

Confeſtimque illi cum licentia levantes ſe, perrexerunt in *Damaſcum* centum milliaria, & ibi ſanctus Ananias requieſcit. Illud eſt in terra Syrim. Ibi erant unam hebdomadam. Et inde ſunt duo millia, ubi eſt eccleſia, & in illo loco primum converſus eſt Paulus, & Dominus dixit ad illum: *Saule, Saule, quid me perſequeris?* (*Act. Apoſt.*, IX, 5) & reliqua. Et illic orantes ambulabant in Galileam, in illum locum, ubi Gabriel primum venit ad ſanctam Mariam & dixit: *Ave Maria* & reliqua. Ibi eſt nunc eccleſia. Et ille vicus, in quo eſt eccleſia, eſt[d] *Nazareth*. Illam eccleſiam Chriſtiani homines ſepe comparabant a paganis Sarracenis, quando illi volebant eam deſtruere. Et ibi Domino ſe commendantes ambulaverunt inde, & veniebant in villam *Chanam*,[e] ubi Dominus aquam in vinum convertit. Illic eſt eccleſia magna, & in illa[f] eccleſia ſtat in altare una de ſex hydriis, quas Dominus iuſſerat implere aqua, & in vinum verſe ſunt, & de illo communicaverunt vino.[g] Unum diem fuerunt illic. Et inde pergentes venerunt ad montem *Tabor*, ubi Dominus tranſfiguratus eſt. Ibi eſt nunc monaſterium monachorum, & eccleſia Domino conſecrata & Moiſi & Helie. Et illi cives nominant illum locum *Age mons*; illic orabant.

a. *Mb.*, *C.* conceſſum. — b. *Mb.*, *C.* multa. — c. *Titulus d. in Mb.*, *C.* — d. *Mb.* nunc eſt. — e. *Mb.*, *C.* Chanaan. — f. *Hic incipit R.* — g. *al.* vinum.

XIV. Tiberias, Capharnaum, Bethsaida, Magdalum, Chorozain. [a]

Et inde pergebant ad urbem, que vocatur [b] *Tiberiadis.* Illa ſtat in littore maris, ubi Dominus ſuperambulabat ſiccis pedibus, & Petrus, ſuper undam ambulans ad eum, demerſus [c] eſt. [d] Ibi ſunt multe eccleſie & ſynagoga Iudeorum, ſed & magnus [e] honor dominicus. Ibi fuerunt aliquantos dies, & ibi Iordanis tranſit per medium mare. Et inde ibant circa mare & pergebant ſecus vicum [f] *Magdalene.* Et veniebant ad illum vicum [g] *Capharnaum,* ubi Dominus principis filiam ſuſcitavit, ubi fuit domus & murus magnus. [h] Et ſic dixerunt illi homines, quod Zebedeus cum filiis ſuis Iohanne & Iacobo ibi fuerint collocati. Et inde pergebant [i] ad *Bethſaidam :* inde erant Petrus & Andreas. Ibi eſt nunc eccleſia, ubi prius erat domus illorum. Et illic manentes unam noctem, mane pergebant ad *Corozaim,* [j] ubi Dominus demoniacos curavit, & diabolum mittebat in gregem porcorum. Ibi fuit eccleſia Chriſtianorum.

XV. Ior & Dan, Iordanis, paludes Merom, Ceſarea Philippi. [k]

Et ibi orantes, pergebant inde, & veniebant ad locum illum, ubi duo [l] fontes de terra emanant, *Ior* & *Dan,* & tunc, venientes de monte deorſum in unum collecti, faciunt *Iordanem.* Ibi morabantur [m] unam noctem inter duos fontes, [n] & paſtores dabant nobis acrum lac bibere. Et ibi

a. *Titulus d. in Mb., C., P.* — b. *Mb.* dicitur. — c. *Mb., R.* demergatus; *P.* dimerſus. — d. ad eum ... eſt *d. in C.* — e. *Mb.* magna; *P.* magno honore. — f. *Mb., R.,* vico. — g. *Mb., R.* illo vico. — h. *Mb., R.* mura magna. — i. *C.* pergentes. — j. *Mb.* Corazaim. — k. *Titulus d. in C., Mb., P.* — l. *Mb., R.* duos. — m. *Mb., R.* morabant. — n. *Mb., R.* duabus fontibus.

ſunt armenta mirabilia longo dorſo & brevibus [a] cruribus magnis cornibus creata; omnes ſunt unius coloris. Oſtree paludes ſunt ibi profunde. Et quando eſtuali tempore magna ſolis caumatio de celo terram urere [b] ſolet, illa armenta tollentia [c] ſe vadunt ad paludem & demergunt ſe toto corpore, niſi caput ſolum. Et inde pergentes, venerunt ad *Ceſaream,* ubi fuit eccleſia & multitudo Chriſtianorum.

XVI. Monaſterium & eccleſia Sancti Johannis Baptiſte ſecus Iordanem, baptiſmus in hoc fluvio, ſolemnitas Epiphanie. [d]

Et ibi requieſcentes aliquantum temporis, [e] iterum pergebant ad *monaſterium Sancti Iohannis Baptiſte,* & ibi erant fere viginti monachi. [f] Unam noctem ibi manebant. Et inde ibant ſuper unum milliare ad *Iordanem,* ubi Dominus fuit baptizatus. Ibi eſt nunc eccleſia in columnis lapideis ſurſum elevata, & ſubtus eccleſiam eſt nunc arida terra, ubi Dominus fuit baptizatus [g] in ipſo loco. Et ubi nunc baptizant, ibi ſtat crux lignea in medio, & parva derivatio aque [h] ſtat illic & unus funiculus, extenſus ſupra Iordanem, hinc & inde firmatus. Tunc in ſolemnitate Epiphanie infirmi & egroti venientes habent ſe de funiculo, & ſic demerguntur [i] in aquam. Sed & mulieres, que ſunt ſteriles, venientes ibi gratiam Domini merentur. Epiſcopus [j] noſter Willibaldus balneavit ſe ibi in Iordane. Unum diem fuerunt [k] ibi.

XVII. Galgala, Iericho, monaſterium Sancti Euthymij. [l]

Et pergebant inde tunc & veniebant ad *Galgala.* Ibi,

a. *Mb.*, *R.* brevis. — b. *Mb.*, *R.* urire. — c. *Mb.*, *R.* tollentes. — d. *Titulus d. in Mb.*, *P.* — e. *Mb.*, *R.* tempus. — f. *Mb.*, *R.*, *C.* monachorum. — g. ibi eſt nunc...baptizatus *d. in C.* — h. *Mb.*, *C.* atque. — i. *Mb.*, *R.* demergant. — j. *Mb.*, *R.*, *C.* venient (veniunt) ibi epiſcopus. — k. *Mb.*, *R.*, *C.* fuerant. — l *Titulus d. in Mb.*, *C.*, *P.*

ſunt inter quinque [a] milliaria, & duodecim lapides illic ſunt in eccleſia. Illa eſt lignea & non magna. Illic ſunt duodecim lapides, quos tulerunt filij Iſrael de Iordane & portaverunt [b] ad Galgala ſuper quinque milliaria & depoſuerunt [c] ad teſtimonium tranſmigrationis illorum. Et tunc illic orantes, perrexerunt [d] ab *Iericho* ſuper ſeptem milliaria ab Iordane. Ibi erumpebat fons, qui erat ſterilis in imo montis, & fuit inutilis hominibus, antequam veniret [e] *Heliſeus* propheta & ſanctificavit illum. Et poſtea emanavit, atque omnis civitas illa partiebat illum in agros, in hortos & in omnia, ubicumque illis neceſſarium erat, & omne quod irrigat [f] ille fons creſcendo proficit ad ſalutem propter [g] ſanctificationem Heliſei propheta. Inde perrexerunt [h] ad *monaſterium Sancti Euſtochij*. Illud ſtat in medio campo inter Iericho & Ieruſalem.

XVIII. Ieruſalem: eccleſia & cruces in Calvarie loco, hortus cum ſepulcro Salvatoris & mirabili domo. [i]

Et inde venit [j] ad *Ieruſalem* in illum locum, ubi inventa fuerat ſancta crux Domini. Ibi eſt nunc eccleſia in illo loco, qui dicitur *Calvarie locus*. Et hec fuit prius extra Ieruſalem; ſed Helena, quando invenit crucem, collocavit illum locum intra Ieruſalem. Et ibi ſtant nunc tres cruces lignee foris in orientali plaga eccleſie, ſecus parietem, ad memoriam ſancte crucis Dominice & aliorum, qui cum eo crucifixi erant. Illa non ſunt nunc intus in eccleſia, ſed foris ſtant ſub tecto extra eccleſiam. Et ibi ſecus eſt ille hortus, in quo erat *ſepulcrum Salvatoris*. Illud ſepulcrum fuerat in petra exciſum, & illa petra ſtat ſuper

a. *Mb.* ij. — b. *R.*, *C.* deportaverunt. — c. *Mb.*, *R.* ponebant. — d. *Mb.*, *R.*, *C.* pergebant. — e *al.* venit. — f. *Mb*, *R.*, *F.* humidat. g. *C.* poſt. — h. *Mb.*, *R.*, *C.*, pergebant. — i. *Titulus d. in Mb.*, *C.*, *P.* — j. *C.* venerunt.

terram, & eſt quadrans in imo & in ſummo ſubtilis. Et ſtat nunc in ſummitate illius ſepulcri crux, & ibi nunc ſuper[a] edificata eſt mirabilis domus, & in orientali plaga in illa petra ſepulcri eſt oſtium factum, per quod intrant[b] homines in ſepulcrum orare. Et ibi eſt intus lectus, in quo corpus Domini iacebat. Et ibi ſtant in lecto quindecim cratere auree cum oleo ardentes die noctuque. Ille lectus, in quo corpus Domini iacebat, ſtat in latere[c] aquilonis intus in petra ſepulcri, & homini eſt in dextra manu, quando intrat in ſepulcrum orare. Et ibi ante ianuam ſepulcri iacet ille[d] lapis magnus quadrans in ſimilitudine prioris lapidis, quem angelus revolvit ab oſtiola monumenti.

XIX. Willibaldus egrotus, eccleſia ſancta Sion, porticus Salomonis, piſcina Probatica.[e]

Et illuc veniebat in feſtivitate ſancti Martini epiſcopus noſter. Et cito ut illuc[f] venit,[g] cepit egrotare, & iacebat infirmus, uſquedum[h] una hebdomada erat ante natalem Domini. Et tunc quando aliquid recreatus fuit[i] & de infirmitate melius habebatur, ſurgit & abiit ad illam eccleſiam, que vocatur *Sancta Sion.* Illa ſtat in medio Ieruſalem. Illic orabat, & inde ibat in porticum Salomonis. Ibi eſt *piſcina*, & illic iacent infirmi, exſpectantes motionem[j] aque, quando angelus veniret & moveret aquam, & tunc qui primum in illam deſcenderet[k] ſanaretur: ubi Dominus dixit paralytico: *Surge, tolle grabatum tuum & ambula* (*Marcus*, IX, 11).

a. *Al.* ſupra. — b. *Mb.*, *R.* intrabant. — c. *Mb.*, *R.* latera. — d. *Mb. hic deficit.* — e *Titulus d. in C.*, *P.* — f. *R.* illic. — g. *C.*, *R.* veniebat. — h. *F.* uſque. — i. *R.*, *C.* vegetatus (vegitatus) fuerat. — j. *R.* remotionem. — k. *R.* illum aſcenderet.

XX. *Columna memorialis ubi Iudei corpus ſancte Marie tollere voluerunt; tranſlatio eius in ſancta Sion.* [a]

Similiter & ipſe dixit, quod [b] ante portam civitatis ſtaret magna *columna*, & in ſummitate columne ſtat crux ad ſignum & ad memoriam, ubi Iudei volebant tollere corpus ſancte Marie. Cumque illi undecim [c] apoſtoli, tollentes corpus ſancte Marie, portarent illud [d] de Ieruſalem, & ſtatim cum ad portam venirent [e] civitatis, Iudei voluerunt comprehendere illud. Statimque illi homines qui porrigebant [f] brachia ad feretrum & eam tollere conabantur, retentis brachiis, quaſi glutinati, inherebant [g] in feretro, & non poterant ſe movere, antequam Dei gratia & apoſtolorum petitione iterum reſoluti fuerant, & tunc eos reliquerunt. Sancta Maria in illo loco in medio Ieruſalem exivit de ſeculo, qui nominatur *ſancta Sion.* Et tunc apoſtoli undecim [h] portaverunt illam, ſicut prius dixi, & tunc angeli venientes tulerunt illam de manibus apoſtolorum & portaverunt in Paradiſum. [i]

XXI. *Vallis Ioſaphat; eccleſia & ſepulcrum ſancte Marie; eccleſia, ubi Dominus oravit; eccleſia Aſcenſionis in monte Oliveti.* [j]

Et inde deſcendens epiſcopus Willibaldus venit ad *vallem Ioſaphat.* [k] Illa ſtat iuxta Ieruſalem civitatem in orientali plaga. Et in illa valle eſt *eccleſia Sancte Marie,* & in eccleſia eſt *ſepulcrum eius*, non de eo quod corpus eius ibi requieſcat, ſed ad memoriam eius. Et ibi orans, aſcendit in *montem Oliveti,* qui eſt ibi iuxta vallem in orientali

a. *Titulus d. in C., P.* — b. *R.* quia. — c. *C.* xij. — d. *R., C.* portaverunt; *R.* illum. — e. *C.* venerunt. — f. *C.* pergebant. g. *C.* inferebantur. — h. undecim *d. in C.* — i. *R.* Paradiſo. — j. *Titulus d. in C., P.* — k. *C., R.* Iuſſabat.

plaga. Illa vallis eſt inter Ieruſalem & montem [a] Oliveti. Et in monte Oliveti eſt nunc *eccleſia, ubi Dominus* ante paſſionem ſuam [b] *orabat*, & dixit ad diſcipulos: *Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem* (*Matt.*, XXVI, 41). Et inde venit ad *eccleſiam* in ipſo monte, ubi Dominus aſcendit in celum. Et in medio eccleſie ſtat de ere factum, ſculptum ac ſpecioſum, & eſt quadrans. Illud ſtat in medio eccleſie, ubi Dominus aſcendit in celum. Et in medio ereo eſt factum vitreum quadrangulum, & ibi eſt in vitreo parvum cicindulum, [c] & circa cicindulum eſt illud vitreum undique clauſum. Et ideo eſt undique clauſum, ut ſemper ardere poſſit in pluvia & [d] in ſole. Illa eccleſia eſt deſuper patula & ſine tecto, & ibi ſtant due columne intus in eccleſia contra parietem aquilonis & contra parietem [e] meridialis plage. Ille ſunt ibi in memoriam & in ſignum duorum virorum, qui dixerunt: *Viri Galilei, quid ſtatis aſpicientes* [f] *in celum?* (*Act. Apoſt.*, I, 11.) Et ille homo, qui ibi poteſt inter parietem & columnas repere, [g] liber eſt a peccatis ſuis.

XXII. *Locus paſtorum, Bethlehem, ſpelunca & eccleſia Nativitatis Domini.* [h]

Inde venit in locum, ubi angelus paſtoribus apparuit, dicens: *Annuntio vobis gaudium magnum* (*Marc.*, II, 10) & reliqua. Et inde venit [i] in *Bethlehem*, ubi Dominus natus eſt, ſeptem [j] milliariis ab Ieruſalem. Ille locus, ubi Chriſtus natus eſt, quondam fuit ſpelunca ſub terra, & nunc eſt quadrangula [k] domus in petra exciſa, & eſt terra circumquaque effoſſa & inde proiecta. Et ibi ſupra nunc eſt edificata eccleſia. Et ubi Dominus natus eſt, ibi ſtat ſupra nunc

a. montem *d. in C.*, *R.* — b. ſuam *d. in F.* — c. *R.* ciſinſudum; *P.* aſindulum. — d. *F.* ſed &. — e. aquilonis & contra parietem *d. in C.*

f. *R.*, *C.* aſpicitis. — g. repſere. — h. *Titulus d. in C.*, *P.* — i. *C.* venerunt. — j. *C.* vj. — k. *R.* quadrangulus.

altare, & aliud altare minus factum est, [a] ideo quod illi quando volunt ibi intus missam celebrare in spelunca, tollentes illud altare minus, portant ibi intus illud tempore quando missam celebrant, & iterum levant illud foras. Illa ecclesia, ubi Dominus natus est, que ibi supra stat, est in similitudine crucis edificata gloriosa domus.

XXIII. *Thecua, laura & monasterium Sancti Sabe.* [b]

Et ibi orantes, pergebant inde, & venerunt in villam magnam, que vocatur *Thecua,* ad illum locum ubi infantes quondam occisi fuerant ab Herode. Ibi est nunc ecclesia, & ibi requiescit unus de prophetis. Et tunc venit inde in *vallem Lauram.* [c] Ibi est monasterium magnum, & ibi sedet abbas ad monasterium [d] & ille ianuarius ecclesie aliique monachi multi, [e] qui ibi sunt in ipso monasterio, & sedent circa vallem in imo rupis montis. Et habent illi excisa [f] in saxosa rupe montis parva receptacula [g] ubi & ubi. Ille mons est in gyro circa vallem. Et *monasterium* est edificatum in valle, & ibi requiescit sanctus Saba.

XXIV. *Ecclesiola, ubi Philippus eunuchum baptizavit, Gaza, sanctus Matthias, sanctus Zacharias, Hebron.* [h]

Inde venerunt ad locum, *ubi Philippus baptizavit eunuchum.* Et ibi est ecclesia parva in valle magna inter Bethlehem & Gazam. [i] Et inde ibant ad *Gazam,* ubi est sanctus locus. Et illic orantes ibant ad *sanctum Matthiam.* Ibi est magna gloria dominica. Cumque sacra missarum solemnia ibi fuissent [j] celebrata, episcopus noster Willi-

a. *R.* altarius minor factus est. — b. *Titulus d. in P.* — c. *R.* laura. — d. *R.* ecclesia. — e. multi *d. in C.* — f. *R.* illis excisum. — g. *R.* parvas receptaculas. — h. *Titulus d. in C., P.* — i. *R.* gam. — j. *C.* fuerant.

baldus, ſtans ibi ad miſſam, lumen oculorum amiſit & cecus fuit duos menſes. Et inde ibant ad *ſanctum Zachariam* prophetam, non patrem Iohannis, ſed alium prophetam. Et inde ibat ad *caſtellum Aframia*. Ibi requieſcunt[a] tres patriarche, Abraham, Iſaac & Iacob, cum uxoribus ſuis.

XXV. *Ieruſalem, Dioſpolis (ad Sanctum Georgium), eccleſia Sancti Petri in Ioppe, mare Magnum, Tyrus, Sidon, Tripolis, Libanus mons, Damaſcus, Ceſarea Philippi.*[b]

Et inde venit iterum in *Ieruſalem*, & introiens in eccleſiam, ubi ſancta crux Domini inventa fuerat, aperti ſunt oculi eius & viſionem recepit. Et ibi aliquantulum[c] manens, pergebat inde & venit[d] in locum *Dioſpolim* ad ſanctum Georgium. Illud eſt decem milliariis ab Ieruſalem. Et inde venit ad aliam villam. Ibi eſt *eccleſia Sancti Petri* apoſtoli, & illic ſuſcitavit viduam ſanctus Petrus, que fuit nominata Dorcas.[e] Et ibi orans, pergebat & venit ad *mare Adriaticum*, longe ab Ieruſalem, ad urbes *Tyrum* & *Sidonem*. Sex milliaria ſunt inter illas duas urbes, & ſtant in littore maris. Et inde venit ad urbem *Tripolim*[f] in littore maris. Et inde pergit ſuper *Libanum montem*, & venit in *Damaſcum*.[g] Et inde venit ad *Ceſaream*.

XXVI. *Ieruſalem, Emeſa, Salamaida, ubi diu infirmus, iterum Emeſa, Damaſcus.*[h]

Et inde venit tertia vice ad *Ieruſalem*, & ibi fuit totam hiemem. Et inde pergit ſuper ccc millia ad urbem *Emeſam*[i] in Syria & inde venit ad urbem *Salamaitha*. Illa eſt

a. *C.*, *R.* requieſcent. — b. *Titulus d. in C.*, *P.* — c. *C.* aliquantum. — d. *C.* venerunt. — e. *R.* Dorca; *C.* Dorchas. — f. *R.*, *C.* Tripole. — g. *R.* Damaſco. — h. *Titulus d. in C.*, *P.* — i. *C.* Emeſiam.

in extremis finibus Syrie,[a] & ibi erat ille totum quadragesime[b] tempus, quia infirmus fuit & non poterat pergere. Socij eius, qui cum eo erant in comitatu, perrexerunt[c] ad regem Sarracenorum, nomine Murmumni, & voluerunt rogare illi epistolam, ut pergerent, & non poterunt invenire regem, quia [d] ipse fugerat foras extra regionem illam infirmitatem atque cladem, que erat super regionem illam. Cumque illi non invenirent[e] regem, veniebant iterum, & illic morantes simul in *Salamaitha*, usquedum una esset hebdomada ante Pascha.

Tunc venerunt iterum ad *Emesam*,[f] & rogaverunt illum presidem dare illis epistolam. Et dedit illis epistolam,[g] duobus & duobus, quia illi non poterant[h] simul pergere, sed duo & duo, [i] quia facilius sic potuerunt alimenta obtinere illic. Et tunc venerunt in *Damascum*.

XXVII. *Ierusalem, Sebastia, ecclesia super puteum ubi Dominus aquam postulavit a Samaritana, mons Garizim, villa magna.*[j]

Et inde quarta vice venerunt [k] ad *Ierusalem*. Et ibi manentes aliquantum tempus, venerunt ad urbem *Sebastiam*, que prius erat *Samaria* vocata. Sed postquam illa confracta fuerat, construebant iterum unum castellum,[l] ubi prius erat Samaria, & vocabant illud castellum Sebastiam. Et ibi requiescunt[m] nunc sanctus Iohannes Baptista & Abdias & Heliseus propheta. Et ibi est puteus ille prope castellum, ubi Dominus postulavit aquam bibere a Samaritana muliere. Et super illum puteum nunc est ecclesia,

a. *C.* Sitium; *R.* Sirium. — b. *C.* quadragesimale; *R.* quadragesimi — c. *C.* pergerunt. — d. *R.* qui. — e. *R.* invenientes; *C.* invenissent. — f. *C.*, *R.* mesam. — g. epistolam *d. in C.* — h. *Hic rursus incipit Mb.* — i. *Mb.*, *R.*, duos & duos. — j. *Titulus d. in Mb.*, *C.*, *P.* — k. *C.* venit. — l. *R.*, *Mb.* & *inferius* unam castellam. — m. *Mb.*, *R.* requiescent.

& ille mons eſt ibi, in quo adorabant[a] Samaritani. Et illa mulier dixit ad Dominum : *Patres noſtri in monte hoc adoraverunt, & tu dicis, quod in Hieroſolymis eſt locus, ubi adorare oportet* (*Ioan.*, IV, 20). Tunc illic orantes, perrexerunt[b] ſuper Samaritanorum regionem in extremis finibus illorum[c] in villam magnam unam. Ibi erant unam noctem.

XXVIII. *Campus Eſdrelon, Ptolemaida, promontorium Album cum turri Libani, Tyrus, fraudatio cum petre oleo.*[d]

Et inde perrexerunt[e] ſuper *campum magnum* olivarum plenum, & pergit cum illis unus Ethiops cum duobus camelis & uno mulo, qui ducebat unam mulierem per ſilvam. Cumque perrexiſſent, obviavit illis unus leo, qui, aperto ore, rugiens rancuſque eos rapere ac devorare[f] cupiens, valde minabatur[g] illis. Tunc ille Ethiops dixit ad illos : « Nolite timere vos, ſed pergamus inante. » Statimque illi pergentes appropinquaverunt ad illum. Aſt ille cito, omnipotentis altithroni Dei adminiculo, in aliam partem divertit, & latabat illis viam, ut pergerent. Et ſic dixerunt, ut poſteaquam inde pergebant, poſt puſillum audiebant illum leonem magnum mugitum dare, ita ut rancus multos devoraret illorum hominum, qui pergebant olivarum colligere fructus. Inde[h] pergentes venerunt ad urbem, que vocatur *Talamaida*,[i] in littore maris. Et inde ambulantes venerunt ad *caput Libani*, ubi ille mons in mare vadit, & eſt promontorium. Ibi eſt[j] *turris Libani*. Et qui illuc venerit non habens cartam, non pertranſiret[k] locum, quia in cuſtodia eſt ille locus, & eſt clauſtrum;

a. *C.* adorant. — b. *Mb.*, *R.* pergerunt. — c. *C.* eorum. — d. *Titulus d. in Mb.*, *C.*, *P.* — e. *Mb.*, *R.* pergebant. — f. *R.* ad devorare. — g. *Mb.*, *R.* minavit. — h. *Mb.*, *R.* cumque. — i. *Mb.* Thalamaida; *C.*, *R.* Thalamaitha. — j. ibi eſt *d. in C.* — k. *C.* pertranſiet ; *F.* pertranſit.

ſed cito ſi venerit ſine charta, tollunt[a] illum cives & mittunt ad urbem Tyrum. Ille mons eſt inter Tyrum & Talamaidam. Et tunc venit iterum epiſcopus ad *Tyrum*.

Epiſcopus Willibaldus prius, quando erat in Ieruſalem, emebat ſibi balſamum & replebat[b] unam munerbam. Tollit unam canam, que fuit concava & habuit imum.[c] Illam replevit de petre oleo, & fecit intus in munerbam, & ſecuit[d] illam cannam parem munerbe, ita ut in margine ambe eſſent ſimiles plane & ſic claudebat os munerbe. Cumque veniſſent illi ad urbem Tyrum, illi cives urbis tollentes eos conſtringebant & omnem ſcirſam eorum exquirebant, ut reperirent, ſi aliquid habuiſſent abſconditum, & ſi aliquid inveniſſent, cito illos punientes martyrizarent. Cumque omnia exquirentes nihil inveniſſent[e] niſi unam[f] munerbam, quam habuit Willibaldus, illam aperientes odorabant, quod intus fuiſſet. Cumque odorabant petre oleum, quia intus in canna fuerat ſupra, & balſamum, quia[g] intus erat in munerba ſubtus petre oleum, non reperierunt, & ſic eos reliquerunt.

XXIX. *Conſtantinopolis*, *Nicea.*[h]

Multos dies erant ibi exſpectantes navim, quando parata fuerat. Et poſtea tunc navigaverunt totam[i] hiemem,[j] a natali ſancti Andree apoſtoli uſque unam hebdomadam ante Paſcha.[k] Tunc venerunt in *Conſtantinopolim* urbem, ubi requieſcunt tres ſancti, Andreas & Timotheus & Lucas evangeliſta, in uno altari. Et Iohannes, ille *os aureum*, requieſcit ibi coram altari; ubi presbyter ſtat, quando miſſam facit, ibi eſt ſepulcrum eius. Ibi erat[l]

a. *Mb.* tollent. — b. *C.*, *R.*, *Mb.* replevit. — c. *Mb.* linum. — d. *Mb.* ſtatuit; *R.*, *C.* ſecavit. — e. *Mb.*, *R.*, *C.* invenerunt. — f. unam *d. in F.* — g. *C.* qui. — h. *Titulus d. in Mb.*, *C.*, *P.* — i. *Mb.*, *C.* totum. — j. *R.*, *C.*, *Mb.* gemem; *hic definit R.* — k. *Hic rurſus definit Mb.* — l. *C.* fuit.

episcopus noster duos annos, & habebat receptacula intus in[a] ecclesia, ut quotidie[b] posset[c] aspicere, ubi sancti requiescebant. Et inde venit ad urbem *Niceam*,[d] ubi olim habebat cesar Constantinus synodum. Et ibi fuerunt ad synodum[e] trecenti decem & octo[f] episcopi: illi omnes habebant synodum. Et illa ecclesia similis est[g] illi ecclesie in monte Oliveti, ubi Dominus ascendit in celum. Et in illa ecclesia erant imagines episcoporum, qui erant ibi in synodo. Et ille Willibaldus pergebat illuc a Constantinopoli, ut videret quomodo esset facta illa ecclesia, & iterum remeavit ad Constantinopolim.

XXX. *Syracuse, Catana, Rhegium, infernus Theoderici in insula Vulcani.*[h]

Et post duos annos, navigaverunt inde cum nuntiis pape & Cesaris in insulam Siciliam, ad urbem *Siracusam.*[i] Et inde venit ad urbem *Catanam*, & inde venit ad *Regiam*, civitatem in Calabria. Et inde navigaverunt ad insulam *Vulcaniam*. Ibi est *infernus Theoderici*. Cumque illuc venissent,[j] ascendebant de navi, ut videret qualis esset infernus. Statimque Willibaldus curiosius volens videre, qualis esset intus ille infernus, volebat ascendere in montis cacumen, ubi infernus subtus erat, & non poterat, quia faville de tetro Tartaro[k] usque ad marginem ascendentes glomerate illic iacebant, & ad instar nivis, quando de celo nivans candidas[l] nivalesque cadentes catervas de aeriis etherum arcibus coacervare solet, ita faville coacervate in apice montis iacebant, & ascensum Willibaldi prohibebant. Sed tamen tetram atque terribilem horrendamque

a. *C.* intra. — b. *C.* cottidie. — c. *C.* potuisset. — d. *C.* Nicenam. — e. ad synodum *d. in C.* — f. *C.* cccxvij. — g. est *d. in F.*

h. *Titulus d. in C., P.* — i. *F.* Saracusam. — j. *C.* veniebant. — k. Tartaro *d. in C.* — l. *C.* nivalis candiditas.

eructuantem de puteo flammam erumpere videbat, ad inftar tonitrui tonantis. Sic flammam magnam & fumi vaporem valde fublimem [a] in altum afcendentem terribiliter intuebatur. Ille pumex, [b] quem fcriptores habere folent, illum videbat de inferno afcendentem & cum flamma proiectum atque in mare arcitum & tunc iterum de mari proiectum in aridam, & homines tollunt eum & inde ducunt.

XXXI. *Infula Lipara cum ecclefia Sancti Bartholomei apoftoli, dein montes Didymi, Neapolis, Capua, Teanum, Cafinum.* [c]

Statimque poft iftos horribiles feu terribiles ignes flagrantie vaporibus flammivomis & fumifetidis mirabilis, vifionum fpectaculis exploratis, inde levantes fe navigaverunt ad *ecclefiam Sancti Bartholomei* apoftoli, que ftat in littore maris, & venerunt ad illos montes, qui funt nominati *Didymi*. Et ibi orantes manebant unam noctem illic. Et inde navigantes venerunt ad urbem, que vocatur *Neapolis*. Ibi erant multos dies. Ibi eft fedes archiepifcopi, & magna dignitas eius illic habetur. Et ibi eft prope caftellum, ubi requiefcit fanctus Severinus. Et inde venit ad urbem *Capuam*. Et ille archiepifcopus mifit eum ad aliam urbem, ad illum epifcopum. [d] Et ille epifcopus mifit eum ad urbem *Tianam* [e] ad illum epifcopum. Et ille epifcopus mifit eum ad *Sanctum Benedictum*. Tunc erat autumnus, quando venit ad Sanctum Benedictum.

XXXII. *Monafterium Sancti Benedicti, amnis Rapidus, vita cenobialis.* [f]

Et tunc fuerant feptem anni, quod de Roma tranfire cepit, & omnium [g] erant decem anni, quod de patria fua

a. *F.* fublime. — b. *C.* fomex. — c. *Titulus d. in C., P.* — d. ad illum epifcopum *d. in C.* — e. *C.* Tuana. — f. *Titulus d. in C., P.* — g. *C.* omnino.

tranſivit.[a] Cumque venerandus vir Willibaldus & Tidberchtus,[b] qui cum eo pergebat per omnia, perveniebant[c] ad *Sanctum Benedictum*, non reperiebant ibi niſi paucos monachos & abbatem nomine Petronacem. Statimque ille magno mentis moderamine & dogmatum ingenio felicem fratrum contuberniam,[d] ſedulis diſputationibus admonitus,[e] non ſolum verbis, ſed morum venuſtate[f] viſitando docebat, & recte conſtitutionis[g] formam & cenobialis vite normam in ſemetipſo oſtendendo prebebat, ita ut omnium amorem ſeu timorem in ſeipſum provocando accerſiret. Et in primo anno illuc veniens, cubicularius fuit eccleſie, & in ſecundo erat decanus in monaſterio & poſtea octo[h] annos fuit portarius in duobus monaſteriis; quatuor annos erat portarius in illo monaſterio, quod ſtat ſupra in monte valde excelſo, & alios quatuor erat in alio monaſterio, quod infra ſtat iuxta amnem *Rapidum*.[i] Et ab illo monaſterio ſunt duo[j] milliaria ad alium monaſterium, quod ſtat in monte.

Tranſacta itaque tunc [k]decem annorum intercapedine, venerandus ille vir Willibaldus, ſacram ſancti Benedicti regularis vite inſtitutionem, quam omnipotentis Dei auxilio illorumque adminiculo, quos ſuper longa locorum ſtadia & ſuper vaſtas marginum vias in redemptionem anime & in opem preſentis vite requirebat, omni modo, prout fore[l] poſſit, obſervare conabatur. Et non ſolum ipſe, ſed & alios cum illo[m] in veneranda regularis vite veſtigia preeundo perducebat.

a. *C.* tranſibat. — b. *C.* Theodeberchtus; *P.* Diapertus. — c. *C.* permeabant. — d. *C.* felix f. contubernium. — e. *C.* diſputationum admonitionibus. — f. *Sic ed.*; *F.* moribus venuſtatis; *C.* moribus veritatis. — g. *C.* inſtitutionis. — h. *C.* ſeptem. — i. *C.* Rapitho. — j. *C.* quinque. — k. *C.* tamen. — l. *C.* ferre. — m. *C.* ipſo.

XXXIII. *Roma, coram papa peregrinatio breviter perſtringitur.* [a]

Poſt hec itaque unus [b] presbyter, qui, de Hiſpania veniens, ad Sanctum Benedictum ibi manebat, licentiam rogabat ab abbate Petronace ad Romam pergere. Statimque ille, licentia poſtulata, rogabat Willibaldum, ut cum eo pergeret & illum duceret ad Sanctum Petrum. Et ille ſtatim [c] petitionibus eius conſenſum ſeu effectum [d] promittebat. Cumque illi pergerent, [e] ad *Romam* venerunt, atque illico baſilicam Sancti Petri intrantes, ſacra celeſtis clavicularij poſtulaverunt preſidia illiuſque ſe commendabant pio [f] precum patrocinio. Tum ille ſacer apoſtolice ſedis pontifex, Gregorius III, venerandum virum Willibaldum illic eſſe comperiens, precepit illum ad ſe venire. Cumque illic veniſſet ad ſanctum ſummi ſacerdotij [g] pontificem, ſtatim prono vultu in terram ſe vergebat & illum ſalutabat. Protinuſque ille pius populorum ſpeculator piis verborum viciſſitudinibus itineris ſui ordinem inveſtigare cepit ab illo: quomodo ſeptuplum annorum calculum in externis terminis telluris probando peragraret, aut quomodo per multa temporum ſpatia pernicioſas paganorum pravitates penetrando evaderet, diligenter ab illo ſciſcitabatur.

Statimque tunc [h] ille agilis Chriſti vernaculus glorioſo gentium gubernatori, ſapienti ſermonum induſtria humiliter ediſſerendo, ſeriem ſui itineris ex ordine intimavit: quali modo multas migrando mundi iſtius permeavit manſiones, & quomodo almum altiſſimi etherum plaſmatoris natalem [i] adventus ſui locum in Bethlehem adorando, opem poſtulando luſtrandoque perambulabat, &

a. *Titulus d. in C., P.* — b. *F.* tunc. — c. ſtatim *d. in C.* — d. ſeu effectum *d. in C.* – e. *C.* pergentes. f. pio *d. in C.* — g. *C.* ſacerdotalis ſedis. — h. tunc *d. in C.* — i. natalem *d. in C.*

nihilominus aliam baptiſmatis eius terram in Iordane ſpeculando ſeque balneando viſitabat, ſed & in Ieruſalem ſicque in ſanctam Sion, ubi ſacer ſeculorum Salvator in cruce ſuſpenſus peremtus eſt atque ſepultus, & poſtea in monte Oliveti in celum aſcendit. Iſtic quatuor vicibus veniendo orabat & Domino ſe commendabat. Iſta omnia illi intimando explanabat. [a]

XXXIV. *Papa ad ſanctum Bonifacium proficiſci hortatur.* [b]

Poſtquam hec omnia delectabilibus verborum ſermocinationibus inter ſe fabulantes [c] volutabant, ſacer ille ſummuſque apoſtolicus pontifex ſobriis ſermonum indiciis teſtando intimavit Willibaldo, quod ſanctus Bonifacius [d] rogabat illum, ut ipſum Willibaldum a Sancto Benedicto ad illum adducere [e] pervenireque feciſſet, & ſic illum tunc ſubſummatim ad illum in gentem erudiendam Francorum cooperando efficeret. [f] Cumque iſta [g] ſancti Bonifacij votiva voluntatum deſideria dominus apoſtolicus papa Gregorius III Willibaldo indicavit, aſt placidis illum exhortationum oraculis rogando ſeu precipiendo arceſſivit, ut ad ſanctum Bonifacium veniret. Tunc ille inclitus Chriſti athleta [h] Willibaldus petitionibus pontificis ſimulque iuſſionibus ſe ſolerter ſubſummatim effectum ſeu obedientiam perficere promittebat, ſi ſecundum regularis vite diſciplinam licentiam illi a ſuo poſtularet abbate. Statimque ſummus ille ſancte auctoritatis pontifex reſpondit, illumque ſine ſollicitudinis ambiguitate ſecurum cum ſue iuſſionis licentia obedientialiter pergere precepit, dicens: « Quia ſi illum ipſum abbatem Petronacem uſpiam tranſ-

a. *Ab* iſta omnia *uſque ad finem cætera deſunt in C.* — b. *Titulus d. in C.* — c. *hic denuo incipit Mb.* — d. *Mb.* Ponefatius. — e. *Mb.* Benedicto adduci. — f. *Mb.* perficeret. — g. *ſic Mb.*; *al.* itaque. — h. *Mb.* anthletus.

mittere me libet, certe contradicere mihi licentiam non habet nec poteſtatem. » Confeſtimque tunc Willibaldus ſacris ſermonum exhortationibus conſenſum atque effectum ſe ſpontanee perpetrare reſpondit. Et tamen non ſolum ibi, ſed ubique in omni terrarum loco, quocunque illum tranſmittere dignaretur, devote ſine deſide differentia, ſecundum ſue voluntatis arbitrium, ſe pergere ſpondebat.

XXXV. *Profectio Lucam, Ticinum, Brixiam, Cartam, ad Odilonem, ad Suidger, ad Linthard, ad ſanctum Bonifacium, Eihſtat, ubi eccleſia Sancte Marie.* [a]

Poſt hec tunc, finitis oraculorum fabulis, pergebat inde Willibaldus in paſcha, qui illuc veniebat in natale ſancti Andree, & Tidberchtus [b] manebat ibi ad Sanctum Benedictum. Et veniebat ad *Lucam*, ubi pater eius requieſcebat. Et inde venit ad *Ticinie* [c] urbem & inde ad urbem *Brixiam*. Et inde venit ad locum, qui dicitur *Carta*. Et tunc venit ad ducem Odilonem, & ibi fuit [d] unam hebdomadam. Et inde venit ad Suitgarium, & ibi fuit cum illo unam hebdomadam. Et inde perrexerunt ad Linthard Suitgarius [e] & Willibaldus ad ſanctum Bonifacium. Et miſit illos ſanctus Bonifacius ad *Eihſtat*, ut videret quomodo ſibi placeret. Illam regionem Eihſtat Suitgarius tradidit [f] ſancto Bonifacio, in redemtionem anime ſue, & ſanctus Bonifacius tradebat noſtro epiſcopo Willibaldo illam regionem, que adhuc erat tota vaſtata, ita ut nulla domus ibi eſſet, [g] niſi illa eccleſia Sancte Marie, que adhuc ſtat ibi, minor quam alia eccleſia, quam poſtea Willibaldus ibi conſtruxerat.

a. *Titulus d. in P., Mb.* — b. *Mb.* Tidbertus. — c. *Mb.* Tichine. d. *Mb.* erat. — e. *Mb.* Suithgar. — f. *Mb.* tradebat. — g. *Mb.* erat.

XXXVI. *Frisinga, Eihstat, Willibaldus in presbyteratum creatus.* [a]

Cumque ibi manerent [b] duo simul ad Eihstat aliquantulum temporis inducium Willibaldus atque Suitgarius, almumque ibidem habitationis locum explorando eligerent, [c] postea iterum pergebant ad sanctum Bonifacium ad *Frigisingum*, & ibi erant cum illo, usquedum omnes simul iterum veniebant ad Eihstat. Et ibidem tunc illum Willibaldum consecravit sanctus Bonifacius in presbyterialis [d] dignitatis gradum. Ipso die, quo episcopus noster Willibaldus consecratus est in presbyteratum, undecimo calendas augusti fuit, ad natalem sancti Apollinaris & sancte Marie Magdalene.

XXXVII. *Thuringia, in Sulzebrucge, sacerdotali infula ditatur. Nonnulla ad prologum spectantia interserta.* [e]

Et postquam unius anni transibat circulus, sanctus Bonifacius precepit illi, ut in Thuringiam [f] ad se veniret. Statimque venerandus ille vir Dei Willibaldus [g] secundum iussionem sancti viri in *Thuringiam* veniebat & in domo fratris sui sancti Wunebaldi hospitalitatis mansionem habebat, quia illum iam prius octo annorum spatio & nono dimidio ab eo, quod de Roma pergebat, non vidit. Et iam tunc videndo gaudebant & conventionem gratulabantur ambo. Illud fuit autumnale anni tempus, quando Willibaldus veniebat in Thuringiam. Statimque posteaquam illuc veniebat, sanctus Bonifacius archiepiscopus atque Burchhardus & Wizo sacra episcopatus auctoritate illum ordinando consecraverunt. Ast ibidem tunc, cum

a. *Titulus d. in Mb., P.* — b. *Mb.* manebat. — c. *Mb.* elegebant & postea. — d. *Mb.* prespiteratum. e. *Titulus d. in Mb., P.* — f. *Mb.* Thyringeam. — g. *Nova & ultima in Mb. lacuna.*

ſummo ſacerdotalis inſule ditatus erat honore, unam erat hebdomadam, & poſtea iterum ad predeſtinatum manſionis ſue locum remeabat. Ille Willibaldus, quando in epiſcopatum conſecratus erat, habebat quadraginta annos & unum. Et tunc erat autumnale tempus. Circa illam fere horam, tribus hebdomadibus ante natale ſancti Martini, in epiſcopatum conſecratus eſt in loco, qui dicitur *Sulzebrucge.*

Tranſacto atque terminato prolixi itineris meatu Willibaldi, quem ille ſagax in ſeptem annorum induciis luſtrando adibat, illa nunc reperta & ex ritu rimata explanare intimareque conabamur, & non ab alio reperta, niſi ab ipſo audita & ex illius ore dictata perſcripſimus in monaſterio Heidenheim, teſtibus mihi diaconis eius & aliis nonnullis iunioribus eius. Ideo dico hoc, ut nullus iterum dicat frivolum fuiſſe.[a]

XXXVIII. *In Eihſtat monaſterium conſtruitur, vita ſecundum regulam ſancti Benedicti inſtituitur.*[b]

Poſtquam ille de Roma in iſtam veniebat provinciam cum tribus contribulibus ſuis, tunc quadraginta & unius annorum etate, iam gnarus & grandevus, ſacri epiſcopatus gradum accepit, & in loco, qui dicitur *Eihſtat*, monaſterium conſtruere incipiebat, atque ocio ibidem ſacram monaſterialis vite diſciplinam in uſum prioris vite, quod videndo ad Sanctum Benedictum, & non ſolum ibi, ſed & in aliis multis monachorum manſionibus, quas ipſe ſolers & ſophyrus vaſta per rura rimando explorabat, illorum, κατὰ normam venerande vite, converſationem in ſemetipſo oſtendendo exercebat. Et cum paucis ad-

a. *In P. alia quædam ſeculi XV manus hæc adiecit:* Hic coniici datur ſ. Balpurgam ſcripſiſſe hanc legendam, quia etiam in prologo afferit ſe eſſe de parentela ſ. Billibaldi. — b. *Titulus d. in P.*

huc ibidem operariis latum atque ſpatioſum divine ſegetis campum, ſacra ſuperni verbi ſata ſerendo, uſque ad meſſem perducebat. Et ſicut apes prudentiſſime, que per purpurea violarum virecta & per fulvos frondium floſculos & per olida olerum florida letalem liquantes toxicam & ſuaviſſimum ſorbentes ſuccum nectaris, & ſic cruribus & toto corpore referta ad alvearia geſtando properant: ſic & ille beatus barilion Willibaldus in omnibus, que late luſtrando propriis cernebat luminibus, optima eligendo arripiebat, arripiendoque omnibus ſibi ſubditorum phalangibus recte converſationis ſtudium bene vivendo in verbo, in vitiorum obſtaculis, in pietate, in bonitate, in patientia, in abſtinentia peritus prolatam prebebat normam.

XXXIX. *Undique ad apoſtolum Baioariorum confluunt.* [a]

Aſt cito poſtquam ille ſtrenuus almi Dei athleta monaſterialem manſionis locum inhabitare cepit, ſtatim undique de illis regionum provinciis & nihilominus de aliis longinquis regionum limitibus ad ſaluberrimum eius ſapientie dogma [b] confluere ceperunt, quos ille quodammodo omnes, ut gallina que ſub alis ſolet ſuos tegendo enutrire fetus, ita ille pater Willibaldus & mater Eccleſia plures per evum ſue pietatis parma protegendo, Domino deferebat adoptivos natos. Et quemadmodum alumnus ſuos alere ſolet infantes, ita & ille enutriendo divineque pietatis lacte leniter lactando paſcebat, uſquedum illi confoti & de infantia eruditi eleganterque edocti uſque ad iuvenilem pulchre indolis pubertatem pervenerunt, [c] & nunc, ſecundum magiſtri precedentis exemplum, ſancta ſectantes dogmatum [d] dona, multis micant adminiculis. [e]

a. *Titulus d. in P.* — b. *Inde rurſus Mb.* — c. *Mb.* peruenti ſunt. d. *Mb. addit* eius. — e. *Mb.* adminicula.

XL. *Cum innumeris magiſtratibus populus acquiritur; laus Deo & Willibaldo.* [a]

Et ille Willibaldus, qui cum paucis adprimitus ſatellitum ſubſidiis ſancte converſationis inchoaverat exercitium & tandem cum innumeris aulatium magiſtratibus [b] multiformiter militando Domino dignum acquiſivit populum. Et late ille per Baioariorum provinciam [c] aratra trudendo, ſata ſerendo, meſſem metendo cum multis meſſorum operariis per vitreos Baioariorum campos cum eccleſiis atque presbyteriis ſanctorumque reliquiis digna Domino delibat dona. Inde nunc antiphone crepitant, inde lectiones reſultant, inde nunc clara credentium turba, ſancta ſtrepitant Chriſti miracula, & celeberrima conditoris gratulabundi garrulant preconia. Quid dicam nunc de Willibaldo, meo [d] magiſtro & veſtro alumno? Quis illo pietate preſtantior, humilitate excellentior, patientia purior, continentia rigidior, manſuetudine maior? Cui ille unquam hic in triſtium ſolatio poſterior, & cui ille in pauperum opitulatione inferior aut in nudorum [e] habitu tardior? Iſta omnia non ad iactantiam dicta, ſed ſicut vidi & audivi, Dei gratia, non hominis facta, qui ſecundum Apoſtolum: *Qui gloriatur,* [f] *in Domino glorietur* (I *ad Corint.*, I, 31).

a. *Titulus d. in Mb., P.* — b. *Mb.* magiſtratu. — c. *Mb.* per vaſtam Baiuuuariorum. — d. meo *d. in Mb.* — e. *Mb.* nudium. — f. *Mb.* glorietur.

XI

ANONYMUS

ITINERARIUM S. WILLIBALDI

ANONYMUS

ITINERARIUM S. WILLIBALDI [1]

* * *

PRESUL igitur Willibaldus, angelice caſtitatis inſtar, *de genere Anglorum* emicuit oriundus. Cumque egregie indolis puer cum maxima parentum ſpe iam triennium clauderet, morborum incommodis ſubito intabuit; *ſpectabile oris decus feda tenuatum macie defloruit.* Ulcerati dolore parentes, quod unicum tunc reſtabat, eum *vix patulo ore aëra trahentem* eccleſie inferentes, ante adorandam ſanctam crucem poſuerunt, & ſi ad ſalutem recrearetur, eum divine mancipandum ſervituti devoverunt. Piis ſtatim votis effectum merentibus, puero *cum ſalute prior oris decentia rediit*, & abſolute valetudini reconciliatus *prematuris pollere cepit virtutibus.*

II. Hoc igitur omine *parentes Deum aliquid magni in tante indolis puero operaturum percipientes*, ſibi non defuerunt, ſed filium ſuum vix quinquennem monachice diſtrictioni apud monaſterium *Waltheim* dictum, ſub venerando abbate Egilwardo, dedicaverunt. Litteris ergo applicitus nec momentum temporis otio indulſit, ſed brevi

Waltheim.

[1] Quæ Italicis impreſſa ſunt typis in ſola anonymi relatione repperiuntur.

ſolertiſſimus prelatus pectus ſuum hagiographie armarium fecit, & ut Chriſtum in omnibus exprimeret, quidquid divini, quidquid legis eccleſiaſtice legendo percepit, hoc moribus & habitu fideliter aſſequendo implevit. In ſingulis ergo virtutibus iam excellentiſſime eminens, ita enituit perfectiſſimus in Chriſto, ut nil cogitaret, niſi eſſe cum Chriſto.

III. *Quamvis ergo iam abnegato ſeipſo, mundum tam mente, quam habitu calcaſſet, timere tamen deeſt perfectioni, quod in natali ſolo parentele dignitas aliquantulum fame & honoris ſibi, licet nolenti, addidit;* decreverat patriam egredi, & tam ignotus quam egens pro Chriſto peregrinari. Et ne ſolus ex ſuis Chriſti militie adſcriberetur, *patrem nomine Richardum, genere & rebus clarum,* adiit, eique mundi contemtum & peregrinationem ſuadere cepit. Qui, cum obiceret filio ſibi videri crudeliſſimum & omnino ab humanitate alienum filios orbare, coniugem viduare, domum totam deſolare, inſtillavit ei ſanctus Willibaldus nil divino amori preponendum, hanc pro Chriſto crudelitatem omni pietate humaniorem ſoloſque mundi contemtores Chriſti futuros coheredes. Victus demum veridici filij narratione, ſe obtemperaturum & quocunque a caro duceretur pignore ſecuturum promittit. *Incenderat & idem felix ardor ſancti Willibaldi fratrem Wunebaldum, Heidenheimenſis cenobij conſtructorem & abbatem futurum, necnon & amborum ſororem, virginum decus, Walpurgam multoſque eiuſdem non ſolum cognationis, ſed & patrie, ut, capto crucis vexillo, nudi evolarent ſecuturi regem glorie.*

IV. Anno in eſtatem vernante, cum ventis patientibus prima fides arrideret pelago, ſancti fratres Willibaldus & Wunebaldus cum patre *Richardo & ſorore Walpurga* aliiſque non paucis, *in quorum pectoribus idem fervebat ardor,* navi conſcenſa, iter optatum arripiunt, &, ventis feliciter

ſubſequentibus, ripam fluminis Sigone iuxta urbem, que vocatur *Rotum*, appulerunt. Inde Romam tendentes, *Lucam*, *Tuſcie* urbem, devenere, ibique patrem ſuum carne ſolutum & premia, que obſecutus filio meruit, adeptum in cemeterio *Sancti Preſciani* ſepeliere. Hinc deſideratam diu *Romam* pervenientes, lacrimoſa devotione a principibus apoſtolorum indulgentiam exoraverunt, ibique ſanctorum loca in illis partibus ſita viſitantes ſeque quotidie Deo in ara cordis mactantes, a feſtivitate ſancti Martini uſque ad Paſcha, ſeva excocti infirmitate, ſuſtinuerunt. Interim tamen ſancti fratres hoc, Deo providente, ſortiti ſunt ſolatium, ut cum unus unam ſeptimanam gravante morbo lectum occuparet, alter, mitigato interim languore, iacenti miniſtraret. Sic, occupante alternatim hunc graviori, illum mitiori languore, ſe ſancti fratres procuravere.

Rotum. Luca. Roma.

V. Cumque, Deo miſerante, ſanctus Willibaldus iam abſolute reconciliatus vigeret ſanitati, *amore celeſtis Ieruſalem cepit terreſtrem ſuſpirare* & loca veſtigiis Chriſti inſignia videre. *Dimiſſis* ergo ibi *fratre Wunebaldo ſororeque Walpurga*, duobus comitatus ſociis ipſe tertius victorioſum iter aggreditur. Venientes igitur *Beneventum*, *ubi ſanctus Bartholomeus requieſcit*, appulſam navem Egyptiam invenerunt. *Quam ingreſſi Calabrie portum Regiam dictum, velis pleno ſinu turgentibus, attigerunt.* Inde transfretantes in Siciliam, ingrediuntur urbem *Catanenſium* ſancte Agathe virginis corpore & patrociniis inſignem, ubi *Etna mons* imo exeſtuans fundo flammarum globos egerere & candente fervens favilla celum ſolet ſubtexere. Cuius incendio vicina ſepe loca inflammando ſolventi Catanenſes velum ſepulchri ſancte virginis opponunt, nec ledi metuunt. Inde & *viſitato apud Syracuſam eiuſdem inſule civitatem ſancte Lucie ſepulcro*, ſe rurſum pelago credunt &, tranſitis Choo Samoque inſulis,

Beneventum. Regia. Catana. Ætna mons. Syracuſa. Chos & Samos.

Epheſus. *tabentes ſalo artus* apud *Epheſum* Aſie *inſulam* exponunt.
Ubi poſtquam ad ſepulcrum ſancti Iohannis Evangeliſte,
ebulliens inde mannam admirantes, lacrimis perfuderunt,
poſtquam ſe ſeptem dormientibus & Marie Magdalene ibi-
dem requieſcenti commendaverunt, poſtquam in vertice vicini
montis locum, ubi ſanctus evangeliſta orare ſolebat, omni
pluvia & tempeſtate immunem & ſecurum ſatis admirari
Figala. *nequeunt:* duobus inde diſtantem milliariis villam *Sigilam*
pedites venerunt. Ibi mendicato pane fonti, qui perſpi-
cuis ad fundum aquis in media ebullit villa, intincto
Patara. refecti, *tranſito urbis Strabolis monte excelſo, Pataram* per-
rexerunt ibique *glaciali hieme undas exaſperante veris cle-*
mentiam preſtolantur.

VI. Navem demum ingreſſi, ad *montem Galanorum*
transfretarunt. Quo bellorum tempeſtate tunc temporis
Cyprus. depilato, ſevam paſſi ſunt inediam. Inde inſulam *Cyprum*
inter Grecos & Sarracenos ſitam applicuerunt & paſ-
Paphus. chale, quod iam inſtabat, feſtum apud *Paphum* urbem
agentes, ſole iam circumvoluto, tres in ea hebdomadas
Conſtantia. ſteterunt. Inde eiuſdem inſule urbem *Conſtantiam*, ſancti
Epiphanij *preſulis miraculis* & corpore *glorioſam*, adeun-
tes, ſancti Iohannis Baptiſte nativitatem ibi egerunt. Inde
Tharrata. per Sarracenorum civitatem *Tharratas* dictam & caſtel-
Ediſſa. lum *Arahe* venerunt *Ediſſam Phenicie reliquiis Thome*
apoſtoli & epiſtola, quam Salvator Abagaro regi ſcripſit,
magnificam: ubi nunc miri operis claret eccleſia, quam
Helena regina conſtruxit in honorem ſancti Iohannis
Baptiſte, cuius caput, *ab Hieroſolymis illuc tranſlatum,* diu
in eadem latuit urbe.

VII. Iam vero ſanctus Willibaldus, comitantibus ſe ſep-
tem ſuis contribulibus, ipſe fuit octavus. Sarraceni, viden-
tes eos lingua diſſonos, habitu ignotos, proditionis gratia
eos veniſſe dixerunt & preſidi preſentantes carceri man-
cipaverunt. Sed quia Deo nullus clauditur, erat ibi unus

negotiator, qui quotidie eis quelibet neceſſaria miniſtravit, interdum balneavit & ad eccleſiam perduxit. Illis in carcere detentis, quidam Hiſpanus habens in palatio regis fratrem, experto ſanctorum Dei negotio, eos adiutorio fratris ſimul & naute, qui eos adduxerat, apud regem, Mirnum dictum, excuſavit & eis abeundi permiſſionem impetravit.

VIII. Inde progreſſi venerunt *Damaſcum reliquiis Ananie*, qui converſum ibi divinitus Paulum baptizavit, inſignem. *Fuſa ergo oratione in illa eccleſia,* que nunc in loco converſionis ſancti Pauli emicat, venerunt in Galileam, in vicum *Nazareth, de quo & Ieſus dicitur Nazarenus,* ubi *archangelus* Gabriel, ſancte Marie *perpetue virgini apparens, ei de incarnando in eius ventre Dei filio predixit, & ubi Spiritu Sancto obumbrante impregnata ineſtimabiliter Dei filium concepit. Ibi digne ſanctitatis* conſtat eccleſia, ſepe per Chriſtianos a Sarracenis eam deiicere aggredientibus pretio redemta. Inde poſt viſitatam primo miraculorum Domini nobilem *Chanam* Galilee, tranſito *monte Tabor*, ubi nunc monachorum congregatio in honore Transfigurationis dominice eſt collecta, per urbem *Tiberiadis* in littore maris, ubi Dominus Petrum aquas ſiccis calcare veſtigiis fecit, ſitam, ubi etiam Iordanis *mare Galilee* pertranſit, venerunt *Magdala, vicum Lazari & ſororum eius.* Inde per *oppoſitam in altero littore Capharnaum,* ubi Dominus filiam principis ſuſcitavit & ubi Zebedeus, pater Iacobi & Iohannis, requieſcit, & per *Bethſaidam*, ubi nunc eccleſia domum Petri & Andree demonſtrat, tetigerunt *Corozaim*, ubi Dominus expulſis demonibus gregem porcorum conceſſit.

Damaſcus. Nazareth. Chana. Tiberiadis. Magdala. Capharnaum. Bethſaida. Corozaim.

IX. Hinc ſanctorum amore locorum, itinere tortuoſo venerunt ad ortus duorum fontium *in monte Phaneo* quorum unus *Ior*, alter vocatur *Dan, quorum unus ex una, alter ex altera parte urbis*, *que in Evangelio Ceſarea*

Phaneus mons.

Paneas. *Philippi, a Phenicibus autem Paneada vel Phaniada dicitur,* fluentes non longe ab ipſa urbe, fatigati lapſu fluentis & nomine iuncti, faciunt Iordanem dominico baptiſmate inſignem. Viſis ergo in eodem loco quibuſdam armentis dorſo longo, cruribus brevibus, proceris cornibus, que, ſole diem incendente, ſe preter ſolum caput vicina palude ſolent mergere, venerunt *ad predictam Ceſaream, ubi Petrus celi claviger factus eſt. Intrantes ibi eccleſiam viderunt ſtatuam Chriſti. Ad cuius ſub divo poſite pedem herba admirande virtutis olei oriebatur, de quo ſic in eccleſiaſtica hiſtoria legitur. Mulierem, quam ſanguinis profluvio laborantem curaverat, huius urbis fuiſſe civem conſtat. Pre foribus vero domus eiuſdem mulieris baſis quedam in loco editiori collocata monſtratur, in qua mulieris ipſius, velut genibus provolute palmaſque ſuppliciter tendentis, imago ere expreſſa videtur. Adſtat alia ſtatua, ere nihilominus fuſa, vultu & habitu Domini veſte fimbriata circumdati dextramque porrigentis proſtrate mulieri. Ad pedem autem virilis ſtatue herba quedam nove ſpeciei e predicta baſi naſcendo ſurgit, & donec fimbriam veſtimenti Ieſu tangat, creſcere non deſinit. Quam cum ſummo vertice creſcens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos conquirit, ita ut quecunque illa fuerit infirmitas, hauſto exiguo madefacti ſalutaris graminis, depellatur ; nihil omnino virium gerens, ſi ante quam eree fimbrie ſummitatem creſcendo contigerit decerpatur. Hanc Euſebius, temporum ſcriptor, ad ſua uſque tempora perduraſſe & ſe ſuis perhibet oculis conſpexiſſe. Hanc autem ſtatuam Chriſti ſceleratiſſimus Iulianus apoſtata, ut in Tripartita legitur hiſtoria, depoſuit & ſuam loco illius locavit. Sed, Deo tantum ſcelus ad preſens vindicante, eadem Iuliani ſtatua fulminis ictu dividitur, capitis cum cervice pars una terre infigitur, altera in loco herens fulminis incendium teſtatur ; ſtatuam vero Salvatoris pagani confregerunt, Chriſtiani autem colligentes in eccleſia locaverunt.*

X. Digreſſi inde *Iordanis fluenta ſequendo*, venerunt ad illum Iordanis locum, *ubi Dominus aquas diluvio olim pollutas ſuo baptiſmate lavans mundavit.* Ibi *ſalubri liquore perfuſi* venerunt *Galgala*, ubi filij Iſrael ſublatos de Iordane XII lapides in teſtimonium tranſmigrationis ſue poſuerunt. Inde permeata *Iericho, ubi Iordanis in mare Mortuum nomen cum curſu amiſſurus influit*, viſitato etiam *Sancti Euſtachij* monaſterio in medietate Iericho & Ieruſalem ſito, *vix exſpectatam* ingrediuntur *Hieroſolymam. Cui tunc loco miraculorum vel alicuius operum Domini conſcio vir Dei Willibaldus oſcula non impreſſit? Quod ibi altare lacrimis & gemitibus non perfudit? Quanta ibi devotione iacuit ante dominicam crucem mundo crucifixus? Quam torrido lacrimarum fluvio perfudit lapidem, quem ab oſtio monumenti removit angelus?* Sex ibi hebdomadibus *graviſſimo* irretitus *languore cruciabatur, ſancta tamen circuire loca, ſtudio laborem fallente, non gravabatur. Quanto videndi Deum Deorum in Sion deſiderio eccleſiam montis Sion* in medio *urbis* ſitam *adiit, quam devote tranſlatum illuc eiuſdem eccleſie archidiaconum & protomartyrem Stephanum imploravit?*

Galgala. Iericho. S. Euſtachi monaſterium. Hieroſolyma. Mons Sion.

XI. Egreſſi demum veniunt in *vallem Ioſaphat*, ubi *ſepulcrum ſancte Marie* monſtratur. *Sed utrum apoſtoli eam, relicto hic corpore ſolutam, ibi ſepelierint, an forte ſepelire eam deſtinantibus, poſt effoſſum ibi ſepulcrum, ipſa ſit cum corpore aſſumta, vel ſi ſepulta ibi conditur, utrum inde ſublata & alias tranſpoſita ſit, an recepta vera immortalitate reſurrexerit, melius dubitatur, quam aliquid inde apocryphum definiatur.* Digreſſos inde recipit eos *mons Oliveti*, ingreſſos *eccleſiam* deſuper patulam & in loco dominice aſcenſionis *opera Helene regine conſtructam*. Locum ergo hunc, in quo Dominus in ipſa aſcenſionis ſue hora, ſtipantibus diſcipulis, ſteterat & *unde, elevatis manibus, captivitatem noſtram in celum captivam*

Vallis Ioſaphat. Mons Olivetus

duxerat, hodie etiam dominicorum veſtigia pedum evidentiſſime demonſtrant, &, quaſi ſentiens ſe ex hac pedum impreſſione omni artificioſo ornatu incomparabiliter pretioſiorem, nec pavimento ſterni nec tecto patitur operiri. Has pedum Domini notas ſanctus Willibaldus cum ſociis non ceſſans lacrimis fluentibus rigare, vere potuit dicere: Adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes eius. In eadem eccleſia duas perhibent ſtare columnas in geminorum memoriam angelorum, qui diſcipulis aſcendentem Dominum aſpicientibus dixerunt: *Viri Galilei, quid ſtatis aſpicientes in celum?* Inde etiam referunt, quicunque inter columnas & eccleſie parietem poſſit circumrepere, peccatorum veniam hunc meruiſſe.

XII. Inde venit *Bethlehem*, ubi *bos cognovit poſſeſſorem*

Bethlehem. *ſuum & aſinus preſepe Domini ſui. Accedens ergo ibi ad puteum, quod prius mirabatur auditum, vidit in ſuperficie aque ire a margine uſque ad marginem figuram ſtelle, que magis nato Domino apparuit eoſque decimo tertio dominice nativitatis die de Bethlehem perduxit.* Inde venere

Thecua. *Thecuam, ubi, Chriſti coequevis ab Herode trucidatis, Nathanael ſub ficu a matre abſconſus evaſit, ideoque ſic dictum eſt a Domino: Quia cum eſſes ſub ficu, novi.* Inde per

S. Sabae monaſterium. *lauram,* ubi *ſanctus Saba* requieſcit, *venere iuxta vicum Betzuro ad aquam, que eodem, in quo gignitur, ſorbetur loco: in quo Ethiops ab ultimis terre finibus viſitato Domini templo,* per Philippum baptizatus, *vicinum Iſrael preveniendo pellem ſuam mutavit, id eſt fide dealbatus peccati*

Gaza. *nigredinem depoſuit.* Inde cum venirent *Gazam,* auditis apud *Sanctum Matthiam* miſſarum ſolemniis, ſanctus Willibaldus lumen oculorum amiſit.

Afframia. XIII. Inde per *caſtellum Afframiam,* ubi tres patriarche, Abraham, Iſaac & Iacob, cum ſuis uxoribus requieſcunt,

Ieruſalem. revertitur *Ieruſalem,* & ingreſſus *eccleſiam, ubi ſancta crux inventa* eſt, ... conſtructam, *per duos cecitatis ſue menſes*

visum recepit. Inde, visitata apud *Diospolim ecclesia Sancti Georgij*, per *Ioppen*, *oppidum* Palestine maritimum, ubi Petrus viduam Dorcadem suscitavit, per littus *maris Adriatici*, *adoratis* apud *Tyrum* & *Sidonem Domini vestigiis*, transito *Libano monte*, peragrata *Tripoli* urbe maritima, visitata iterum *Damasco*, *venit Emmaus*, *vicum Palestine*, *quem Romani post destructionem Hierosolymorum ex eventu victorie Nicopolim vocaverunt. Ubi postquam in domo Cleophe, in ecclesiam mutata, eum*, *qui ex fractione panis in ea cognitus est, adoravit viventis aque fontem desiderans, vidit & fontem, qui est in trivio, quo Christus eodem quo resurrexit die cum discipulis duobus, Luca & Cleopha, quasi ad alium declinaturus vicum ambulavit. Est enim ibi fons, ad quem Christus, olim in terris conversatus, cum discipulis dicitur venisse pedesque in eo, emenso aliquo itinere, lavisse, & hinc eandem aquam diversorum efficacem medicaminum a Deo factam [esse], ut potata quibuslibet languoribus tam pecudum quam hominum salutis infundat presentiam.* Diospolis. Ioppe. Tyrus. Sidone. Libanus mons. Damascus, Tripolis, Emmaus.

XIV. Inde sanctus Willibaldus tertio *Hierosolymam* venit, ibique totam hiemem stetit. Nec minus, peragrata Syria, quarta vice *Hierosolymam* repetiit. Inde per *Sebastiam* sepulcro Iohannis Baptiste, *quamvis tempore Iuliani apostate diruto*, ac reliquiis prophetarum Abdie & Helisei puteoque, ubi Dominus potum a Samaritana petierat, claram, *viso monte Garizim*, in quo Samaritana patres Samaritanorum orationi indulsisse dixerat, ad *caput Libani montis* Tyro vicinum, contiguum monti, sevos *leonum* impetus in via passi veniunt. Inde, apud *Tyrum* diu exspectata navi, inchoato in natale sancti Andree navigio, per totam navigantes hiemem, *vix proxima* ante pascha *septimana* venerunt *Constantinopolim*, sanctorum apostolorum Andree, Timothei & Luce evangeliste & Iohannis Chrysostomi reliquiis celebrem. Ibi biennium moratus transfretavit interim *Niceam*, *Bithynie urbem*, ubi Constantinus Hierosolyma. Sebastia. Mons Garizim. Tyrus. Constantinopolis. Nicaea.

ad ventilandam Arij & Athanasij Alexandrini presulis controversiam centum decem & octo episcopos collegit, ibique est ecclesia, in qua ad synodum consederunt, tecto carens instar illius, que sita est in monte Oliveti. Constantinopolim regressus, remenso maris transitu, per Sicilie urbes *Syracusas, Catanam*, deveniunt *Rhegium*, hinc *Neapolim*, inde *Capuam*.

Syracusae. Capua.

XV. Demum, *autumno se in hiemem contrahente*, deposuit se sanctus Willibaldus in *monte Casini* apud monasterium sancti Benedicti, sub abbate Petronace. Et hic decimus erat annus, ex quo exilium est adorsus, *octavus* vero, *ex quo Romam est egressus*. Postquam ergo sanctus ille vir se monachis predicti loci coniunxit, vite cenobialis religiosissimeque conversationis normam in se plenissime monstravit. Igitur, amore omnium in eum provocato, in primo, postquam illuc venit, anno factus est cubicularius ecclesie, in secundo monasterij decanus, postmodum octo annis in duobus positis ibi monasteriis portarius: quatuor annis apud monasterium in vertice montis situm, quatuor rursus apud monasterium inferius iuxta *amnem Raphito* positum.

Mons Casinus.

XVI. *Claruit & eodem tempore in Teutonicis partibus tam opere quam nomine Bonifacius, Moguntine ecclesie archiepiscopus, genere itidem Anglus & sancto Willibaldo cognatus, conversaque postmodum feroci Fresia, insignis Christi martyr futurus. Hic cum de plantando Christiane religionis nutrimento cogitaret & huic operi habiles ac necessarios undicunque anhelaret aggregare, audierat famam sancti Willibaldi apud castrum Casinum divine dedititissimi contemplationi. Veniens ergo Romam idem archiepiscopus, post alia cum presule apostolico de catholice statu ecclesie collata, subiunxit, quod se ferventissime excoquebat, commissum scilicet sibi Moguntine sedis archiepiscopatum terre & locorum spatio amplum, gentilitatis autem ritu esse squalidum & multum,*

meſſem ibi multam, operarios autem paucos, & cum neceſſitas irrecuperabilis cogat paſtorem commiſſorum ſibi quorumlibet rationem reddere, ſubditorumque ſanguis requiratur a prepoſito preſule, unum paſtorem tam numeroſo ovili non poſſe ſufficere; ideoque, ſi Deus annuat & ſi apoſtolica auctoritas permittat, ſe eundem epiſcopatum, ſtatutis in eo duobus epiſcopis, decreviſſe partiri, ut minor procuratio & gregem munire & paſtorem valeat abſolvere; eſſeque apud caſtrum Caſinum monachum quemdam Willibaldum, qui, poſtpoſitis divino amori patria & parentibus, poſt fractam longo viarum & ſancta permeandi loca labore etatem, Deo ibi mancipatus ſerviat, cui unum ex ſtatuendis epiſcopatibus velit committere, ſi ipſe dominus papa eum monaſterio ſubtractum ſibi curet tranſmittere. Prefuit tunc ſedi apoſtolice Gregorius, eiuſdem nominis tertius, papa vero nonageſimus primus. Hic, audito tam laudabili archipreſulis Bonifacij deſiderio propoſito, eius intentionem probavit, ſancti tranſmiſſionem Willibaldi promiſit, & longis fotum amplexibus pleno ſingultibus dimiſit.

XVII. Nec longum poſtea ſanctus Willibaldus, decennio iam apud Caſinum montem impleto, *Romam* cum Roma.
quodam confratre ſuo, genere Hiſpano, ex licentia abbatis ſui Petronacis adiit. Cuius audito adventu, beatus papa eum vocavit &, poſt multas inquiſitiones & reſponſa, ei ſancti petitionem Bonifacij innotuit. Id *durum* & propoſite contrarium vite ſanctus Willibaldus reputans, *intulit ſe, qui propria dimiſit, qui mundum pedibus ſubegit, non poſſe rurſus mundanis irretiri, nec quiete, quam in valle lacrimarum ſibi paravit, velle privari, nec eſſe providi & mente integri, ut, poſt horrenda naufragia portu occupato, ſe, titubantibus adhuc veſtigiis, ſevam pretendenti mortem credat pelago. Ad quem papa his vel huiuſmodi utitur dictis: Dilectio Dei per dilectionem proximi probatur. Petro ergo, poſtquam ſe amatum ter audivit, gregis*

sui curam & pastionem commisit. Hinc instructi divinitus sancti patres multis ex monasteriali quiete, compluribus ex solitaria contemplatione raptis, episcopatus commisere. Predecessor & equivocus meus Gregorius, mente & habitu monachus, sedi apostolice preficitur. Moyses eremita, innumeris in eremo clarus signis, de solitaria, quam duxerat, vita, impetrante apud Romanum imperatorem Manuia regina, raptus, Sarracenorum genti episcopus preponitur, nec longum indutam agnina pelle ferocissimam gentem Christo lucratur. Quicunque igitur virtutibus pollens preesse renuit suamque quietem aliorum utilitati preposuerit, tot damnatorum penas dignus erit luere, quot peccantium mores ipse prelatus potuit corrigere. His vel similibus animus sancti Willibaldi flectitur &, pedibus pape advolutus, quodcunque imponatur onus devoto se subiturum humero profitetur. Multum ergo instructus & apostolica benedictione munitus dirigitur sanctus sancto, Willibaldus Bonifacio, quem sanctus archipresul quasi angelum celo dimissum recipiens, gratioso affectu amplectitur, dignissime veneratur.

XVIII. *Notificata sibi dehinc vocationis sue causa, rogavit sanctum Willibaldum, ut dignetur ire & locum, cui presul preponendus sit, videre.* Erat igitur eidem archiepiscopo in finibus *Baioarie* locus, *Eihstat* dictus, sibi a quodam pio & religioso, nomine Suigero, pro divine respectu remunerationis in usus divinos traditus. *Hoc igitur loco adhuc sue parochie subiecto decrevit sanctus Bonifacius episcopatum facere eique sanctum Willibaldum preficere. Ivit, vidit, probavit,* reversusque ad sanctum Bonifacium, eo comitante, denuo locum suum adiit & presbyteratus ibi gradum, archiepiscopo consecrante, perfecit. Nec mora, *ecclesie fundamenta cepit ponere, claustrum & officinas cleri signare & quelibet divine necessaria servituti sagaciter disponere.* Revoluto abhinc anno, archiepiscopum in *Thuringia* audiens, *tolerabile* hospitium habuit *in via* apud fratrem

Eihstat.

Wunebaldum, octavo ſemis anno, poſtquam apud Romam diſceſſere, non viſum. Hinc ad archiepiſcopum ſuum apud urbem *Saltzburge* venit, ubi, *confluente antiſtitum collegio, conſentiente cleri plebiſque ſuffragio,* epiſcopalem benedictionem & *Eihſtatenſis eccleſie cathedram ſuſcepit,* quadrageſimum primum etatis annum tunc agens. Saltzburgus. *Cura igitur epiſcopali ſuſcepta, non habuit requiem, verbum Dei die ac nocte predicare, deſides gentis illius animos & parum de futuro ſollicitos ad ſpem celeſtium erigere, ſepoſitis inanium rerum curis, eterna querere. Et ne parum fidei colonus proficeret, quod verbo plantabat, vita, doctrina conſona rigabat. Nec longum, rudis ſqualentium cordium campus ita Evangelici ligonis exercitium audierat, ut ignaro fructus agro, exſtirpato errorum frutice, ſeges rubicunda & vinea Dei Sabaoth videretur ſurrexiſſe.*

XIX. *Poſtquam igitur epiſcopatum ſuum ſane inſtitutis vite per ſeptem annos digniſſime informavit, diſſolvi & eſſe cum Chriſto cupiens, ſpiritum conditori reddidit, ſepultus in eccleſia, cui prefuit. Quanti nunc apud Deum ſit meriti, teſtatur corona iuſtitie, quam miracula apud ſepulcrum eius coruſcantia teſtantur eum recepiſſe.*

XII

COMMEMORATORIUM

DE CASIS DEI VEL MONASTERIIS

[circa 808]

EDITOR USUS EST

Membrana in bibliotheca publica Basileensi asservata, sæc. IX sive X.

COMMEMORATORIUM

DE CASIS DEI VEL MONASTERIIS

* * *

BREVE *commemoratorij de illis caſis Dei vel monaſteriis, que ſunt in ſancta civitate Ieruſalem vel in circuitu eius*, & de epiſcopis & presbyteris, diaconis & monachis vel cuncto clero per illa loca ſancta Dei ſervientibus ſeu monaſteriis puellarum. Ieruſalem.

Primum in *Sancto Sepulcro* Domini presbyteri ix, diaconi xiv, ſubdiaconi vj, clerici canonici xxiij, cuſtodes, quos *fragelites* vocant, xiij, monachi xlj, qui cum cereis antecedunt patriarcham xij, miniſtri patriarche xvij, prepoſiti ij, computarij ij, notarij ij, cuſtodes, qui aſſidu[e] prevident ſepulchrum Domini, presbyteri ij, in ſancto Calvario j, ad calicem Domini ij, ad ſanctam crucem & ſudarium ij, diaconus j, ſyncellus, qui ſub patriarcha omnia corrigit, j, cellerarij ij, theſaurarius j, qui fontes cuſtodit j, portarij ix. Sunt in ſumma cl, exceptis hoſpitalibus iij. S. Sepulcrum.

In *Sancta Sion* inter presbyteros & clericos xvij, exceptis Deo ſacratis & incluſis ij. In *Sancto Petro*, ubi ipſe glorioſus ploravit, inter presbyteros & clericos v. In *Pretorio* v. Sion. Pretorium.

S. Maria nova. In *Sancta Maria nova*, quam Iustinianus imperator exstruxit, xij, in *Sancto Thaleleo* j, in *Sancto Georgio* ij, in

S. Maria in probatica. *Sancta Maria*, ubi nata fuit in *probatica*, v, incluse Deo sacrate xxv.

Sepulcrum s. Stephani. In *Sancto Stephano*, ubi sepultus fuit, clerici ij, leprosi xv.

Vallis Iosaphat. Sepulcrum s. Marie. In *valle Iosaphat*, in villa, que dicitur *Gethsemane*, ubi *sancta Maria sepulta* fuit, ubi sepulcrum eius est venerabile, inter presbyteros & clericos xiij, monachi vj, Deo sacrate inter inclusas & ibidem servientes xv, in *Sancto Leontio* presbyter j, in *Sancto Iacobo* j, in *Sancto Quaranta* iij, in *Sancto Christophoro* j, in *Sancta Aquilina* j, in *Sancto Quiriaco* j, in *Sancto Stephano* iij, in *Sancto Dometio* j.

In *Sancto Iohanne*, ubi natus fuit, ij, in *Sancto Theodoro* ij, in *Sancto Sergio* j, in *Sancto Cosma & Damiano*, ubi nati fuerunt, iij, & ubi medicabant, presbyter j.

Oliveti ecclesie. In sancto *monte Oliveti ecclesie* iij: una ascensio Domini, inter presbyteros & cleri[cos] iij, alia, ubi docuit discipulos suos Christus, ubi sunt monachi iij, presbyter j, tertia in honore sancte Marie, clerici ij. Inclusi, qui sedent per cellulas, eorum, qui Greca lingua psallent, xi, Georgiani iv, Syriani vj, Armeni ij, Latini v, qui Sarracenica lingua psallit j. Iuxta illam scalam, quando subis in montem sanctum, inclusi ij, unus Grecus, alter Syrus; ad summam scalam in *Gethsemane* inclusi iij, Grecus & Syrus & Georgianus. In *valle Iosaphat* inclusus j, monasteria puellarum xxvj.

Gethsemane.

Sepulcrum Domini. De imperio domini Caroli que ad *sepulcrum Domini* serviunt Deo sacrate xvij, inclusa de Hispania j.

In monasterio *Sancti Petri & Sancti Pauli* in Bisanteo iuxta montem Oliveti monachi xxxv, ad *Sanctum Lazarum in Bethania* presbyter j, ad *Sanctum Iohannem*, quod tenent Armeni, monachi vj.

Bethania.

Iſti in Ieruſalem ſunt & in circuitu eius infra millium & ſupra.

Memoria de illis monaſteriis, que ſunt in extremis Ieruſalem, in terra Promiſſionis.

In ſancta *Bethlehem*, ubi Dominus noſter Ieſus Chriſtus naſci dignatus eſt de ſancta virgine Maria, inter preſbyteros & clericos & monachos xv, incluſi, qui in columnis ſedent in exemplo ſancti Simeonis, ij. In monaſterio *Sancti Theodoſij*, quod primum in illa eremo conſ[tructum] eſt, monachi lxx; Baſilius ſ[epultus ibi]. Succenderunt Sarraceni latrones ipſum monaſterium & interfecerunt [ibi multos monachos], & alij propter pa[ganos fugerunt]; ad terram [proſtraverunt] eccleſias ij ad ipſum monaſterium aſpicientes. In *Sancto Saba* monachi cl. In pa[rvo monaſterio], quod *ſanctus Chariton* conſtruxit, & ubi ipſe ſanctus ab uno milliario requieſcit, abba no[mine . . . .], monachi [. . . . In ſancto Euthymio mo]nachi xxx. Bethlehem. S. Theodoſius. S. Saba. S. Chariton.

In monaſterio Sancte Marie in *Coziba* abba [nomine] Letus, m[onachi . . . . . In monaſterio, ubi baptizabat] Iohannes, monachi x. Conſtruxit id *ſanctus Geraſimus*, ubi & ipſe ſanctus in corpo[re requieſcit; ibi & eccleſiam ipſe conſtruxit] & erexit in titulum. Ad Iordanem *monaſterium ſancti Iohannis & eccleſia* alia, u[bi peregrini deſcendunt ad fluvium], monachi xxxv. Monaſterium *Sancti Stephani prope Iericho* conſtruxit E [. . . . . Monaſterium *Sancti Theoctiſti*] in *monte Pharan*. In iſtis duobus neſcimus quanti ſint. Chozeba. S. Iohannis eccleſia. Mon. S. Stephani. Pharan.

In *Galilea*, in civit[ate ſancta *Nazareth*, monachi] xij. Uno milliario a Nazareth, ubi Chriſtum Dominum Iudei precipitare vol[uerunt, conſtructum monaſterium & *eccleſia* in] honore *ſancte Marie*, monachi viij. In *Cana Galilee*, ubi Dominus de aqua vin[um fecit, monachi . . . . Supra *ma*]*re Tiberiadis* monaſterium, quod vocatur *Hepta-* Nazareth. Cana. Heptapegon.

pegon, ubi Dominus ſatiavit populi ſu[i quinque panibus & duobus] piſcibus quinque millia; ibi ſunt monachi x. Item iuxta mare *eccleſia*, quam vocant *duodec[im throno-rum*, & ibi fuit Dominus cum diſci]pulis ſuis; ibi eſt menſa, ubi cum illis ſedit; ibi ſunt presbyter j, clerici ij.

Tiberias. In *Tiberia* civitate Theo[dorus epiſcopus, inter presbyteros] & monachos & canonicos xxx, eccleſie v, monaſterium puellarum j.

M. Tabor. In monte ſancto *Tabor* epiſcopus Theophan[es, eccleſie] iv: una in honore ſancti Salvatoris, ubi locutus cum Moiſi & Elia fuit, ſecunda ſancti Moiſi, tertia ſancti Elie, quarta . . . . ., monachi vero xviij.

Sebaſtia. In *Sebaſtia*, ubi corpus ſancti Iohannis requieſcit, *eccleſia* magna fuit. Modo eſt in terra diffuſa; tantum ubi illud ſepulcrum ipſius glorioſi Baptiſte poſitum eſt, ex parte non cecidit & eccleſia, ubi ille carce[r] fu[it, &] ubi decollatus eſt: Baſilius epiſcopus, inter presbyteros, monachos & clericos xxv.

Sichem. In *Sichem*, quam *Neapolim* vocant, *eccleſia* magna, ubi illa ſancta mulier Samaritana requieſcit, & alie eccleſie; epiſcopus & clerici & incluſus ſuper columnam.

Mons Sina. In ſancto *monte Sina eccleſie* iv: una, ubi Dominus locutus eſt cum Moiſi in vertice montis, alia ſancti Elie, tertia ſancti [Eliſei], quarta monaſterium Sancte Marie; abba Elias, monachi xxx. Gradicula ad ſubeundum vel deſcendendum vij millia dcc.

Vallis Ioſaphat. Quando deſcendis de Ieruſalem in *vallem Ioſaphat*, ubi eſt ſepulcrum ſancte Marie, habes [gradi]cula cxcv, ad ſubire in montem Oliveti dxxxvij.

Eccleſia S. Marie. Ipſa *eccleſia Sancte Marie*, quam ille terre motus [evertit] & in terram demerſit, habet menſuram de ambobus lateribus in longo dexteros xxxix, in una fronte xxxv, per medium in adverſo xxxij, in longo per medium l.

Eccleſia in Bethlehem. *Eccleſia in Bethlehem* in longo dexteros xxxviij, in fronte ſuperiore, ... in illa cruce xxiij, in alia fronte xvij, colum-

Eccleſia S. Sepulcri.

nas lxix. Illa *eccleſia de Sepulcro Domini* in gyro dexteros cvij, illa alcuba liv. A Sancto Sepulcro uſque ad ſanctum Calvarium dexteros xxviij, a ſancto Calvario uſque ubi ſancta Crux inventa fuit, dexteros xix; inter Sanctum Sepulcrum & ſanctum Calvarium & ſanctum Conſtantinum, illorum tectum in integrum habet in longo dexteros xcvj, in adverſo xxx. *Eccleſia Sancta Sion* in longo habet dexteros xxxix, in tranſverſo xxvj.

Eccleſia S. Sion.

Diſpenſa patriarche.

Diſpenſa patriarche inter presbyteros, diaconos, monachos, clericos & omnem congregationem eccle[ſie per] annum ſolidos dcxxx, [ſervientibus] ſolidos dxl, in fabricaturam eccleſiarum ſolidos ccc, in ec[cleſias in civitate] ſolidos cxl, ad Sarrac[enos] ſolidos dlxxx, in miniſtris Sarracenor[um ſolidos . . . . .].

XIII

ITINERARIUM

BERNARDI MONACHI FRANCI

[circa 870]

CODICES QUIBUS USUS EST EDITOR:

F. Codex mſ. Britann. Muſ. (Cotton. Fauſtina, B. I), ſæc. XII.

L. Cod. mſ. Coll. Lincoln. Oxonienſis, nº 96, ſæc. XIII.

V. Cod. mſ. Bibliot. Cæſar. Vindobonenſis, 2432, ſæc. XIV.

M. Cod. mſ. S. Remigii Remenſis, hodie deperditus, quem exſcripſit Mabillon (*AA. SS. ord. ſ. Bened.*, ſæc. III, p. 2).

ITINERARIUM

BERNARDI MONACHI FRANCI

* * *

INCIPIT itinerarium trium monachorum, Bernardi ſcilicet & ſociorum eius & de ſanctis locis & de *Babylon.* [a]

Deſcriptio locorum, que vidit Bernardus ſapiens quando ivit *Ieruſalem* vel rediit, & de ipſa *Ieruſalem* & de locis circa eam. [b]

I. Anno nongenteſimo ſeptuageſimo incarnationis [c] Domini noſtri Ieſu Chriſti, hec nobis comperta ſunt. [d] In [e] nomine Domini, volentes videre loca ſanctorum, que ſunt *Ieroſolimis*, cum [f] duobus memet [g] ego Bernardus ſociavi fratribus in devotione caritatis, ex quibus erat unus ex monaſterio Beati Vincentij Beneventani, nomine Theudemundus, alter Hiſpanus, nomine Stephanus. [h] Igitur adeuntes in *Urbe* pontificis [i] Nicholai preſentiam, Roma. obtinuimus cum ſua benedictione necnon & auxilio pergendi deſideratam licentiam.

a. *Hæc tantum in F.* — b. Deſcriptio ... eam *habent tantum L., V.* — c. *F.* ab incarnatione. — d. hec ... ſunt *d. in F.* — e. *omnia q. præcedunt deſ. in M.*

f. cum *d. in F.* — g. *F. add.* ipſum. — h. *nomina ſociorum deſ. in M., qui addit*: Francia vero eſt nativitatis mee locus. — i. *F.* pape.

Mons Garganus. II. Inde progreſſi venimus ad *montem Garganum*, in quo eſt eccleſia Sancti Michaelis ſub uno lapide, ſuper quem ſunt quercus glandifere, quam videlicet archangelus [a] ipſe dicitur dedicaſſe. Cuius introitus eſt ab aquilone, & ipſa ſexaginta [b] homines poteſt recipere in ſe. Intrinſecus [c] ergo ad orientem ipſius angeli [d] habet imaginem; ad meridiem vero eſt altare, ſuper quod [e] ſacrificium offertur, [f] & preter [g] id nullum munus ibi ponitur. Eſt autem ante ipſum altare vas quoddam ſuſpenſum, in quo [h] mittuntur donaria, quod etiam iuxta ſe alia habet altaria. Cuius loci abbas vocabatur Benignatus, qui multis preerat fratribus.

Barrium. III. De monte autem Gargano abeuntes, per cl miliaria venimus ad civitatem Sarracenorum, nomine *Barrem*, [i] que dudum dicioni ſubiacebat Beneventanorum. Que civitas, ſupra mare ſita, duobus eſt a meridie latiſſimis [j] munita muris, ab aquilone vero mari prominet expoſita. Hic itaque petentes principem civitatis illius, nomine Suldanum, impetravimus cum duabus epiſtolis omne navigandi negotium, quarum [k] textus epiſtolarum principi Alexandrie necnon & Babylonie noticiam vultus noſtri vel itineris exponebat. Hi namque [l] principes ſub imperio ſunt Amarmomini, [m] qui imperat omnibus Sarracenis, habitans in Bagada [n] & Axinarri, [o] que ſunt ultra Ieruſalem.

Tarentum. IV. Exeuntes [p] de *Barre*, ambulavimus ad meridiem per xc milliaria uſque ad portum *Tarentine civitatis*, ubi invenimus naves ſex, in quibus erant ix milia captivorum

a. archangelus *d. in L., V., M.* — b. *M.* quinquaginta. — c. *L.* intrinſicus. — d. *L.* anguli. — e. *L.* quem. — f. *L., V., M.* geritur. — g. *L.* propter. — h. *V.* quod. — i. *L., V., M.* ad civ. Barrem Sar. — j. *L.* latiſſi. — k. *L.* quare. — l. *ſic ego*; *codd. & M. hab.* denique. — m. *V.* Amarmomim. — n. *L., V.* Badaga. — o. *L., V.* Axiar; *M.* Axiam. — p. *M. add.* autem.

de Beneventanis chriſtianis. In duabus nempe navibus, que primo exierunt Africam petentes, erant tria millia [a] captivi, alie due poſt [b] exeuntes, in Tripolim deduxerunt ſimiliter iij.

V. In reliquis demum duabus introeuntes, in quibus quoque predictus erat numerus captivorum, delati ſumus in portum *Alexandrie*, navigantes diebus xxx. Volentes vero progredi in littus, prohibiti ſumus a principe nautarum, qui erat ſuper ſexaginta. Ut [c] autem nobis copia daretur exeundi, dedimus ei [d] ſex aureos. Alexandria.

VI. Inde progreſſi adivimus principem Alexandrie, cui oſtendimus epiſtolam, quam nobis dedit Suldanus, que nihil nobis profecit, licet omnia [e] illius epiſtole [f] fateretur [g] ſe non ignorare. Quo urgente, dedit ei unuſquiſque noſtrum pro ſe tredecim denarios, & fecit nobis litteras ad principem Babilonie. Conſuetudo preterea illorum hominum talis eſt, ut [h] quod ponderari poteſt, non aliter accipiatur niſi in pondere, & [i] ſex apud nos ſolidi & ſex denarij faciunt [j] apud illos tres ſolidos & tres denarios. Hec Alexandria mari adiacet, in qua predicans ſanctus Marcus [k] evangelium geſſit [l] pontificale officium. Extra cuius portam [m] orientalem eſt monaſterium predicti ſancti, in quo ſunt monachi apud eccleſiam, in qua prius ipſe requievit. Venientes vero Venetij navigio [n] tulerunt furtim corpus a cuſtodibus [o] eius & deportaverunt ad ſuam [p] inſulam. Extra portam occidentalem eſt monaſterium, quod dicitur ad Sanctos quadraginta, in quo ſimiliter monachi degunt. Ab aquilone eſt portus illius civitatis; a meridie habet introitum *Gion* [q] ſive *Nilus*, qui Nilus.

S. Marci ſepulchrum.

a. *V.* iij. — b. *L.*, *M.* primo. — c. *L.* ubi. — d. ei *d. in L.*, *F.* — e. *M.* omnes. — f. *M.* epiſtolas. — g. *L.*, *V.*, *M.* dixerit. — h. *L.* ſi. — i. *M.* unde accidit ut. — j. *M.* faciant. — k. *L.* Marchus. — l. *L.* & geſſit. — m. *V.* partem; *F.* partam. — n. *L.* navigij. — o. *M.* cuſtode. — p. ſuam *d. in F.* — q. *M.* Geon.

rigat Egiptum & currit per mediam civitatem, intrans in mare in predicto portu.

Babylonia.

VII. In quo [a] intrantes navigavimus ad meridiem diebus sex, & venimus ad civitatem *Babilonie* Egipti, ubi regnavit quondam [b] Pharao rex, sub quo edificavit Ioseph vij [c] horrea adhuc manentia. Dum [d] exivimus autem in Babiloniam, custodes illius [e] civitatis deduxerunt nos ad principem, qui dicebatur Adelacham [f] Sarracenus, qui sciscitatus est a nobis omne negotium nostri itineris, & de quibus scripta haberemus [g] principibus. Qua de causa ostendimus ei litteras de parte predicti Suldani [h] & de [i] parte principis Alexandrie. Quod [j] nichil nobis profecit, sed ab ipso missi sumus in carcerem, donec post dies sex, inito consilio, cum Dei auxilio, tredecim [k] denarios unusquisque dedit pro se, sicuti & superius. Qui quoque fecit nobis litteras, quas quicumque viderunt in quacumque civitate aut [l] in quocumque loco, nichil deinceps a nobis exigere ausi sunt. Erat enim secundus in [m] imperio Amarmomini [n] predicti. Postquam vero inferius nominatas civitates ingressi [o] sumus, non prius permissi sumus exire, quam cartam aut [p] sigilli impressionem acciperemus, quod [q] uno vel duobus denariis impetrabamus. Est itaque in hac civitate patriarcha domnus Michael & super totam Egyptum disponens gratia Dei ordinem omnium episcoporum & monachorum & Christianorum. Isti autem Christiani talem habent legem apud paganos, ubi pro se [r] singule persone unoquoque anno solvant tributum predicto principi, ut [s] vivant secure & libere. Istud autem

a. *F.* quod. — b. quondam *d. in V., L., M.* — c. *M.* xvj. — d. *F.* cum. — e. *V., L., M.* ipsius. — f. *L.* Adelacam; *M.* Adelhacham. — g. *M.* habemus. — h. *M.* principis Alexandrie. — i. de *d. in L., V.* — j. *L.* quare. — k. tredecim *d. in F.* — l. *L.* autem. — m. in *d. in F., M.* — n. *L.* Amarmomeni; *F.* Marmoni. — o. *L.* egressi. — p. *L.* autem. — q. *L.* quare. — r. *M.* pro posse personae suae. — s. *V., L.* &.

tributum aut iij, aut ij, aut unum exigit aureum, vel a viliori perſona xiij denarios. Si tamen talis eſt ut non poſſit hos tredecim denarios ſolvere, ſive ſit incola, ſive advena Chriſtianus, mittitur in carcerem, donec aut [a] Dei pietate per angelum ſuum liberatur, aut ab aliis bonis Chriſtianis redimitur.

VIII. His ita ſe habentibus, redivimus [b] retrorſum per [c] fluvium *Gyon* [d] tribus diebus, & devenimus ad civitatem [e] *Sitinuth.* [f] De *Sitinuth* progreſſi ſumus ad *Maalla*, Sitinuth. Maalla.
de *Maalla* transfretavimus ad *Damiatem*, [g] que habet ab Damiate.
aquilone [h] mare, ex omnibus autem partibus flumen *Nilum*, excepta paucitate terre. Inde navigavimus ad [i] civitatem *Tannis*, [j] in qua ſunt Chriſtiani multum [k] religioſi, Tanis.
nimia hoſpitalitate ferventes. Hec autem civitas nihil habet terre, excepto ubi ſunt eccleſie, & ibi monſtratur [l] campus Thaneos, [m] in quo iacent trium inſtar murorum corpora eorum qui exterminati [n] ſunt tempore Moiſi.

IX. De *Tanis* [o] venimus ad civitatem *Farameam*, [p] ubi Ferama.
eſt eccleſia in honore [q] beate [r] Marie, in loco ad quem, angelo monente, fugit Ioſeph cum puero & matre. In hac [s] civitate eſt multitudo camelorum, quos ab incolis regionis illius precio locant advene, ad deferenda ſibi onera [t] propter deſertum, quod habet iter dierum vj. Huius deſerti introitus a predicta civitate incipit, & bene deſertum dicitur, quoniam nec herbam, [u] nec alicuius ſeminis fructum affert, exceptis arboribus palmarum, ſed

a. *L.* autem. — b. *L.* redivivus. — c. his ita . . . per *d. in M.* — d. *L.* Gion ; *M.* Geon. — e. tribus ... civit. *d. in M.* — f. *L.*, *V.* Sitinulh ; *M.* Sitimulh. — g. *F.* Amiamatem ; *L.*, *V.* Amiaten. — h. *M.* aquilonari. — i. mare . . . ad *d. in M.* — j. *V.* Thamnis , *L.* Tamnis. — k. *M.* aut etiam. — l. *ſic M.*, *al.* mittitur. — m. *V.* Thamneos. — n. *F.*, *L.*, *V.* nati. — o. *L.* Tannis, *V.* Thamnis. — p. *loco* de Tanis . . . Farameam *habet M.* in civitate Famarea ibi. — q. in honore *d. in F.* — r. *V.*, *M.* ſancte. — s. *L.*, *M.* illa. — t. *L.*, *F.* honera. — u. *L.* habebam.

albescit[a] ut[b] campania tempore nivis. Sunt autem in medio[c] itinere duo hospitia, unum quod vocatur *Albara,*[d] alterum quod vocatur *Albachara,*[e] in quibus negotia exercentur a Christianis & paganis emendi,[f] que necessaria sunt[g] iter agentibus. In eorum vero circuitu nichil, preter quod dictum est, gignit terra. Ab *Albachara* invenitur iam[h] terra fecunda usque ad civitatem *Gazam*, que fuit Samson civitas, nimis[i] opulentissima omnium rerum.

Albara. Albachara. Gaza.

X. Deinde venimus *Alariza.*[j] De *Alariza* adivimus *Ramulam*, iuxta quam est monasterium beati Georgij martyris, ubi ipse requiescit. De *Ramula* festinavimus ad *Emmaus* castellum. De *Emmaus* pervenimus[k] ad sanctam civitatem *Ierusalem,* & recepti sumus in hospitale gloriosissimi imperatoris Karoli,[l] in quo suscipiuntur omnes qui causa devotionis illum adeunt locum, lingua loquentes Romana. Cui[m] adiacet ecclesia in honore sancte Marie, nobilissimam habens bibliothecam studio predicti imperatoris, cum duodecim mansionibus, agris, vineis & orto in *valle Iosaphat.* Ante ipsum hospitale est forum, pro[n] quo unusquisque ibi negotians in anno solvit duos aureos illi, qui illud providet.

Alariza. Ramula. Emmaus. Ierusalem. Ecclesia S. Marie.

XI. Intra[o] hanc civitatem, exceptis aliis ecclesiis, quatuor eminent ecclesie, mutuis sibimet parietibus coherentes,[p] una videlicet ad orientem, que habet montem *Calvarie* & locum, in quo reperta fuit crux Domini, & vocatur *basilica Constantini*, alia ad meridiem, tercia ad occidentem, in cuius medio est *sepulcrum Domini*, habens[q] novem columnas in circuitu sui, inter quas con-

Mons Calvarie. Basilica Constantini. Sepulcrum Domini.

a. *M.* tabescit. — b. *L.* in. — c. *M.* habet autem medio. — d. *L.* Albata. — e. *F., M.* Albacara. — f. *Sic L., V.; alias* eiusmodi. — g. sunt *d. in F.* — h. *M.* in Albacara ibi est. — i. *M.* tum. — j. *M.* Alarixa. — k. *L.* venimus. — l. *M.* Ierusalem ibi habetur hospitale. — m. *L.* cuius. — n. *F.* in. — o. *M.* infra. — p. *L.* choherentes. — q. *L.* stabens.

ſiſtunt parietes ex optimis lapidibus. Ex quibus novem columnis quatuor ſunt ante faciem ipſius monumenti, que cum ſuis parietibus claudunt lapidem, coram ſepulcro poſitum, quem angelus revolvit & ſuper quem ſedit[a] poſt perpetratam[b] Domini reſurrectionem. De hoc ſepulcro non eſt neceſſe plura ſcribere, cum dicat[c] Beda in hiſtoria ſua[d] inde ſufficientiam.[e] Hoc tamen dicendum eſt,[f] quod ſabbato ſancto, quod eſt vigilia Paſche, mane officium incipitur in hac eccleſia, & poſt peractum officium *Kyrie eleiſon*[g] canitur, donec, veniente angelo, lumen in lampadibus accendatur, que pendent ſuper[h] predictum ſepulcrum, de quo dat patriarcha epiſcopis & reliquo populo, ut[i] illuminet ſibi unuſquiſque[j] in ſuis locis. Hic[k] autem patriarcha vocabatur Theodoſius, qui ob meritum devotionis a Chriſtianis eſt raptus de ſuo monaſterio, quod diſtat ab Ieruſalem xv millia, & ibi patriarcha conſtitutus ſuper omnes Chriſtianos, qui ſunt in *Terra Repromiſſionis*. Inter[l] predictas igitur iv eccleſias eſt paradiſus ſine tecto, cuius parietes auro radiant; pavimentum vero lapide ſtruitur[m] precioſiſſimo, habens in medio ſui confinium iv catenarum, que[n] veniunt a predictis quatuor eccleſiis. In quo dicitur medius eſſe mundus.

Ignis ſacer.

XII. Eſt[o] preterea in ipſa civitate alia eccleſia ad meridiem, in *monte Syon*, que dicitur *Sancti Symeonis*, ubi Dominus lavit pedes diſcipulorum ſuorum, in qua pendet ſpinea corona Domini,[p] & in hac defuncta traditur eſſe ſancta Maria. Iuxta quam verſus orientem, eſt eccleſia in honore *ſancti Stephani*, in quo loco lapidatus eſſe[q] aſ-

Eccleſia Sion.

Eccleſia S. Stephani.

a. *L.* & ſuperſedit. — b. *M.* peractam. — c. *L.* dicit; *M.* dicatur. — d. *M.* hiſt. Anglorum. — e. *M. add.* que & nos poſſumus referre. — f. eſt *d. in F.*, *V.*, *M.* — g. *L.* kariel. — h. *L.* ſupra. i. *L.* ubi. — j. unuſquiſque *d. in M.* — k. *L.* hi. — l. *V.* intra. — m. *L.*, *V.*, *M.* ſternitur. — n. *L.* qui. — o. *L.* ea. — p. *L.*, *V.*, *F. habent* ſpinee corone D. vicarium. — q. eſſe *d. in M.*

ſeritur.[a] In directum autem ad orientem eſt eccleſia in
Eccleſia S. Petri. honore *beati*[b] *Petri* in loco in quo Dominum negavit.
Templum. Ad aquilonem eſt *templum Salomonis*, habens ſinago-
Synagoga. gam Sarracenorum. Ad meridiem ſunt porte ferree, per quas angelus Domini eduxit Petrum de carcere, que poſtea[c] non ſunt aperte.

XIII. Exeuntes autem[d] de *Ieruſalem*, deſcendimus[e] in
Vallis Ioſaphat. *vallem Ioſaphath*, que abeſt a[f] civitate milliario, habens
Gethſemani. villam *Gethſemani*[g] cum loco nativitatis ſancte Marie, in quo eſt in honore ipſius eccleſia permaxima. In ipſa quoque villa eſt eccleſia *Sancte Marie* rotunda, ubi eſt ſe-
Sepulcrum ſ. Marie. pulcrum illius, quod, ſupra ſe tectum non habens, pluviam minime patitur.[h] In ipſo etiam loco eſt eccleſia, in quo
Eccleſia Traditionis. Dominus traditus eſt, habens quatuor menſas rotundas cene ipſius. In *valle* quoque *Ioſaphat* eſt eccleſia in honore[i] *ſancte Leontij*, in qua dicitur Dominus venturus[j] eſſe ad iudicium.

Mons Oliveti. XIV. Inde perreximus[k] in *montem Oliveti*, in cuius declivio oſtenditur locus orationis Domini ad patrem. In latere autem predicti montis oſtenditur locus, in quo Phariſei deduxerunt ad Dominum mulierem in adulterio
Eccleſia S. Iohannis. deprehenſam, habens[l] eccleſiam in honore *ſancti Iohannis*, in qua ſervatur ſcriptura in lapide marmoreo, quam Dominus ſcripſit in terra.[m]

XV. In cacumine autem ſepius dicti montis, milliario uno a *valle Ioſaphat*, eſt[n] locus aſcenſionis Domini ad patrem,[o] habens *eccleſiam*[p] rotundam ſine tecto,[q] in
Eccleſia Aſcenſionis. cuius medio, hoc eſt in loco aſcenſionis Domini, habe-

a. *F.* creditur. — b. *F.* ſancti. — c. *L.*, *V.* poſt. — d. exeuntes autem *d. in M.* — e. deſcendimus *d. in M.* — f. a *d. in L.* — g. *F.* Gidſemani. — h. *L.* paritur. — i. in honore *d. in F.* — j. *L.* dominum venturum. — k. *M.* venerunt. — l. *M.* habetur ibi eccleſia. — m. *V.* terram. — n. eſt *d. in F.* — o. ad patrem *d. in F.* — p. *F.*, *M.* habetur ibi eccl. — q. habens....tecto *d. in F.*

tur[a] altare ſub divo patens, in quo celebrantur ſollemnia miſſarum.

XVI. Inde[b] tranſivimus[c] ad *Bethaniam*, que eſt ad meridiem, diſtans a *monte Oliveti* milliario uno, in deſcenſu ipſius montis, in quo eſt *monaſterium* cuius eccleſia ſepulcrum monſtrat Lazari. Iuxta quod eſt piſcina ad aquilonem, in qua iuſſu Domini lavit ſe ipſe Lazarus reſuſcitatus,[d] qui dicitur poſtea perſtitiſſe[e] epiſcopus in *Epheſo* xl annis. In deſcenſu etiam de *monte*[f] *Oliveti* ad occidentalem plagam oſtenditur marmor, de quo aſcendit[g] Dominus ſuper pullum aſine. Inter hec ad meridiem, in *valle Ioſaphat*, eſt natatoria *Siloe*.[h]

Bethania.

Sepulcrum Lazari.

Natatoria Siloe.

XVII. Ceterum dum exivimus ab *Ieruſalem*, tranſeuntes ad *Bethleem*, a loco nativitatis Domini, qui fuit vj milliario,[i] oſtenſus eſt nobis[j] campus, in quo laborabat Abacuc, quando angelus Domini iuſſit ei[l] prandium ferre Danieli in *Babilonem*, que eſt ad meridiem, ubi regnavit Nabuchodonoſor,[m] quam nunc[n] ſerpentes & beſtie inhabitant. *Bethleem*[o] ergo habet eccleſiam valde magnam in honore *ſancta Marie*, in cuius medio eſt crypta[p] ſub uno lapide. Cuius introitus eſt ad meridiem,[q] exitus vero ad orientem. In quo oſtenditur *preſepium Domini* ad occidentem ipſius cripte;[r] locus autem in quo Dominus vagiit, eſt ad orientem, habens[s] altare ubi celebratur miſſa. Iuxta hanc eccleſiam eſt ad meridiem eccleſia beatorum martyrum *Innocentium*. Milliario denique uno a *Bethleem* eſt monaſterium *ſanctorum Paſtorum*, quibus angelus in nativitate Domini apparuit.

Bethleem.

Campus Habacuc.

Eccleſia S. Marie.

Eccleſia Innocentium.

a. habetur *d. in F.* — b. *L.* in. — c. *M.* perrexerunt a B. — d. *L.* reſuſcitatur. — e. *L.*, *M.* exſtitiſſe. — f. *L.* etiam montis. — g. *M.* deſcendit. — h. *F.* Syloe. — i. *M.* inde tranſierunt in Bethleem, ubi Dominus fuit natus, habens vj milia. — j. nobis *d. in F.*; *M.* illis. — k. *F.* laboravit. — l. *F.* eum. — m. *F.*, *L.* Nabugodonoſor. — n. *L.* nec. — o. *F.* Belleem. — p. *M.* ſcriptura. — q. *L.*, *V.* a meridie. — r. *M.* ſcripture. — s. *M.* habet,

XVIII. Ad poſtremum triginta milliariis ab *Ieruſalem* eſt *Iordanis* ad orientem, ſuper quem eſt monaſterium *Sancti Iohannis Baptiſte.* [a] In quibus quoque locis multa conſiſtunt monaſteria.

Monaſterium S. Iohannis-B.

XIX. Eſt inter hec ad occidentalem partem [b] *Ieroſolyme* [c] civitatis milliario uno ecclefia *Sancte Mamille*, in qua ſunt multa corpora martyrum, qui a Sarracenis interfecti, [d] ab ipſa ſunt ibi diligenter conditi.

Ecclefia S. Mamille.

XX. Revertentes igitur ab *Ieruſalem* civitate ſancta, venimus in mare. Intrantes autem in mare, navigavimus [e] lx dies cum anguſtia magna valde, non habentes ventum ſerenum. Tandem exeuntes de mari, venimus [f] ad montem *Aureum*, ubi eſt cripta habens vij altaria, habens etiam ſupra ſe ſilvam magnam. In quam criptam nemo poteſt pre obſcuritate [g] intrare, niſi cum accenſis luminibus. Ibidem erat [h] abbas dominus Valentinus.

Mons Aureus.

XXI. A *monte Aureo* venientes pervenimus *Romam*, [i] intra quam urbem ad orientalem partem, in loco qui dicitur *Lateranis*, eſt ecclefia in honore ſancti Iohannis Baptiſte [j] bene compoſita, ubi eſt propria ſedes apoſtolicorum. [k] Ibidem etiam unaquaque nocte deferuntur ad apoſtolicum claves de univerſa civitate. [l] Ad occidentalem autem partem eſt *eccleſia beati Petri* principis apoſtolorum, ubi ipſe corpore [m] requieſcit, cui in magnitudine [n] non eſt ſimilis ecclefia in univerſa terra: que continet etiam ornamenta diverſa. In qua etiam predicta urbe innumerabilia corpora ſanctorum requieſcunt.

Roma.

Ecclefia S. Iohannis.

Ecclefia S. Petri.

XXII. In hac enim [o] urbe ſeparati ſumus ab invicem:

S. Michael in periculo maris.

a. Baptiſte *d. in F.* — b. *M.* plagam. — c. *V.* Ieruſolime; *L.* Ieruſolimite. — d. *L. add.* ſunt. — e. *L.*, *V. add.* eximari. — f. *M. loco omnium quæ præcedunt habet*, De Hieruſalem intraverunt in mare & venerunt. — g. *L.* pot. obſcuritatem; *M. add.* tenebrarum. — h. *M.* fuit. — i. *M.* de M. A. pervenerunt ad R. — j. Baptiſte *d. in L.*, *V.* — k. *M.* apoſtolorum. — l. ibidem .... civitate *d. in M.* — m. corpore *d. in F.*, *M.* — n. *F.* magnitudinem. — o. *F.* etenim.

ego vero [a] poſtea veni [b] ad *Sanctum Michaelem ad duas Tumbas*, qui locus eſt ſitus in monte, qui porrigitur in mare per duas leucas. [c] In ſummitate cuius [d] montis eſt eccleſia in honore ſancti Michaelis, & in circuitu illius montis redundat [e] mare cotidie duabus vicibus, id eſt mane & veſpere, & non poſſunt homines adire montem, donec mare receſſerit. [f] In feſtivitate autem ſancti Michaelis coniungitur mare in redundando in circuitu illius montis, ſed ſtat ad [g] inſtar murorum a dextris & a ſiniſtris. Et in ipſa die ſolempni poſſunt omnes quicumque ad orationem venerint, omnibus horis adire montem, quod tamen aliis non poſſunt diebus. [h] Ibi [i] eſt abbas Phinimontius [j] Brito.

XXIII. Tandem ego dico [k] vobis, quomodo tenent Chriſtiani legem Dei ſive in *Ieruſalem*, ſive in *Egypto*. Chriſtiani autem [l] & pagani talem [m] pacem inter ſe poſitam habent ibi, ut [n] ſi iter agerem & in itinere ipſo mortuus fuerit meus camelus aut [o] aſinus, qui meam gereret paupertatem, & ibi relinquerem omnia mea ſine cuſtode & ierim ad civitatem propter [p] alium, ego cum rediero, omnia mea illeſa inveniam; talis pax eſt ibi. At ſi in civitate aut in ponto aut in itinere aliquo invenerint hominem [q] ambulantem per noctem vel etiam per diem, non habentem cartulam aliquam aut ſigillum [r] alicuius regis vel principis terre illius, illico iubetur recludi [s] in carcerem, quoad uſque veniat dies, [t] quo poſſit reddere rationem utrum ſit explorator, aut tale aliquid.

XXIV. *Beneventani* principem ſuum Sichardum per Beneventum.

a. *L.* enim. — b. *loco* in hac. . . . veni *habet M.* inde venerunt. — c. *V.* leugas. — d. *M. d.* cuius. — e. *L.* redundatur. — f. *M.* diſceſſerit. — g. ad *d. in M.* — h. *Cætera omnia deſunt in M.* — i. *F.* ubi. — j. *L.* Phimnontius. — k. dico *d. in L., V.* — l. autem *d. in L., V.* — m. talem *d. in L., V.* — n. *L.* ubi. — o. *L.* autem. — p. *L.* prope. — q. *L. add.* aliquem. — r. *F.* ſignum. — s. *F.* recudi. — t. *F.* tempus.

ſuperbiam interfecerunt, & legem Chriſtianorum multum deſtruxerunt. Deinde rixas & contentiones inter ſe habuerunt, donec Ludovicus,[a] Lotharij & Karoli frater, ipſis eum Beneventanis invitantibus, ſuper eos imperium accepit. In *Romania* vero multa mala fiunt, & ſunt ibi homines mali fures & latrones, & ideo non poſſunt homines, ad Sanctum Petrum ire volentes, per eam tranſire, niſi ſint plurimi & armati. In *Longobardia*, Ludovico[b] memorato regnante, bona ſatis pax eſt. *Britones* quoque pacem habent inter ſe. Legem etiam habent, qualem vobis dico,[c] ut[d] ſi alius alij iniuriam fecerit, ſtatim veniat[e] tertius, quicumque ſit, qui hoc viderit, & vindicet[f] eum quaſi[g] eius fuiſſet proximus. Et ſi comprobatum[h] aliquem invenerint de furto ultra iv denarios, eum interficiunt aut[i] in patibulo[j] ſuſpendunt.

Romania. Longobardia. Britones.

Gethſemani.

XXV. Denique in *valle Gethſemani*,[k] vidimus eiuſdem ſubtilitatis marmoreos lapides quadratos, ut[l] in eis veluti in ſpeculo omnia quecumque voluerit homo conſpicari poſſit.[m]

a. *L.* Hludowicus. — b. *L.* Hludevico. — c. *L.* dicunt. — d. *L.* ubi. — e. *L.* venit. — f. *L.* vindicat. — g. *L.* quia. — h. *L.* probatum. — i. *L.* autem. — j. *V.* patulo. — k. *V.* Getſemani. — l. *L.* ubi. — m. *Hæc ultima verba forte in capitulo XIII (v. ſup. p. 316) collocanda fuiſſent.*

XIV

DESCRIPTIO

PARROCHIAE IERUSALEM

[circa 460]

CODICES QUIBUS USUS EST EDITOR:

A. Romæ, Reginæ Sueciæ Bibl., 196, membr., ſæc. XII.

B. Bruxell., Bibl. reg., 7579, ch., ſæc. XVII.

C. Ibid. Ibid. 9827, pargam., ſæc. XII.

D. Pariſiis, Bibliot. nat., lat. 5129, membr., ſæc. XII.

R. Biblioth. Remenſis, 821, f. 63 v°, membr., ſæc. XII.

DESCRIPTIO

PARROCHIAE IERUSALEM

* * *

INCIPIT deſcriptio parrochie Iheruſalem. [a]
Deſcriptio parrochie ſancte Dei civitatis Iheroſolime, [b] reperte [c] in ſanctis canonibus, deſignate quidem a ſanctis patribus per inſpirationem ſancti Spiritus ab initio ſui [d] patriarchatus. [e]

Sunt quidem [f] ei quatuor metropolite epiſcopi, [g] quorum primus Ceſarienſis, Scitopolitanus [h] ſecundus, Petreius tertius, Boſtrenſis quartus.

I. CESARIENSIS vero habet :
Doram. [i]
Antipatron. [j]
Dioſpolim.
Iamniam.
Nichopolim.
Denhu. [k]
Sozuſan. [l]

a. *Hic titulus tantum habetur in A.* — b. Iheruſalem *d. in R.* — c. reperte *d. in R.* — d. ſui *d. in R.* — e *Hunc titulum omit. B., C., D., qui tantum hoc habent:* Deſcriptio eccleſie ſancte civitatis Ieruſalem. — f. quidem *d. in B., C., D.* — g. epiſcopi *d. in A., R.* — h. *R.* Scitopolinus. — i. *R.* Boram. — j. *A.* Antipatram. — k. *A.* Denu; *R.* Deny. — l. *A.* Sozuſam.

Ioppen.[a]
Aſchalonem.
Gazam.
Raphiam.[b]
Anthidonam.[c]
Diocletianopolim.[d]
Neapolim.[e]
Sebaſten.[f]
Apathus.[g]
Iericho.[h]
Liviam.
Gazaram.
Azotum Paralie.[i]
Azotum que[j] dicitur Ippinos.[k]
Eucomazon.[l]
Euthiliu.[m]
Trichomias.[n]
Toxum.[o]
Saltum Conſtantini.[p]
Saltum Ieratico,[q] que[r] dicitur Barſamon.[s]

II. SCITOPOLITANUS[t] habet:[u]
Pellem.
Capitoliam.[v]

a. *A.* Ioppem. — b. *A.* Raphati quoque dicitur Barſamon. — c. *A.* Atydonam; *R.* Anthychonam — d. *A.*, *B.*, *C.*, *D.* Dyodicianopolim; *R.* Dyodycynopolim. *Hanc villam ſub Scitopoli collocat A.* — e *Hanc etiam in Scitopolitana provincia habet A.* — f. *R.* Sebaſteam; *hanc ut ſupra A.* — g. *R.* Apatus; *ut ſupra A.* — h. Iherico *A. qui hanc villam in Scitopolitana.* — i. *B.*, *C.* Paralye. — j. *B.* quod. — k. *A.*, *C.*, *D.* Ypinos; *B.* Yponos. — l. *B.*, *C.*, *D.* Euchamaton; *A.* Euchoniazon. — m. *A.* Ethilui; *R.* Ethyliu. — n. *B.* Gricomias; *D.* Thricomias; *R.* Trycomiam. — o. *A.* Tozum. — p. *A.* Conſtantij; *R.* Conſtanti. — q. *A.* Iherati. — r. *R.* quidem. — s. *B.*, *C.*, *D.* Berſamon. — t. *A.* Scitopolis. — u. *R.* vero habet. — v. *B.*, *C.*, *D.*, *R.* Capitholiam.

Gazarim. [a]
Avillam.
Maximianopolim. [b]
Diocesaream. [c]
Tyberiadem. [d]
Ganem. [e]
Helenopolim. [f]
Yppum.
Tetracomiam. [g]
Clima Gablanim. [h]
Naim. [i]
Nazareth.

III. PETREIUS habet: [j]
Augustopolim.
Arindilem. [k]
Cahmidam. [l]
Arapolim. [m]
Mampsim. [n]
Elusam.
Zoaram. [o]
Virosamum.
Ellas. [p]
Pentachomiam. [q]
Mamopsoram. [r]
Mitrocomiam. [s]

a. *B.*, *C.*, *D.* Gezarim. — b. *R.* Maximianeopolym. — c. *B.*, *C.*, *D.*, *R.* Dyocesaream. — d. *R.* Tyberiadym; *B.*, *C.*, *D.* Tyberiadim. — e. *A.* Panem; *D.* Ghanem. — f. *A.* Elenopolim; *C.*, *D.* *R.* Glenopolim. — g. *Sic editor*; *A.*, *B.*, *C.*, *R.* Tetrachoniam; *D.* Thetrachoniam. — h. *B.*, *C.*, *D.* Glimagablanim; *R.* Climagabalinim. — i. *A.* Nain; *B.*, *C.*, *R.* Naym. — j. *A.*, *R.* Metropolis Petree (*R.* Petre) habet. — k. *A.*, *C.*, *D.*, *R.* Arnidilem. — l. *B.*, *C.*, *D.*, Cathmida. — m. *B.*, *C.*, *D.* Arapolem. — n. *R.* Mampsym. — o. *B.*, *C.*, *D.*, *R.* Zooram. — p. *C.* Evas. — q. *A.* Pentachoniam; *R.* Phentaconiam. — r. *D.* *in A.* — s. *D.* *in A.*

Salton Ieratico.[a]

IV. BOSTRENUS habet:[b]
Adrafon.
Diam.[c]
Medevam.[d]
Gerafam.[e]
Philadelphiam.[f]
Efuum.
Ierapolim.[g]
Fenuthon.
Philippopolim.[h]
Conftantiam.
Dyonifiam.
Tricomidiam.[i]
Canotham.
Bethanim.[j]
Exacomiam.[k]
Eniacomiam.[l]
Comi Goniam.[m]
Comi Cherum.[n]
Comi Stranem.[o]
Comi Machaveron.[p]
Comi Choreathan.[q]
Comi Blibanum.[r]

a. *A.* Saltu Iheratico; *B.*, *C.*, *D.* Ieraticho; *R.* Saltum Iheraticho. — b. *A.* Boftrm.; *R.* Boftron. — c. *A.*, *B.*, *C.*, *D.* Dyam. — d. *A.* Metlenam. — e. *A.*, *R.* Geraffam. — f. *A.* *Sic editor*; *A.* Pyladelfiam; *B.*, *C.* Phyladelfiam; *D.* Filadelphiam; *R.* Filadelphyam. — g. *R.* Ierapolym. — h. *A.* Philippoblim; *B.*, *C.*, *D.* Phylipolim; *R.* Phylippopolym. — i. *A.* Drychomicham; *B.* Trimidam; *R.* Trichomidam. — j. *R.* Bathanym. — k. *A.* Exachomiam. — l. *R.* Ennochomiam; *d. in B.*, *C.*, *D.* — m. *A.* Comigomiam. — n. *A.* Comigerum. — o. *A.* Comiftraneum; *R.* Comiftrannem. — p. *A.* Comimacaeuron; *R.* Chomimachaueron. — q. *A.* Comichoreatham. — r. *A.* Comibliblanum; *R.* Comibiblamim.

Comi Capron.[a]
Comi Pyrgoarethon.[b]
Comi Sethinin.[c]
Comi Arichon.[d]
Neothim.[e]
Comi Ariathan.[f]
Comi Trachonon.[g]
Comi Babdamon.[h]

Hec eſt parrochia ſancte Dei civitatis Ieruſalem.[i]

a. *R.* Chomicapron. — b. *B.*, *C.*, *D.* Comipirgo; *R.* Chomipyrgo; *A.*, *R.* Areton; *B.* Reathon. — c. *R.* Chomiſethynin; *d. in A.* — d. *R.* Chomiarycon; *d. in A.* — e. *A.* Neotym; *R.* Neothym. — f. *A.* Comiariatim; *R.* Chomiaryathan. — g. *A.* Comitraconon; *R.* Chomitrachonon. — h. *A.* Comibeddamon; *D.* Chomibabdamon; *R.* Chomibebdamon. — i. Explicit deſcriptio parrochye *addit R.*

XV

NOTITIA

ANTIOCHIAE AC IEROSOLYMAE

PATRIARCHATUUM

[Sæc. VI.]

CODICES QUIBUS USUS EST EDITOR :

A. Parif., Biblioth. nat., lat. 17801 (ol. Navarre 21), fæc. XII exeunt.
B. Romæ, Bibl. Regin. Sueciæ, 690 (ol. Petavianus), fæc. XIII.
C. —, Vatican. 2002, fæc. XIII vel XIV.
D. Cambridgiæ, Bibl. Coll. Corporis Chrifti (Lat. n. 95), fæc. XIV.
E. Codex collegij S. Hieronymi Dolenfis, hodie deperditus, quem exfcripfit Phil. Poyffenot, ad fuam Guillelmi Tyrij editionem (Bafileæ, Oporinus, 1549) contexendam.

NOTITIA

ANTIOCHIÆ & IEROSOLYMÆ

PATRIARCHATUUM

* * *

HEC eſt ordinatio ſub apoſtolica ſede Antiochie catholicorum metropolitanorum, archiepiſcoporum, epiſcoporum.

Catholicus Irinopolis, [a] que eſt Baldac; [b] Catholicus Ani, qui eſt Perſidis. [c]

Sedes prima: TYRUS. *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus xiij.* [d]

Porphyreon. [e]
Archis. [f]
Ptolemais. [g]
Sydon.
Sarepta.
Biblium. [h]
Botrion.
Orthoſia. [i]
Arados.
Antarados.

a. *A.*, *B.*, *C.* Yrinopolis. — b. *B.* Baldrach. — c. *Quæ præcedunt d. in E.* — d. *E.* xiiij. — e. *A.*, *B.* Porfireon. — f. *A.* Archius. — g. *B.* Phtolomais; *A.*, *C.*, *D.* Ptolemais. — h. *E.* Byblion. — i. *B.* Ortoſia.

Paneas.
Aracli.[a]
Tripolis

Sedes ſecunda: TARSUS.[b] *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus v.*
Sebaſti.[c]
Mallos.
Thina.[d]
Coricos.[e]
Poderados.[f]

Sedes tertia: EDESSA.[g] *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus x.*[h]
Virthi.[i]
Conſtantia.
Carron.[j]
Marcopolis.
Vatnon.[k]
Cedmaron.[l]
Ymeria.[m]
Querquenſia.
Tapſaron.[n]
Callinicos.[o]

Sedes quarta: APAMIA.[p] *Sub hac*[q] *ſede ſunt epiſcopatus vij.*
Epiphania.[r]
Seleucovila.[s]
Lariſſa.[t]

a. *E.* Maraclea Araclia. — b. *A.*, *E.* Tharſus. — c. *E.* Sebaſtia. — d. *A.*, *B.*, *C.* Thiva. — e. *E.* Choricos. — f. *D.* Poderades. — g. *E.* Ediſſa. — h. *A.* xj. — i. *Codd. omnes ac E.* Virchi. — j. *E.* Capron. — k. *B.*, *C.*, *E.* Varnon. — l. *B.* Cedinaron; *D.* Gedmaron. — m. Himeria *corr. E.* — n. *D.* Capſaron. — o. *C.* Callynicos; *E.* Celimeos. — p. *D.* Aparma. — q. *E.* qua. — r. *A.*, *C.* Epyphania. — s. *E.* Seleuconvila. — t. *A.*, *C.* Larriſſa.

Valanea. [a]
Mariani. [b]
Raphania. [c]
Arethuſa.

Sedes quinta : HIERAPOLIS. [d] *Sub hac* [e] *ſede ſunt epiſcopatus viij.*

Zeuma.
Surron.
Varvalis. [f]
Neoceſarea. [g]
Perri.
Orimon. [h]
Dolichi. [i]
Europi.

Sedes ſexta : BOSTRA. [j] *Sub hac* [k] *ſede ſunt epiſcopatus xix.*

Geraſon. [l]
Philadelphia. [m]
Adra[ſ]on.
Midavon. [n]
Auſtanidon. [o]
Delmundon. [p]
Zoroima. [q]
Herri. [r]
Yeevi. [s]
Eutinij. [t]

a. *C.* Valannea. — b. *D.* Mariam; *E.* Mariania. — c. *E.* Ruphania. — d. *A.* Ierapolis; *C.* Gerapolis. — e. *E.* qua. — f. *B.*, *D.*, *E.* Varnalis; *A.* Varuat. — g. *E.* Neoceſaria. — h. *C.* Orymon; *E.* Ormion. — i. *C.* Dolychi. — j. *B.* Boſtrum. — k. *E.* qua. — l. *A.*, *B.* Geraſſon; *E.* Ceraſſon. — m. *B.* Phyladelphia; *C.* Phyladelfia. — n. *C.* Mydanon. — o. *B.* Auſtanolon; *C.* Auſtandon; *E.* Auſtamidon. — p. *E.* Belmindon. — q. *A.*, *D.* Zozoyma; *C.*, *E.* Zoroyma. — r. *E.* Herry. — s. *D.* Seem; *E.* Iceny. — t. *D.* Eucuni; *E.* Eutimij.

Conſtantia.[a]
Paramboli.
Dionyſia.[b]
Conathon.[c]
Maximopolis.
Philippolis.[d]
Cryſopolis.[e]
Neilon.[f]
Lorea.

Sedes ſeptima: ANAVARZA. *Sub hac*[g] *ſede ſunt epiſcopatus ix.*

Epiphania.[h]
Alexandros.[i]
Irinopolis.[j]
Cambriſopolis.[k]
Flavias.
Roſſos.[l]
Caſtavali.[m]
Eguas.[n]
Siſia.[o]

Sedes octava: SELEUCIA. *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus xxiv.*

Claudiopolis.[p]
Dioceſarea.
Oropi.
Daliſandos.[q]

a. *B.* Conſtancia; *C.* Coſtantia. — b. *A.*, *B.* Dioniſia. — c. *A.* Coriaathon; *C.* Conaathon; *D.* Conaachon; *E.* Conohaton. — d. *B.* Phylipolis; *C.* Phylippolis. — e. *A.*, *C.*, *D.* Criſopolis; *E.* Chriſopolis. — f. *B.*, *C.* Neylon; *E.* Heylon. — g. *E.* qua. — h. *A.*, *C.* Epyphania. — i. *E.* Alexandris. — j. *B.*, *C.* Yrinopolis; *E.* Hirenopolis. — k. *B.* Cabriſopolis. — l. *A.*, *D.* Roſſas. — m. *D.* Caſtravalet; *E.* Caſtanali. — n. *D.* Egnas. — o. *B.*, *D.* Syſia; *C.* Syſya. — p. *A.* Clamdiopolis; *D.* Olamdiopolis. — q. *A.* Daliſanidos; *E.* Dalyſanidos.

Sevila.[a]
Kelenderis.[b]
Anemori.[c]
Titopolis.[d]
Lamos.[e]
Antiochia parva.
Nephelia.[f]
Kiſtra.[g]
Selenunta.[h]
Yotapi.[i]
Philadelphia[j] parva.
Irinopolis.[k]
Germanicopolis.[l]
Mobſda.[m]
Dometiopolis.[n]
Sbidi.[o]
Zinonopolis.[p]
Adraſon.[q]
Miloi.[r]
Neapolis.

Sedes nona: DAMASCUS. *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus x.*
Abli.[s]
Palmyron.[t]
Laodicia.
Euria.[u]

a. *E.* Seriula. — b. *E.* Celenderis. — c. *A.* Auemori; *E.* Anemory. — d. *B.*, *C.* Tytopolis. — e. *E.* Lamoſy. — f. *A.* Nefelia; *C.* Nefelya. — g. *Sic ed.*; *codd. omnes* Riſtra. — h. *D.* Selenunca; *E.* Selenuntis. — i. *D.* Yocapi; *E.* Yocopi. j. *B.*, *C.* Phyladelphia; *A.* Philadelfia. — k. *B.*, *C.* Yrinopolis; *D.* Yrmopolis; *E.* Hermopolis. — l. *D.* Sermanicopolis. — m. *A.* Moſbea; *B.*, *C.* Moſbda; *E.* Moſoda. — n. *B.* Demeciopolis; *E.* Demenopolis. — o. *E.* Sbydi. — p. *E.* Synopoli. — q. *C.* Andraſſon. — r. *B.* Minu; *C.* Miloy; *D.* Mynu; *E.* Myim. — s. *E.* Ably. — t. *Sic ed.*; *codd. habent* Palmipon. — u. *C.* Puria.

Renocora.[a]
Yabruda.[b]
Danabi.
Karatea.[c]
Hardani.[d]
Surraquini.

Sedes decima: AMIDA. *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus vij.*
Ynilon.[e]
Valentini.[f]
Arſamoſata.[g]
Sophim.[h]
Kitaris.[i]
Ripha.[j]
Zeuma.

Sedes undecima: SERGIOPOLIS. *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus iv.*
Bizonovias.[k]
Marcopolis.
Venethali.[l]
Ermenia.

Sedes duodecima: THEODOSIOPOLIS. *Sub hac*[m] *ſede ſunt epiſcopatus vij.*
Ortros.[n]
Maznuni.[o]
Maurocaſtron.

a. *D.* Conochora; *A.*, *B.*, *C.* Konokola. — b. *E.* Hiabanda. — c. *C.* Karathea; *E.* Carathea. — d. *E.* Hardam. — e. *C.* Ynylon; *E.* Hynilon. — f. *E.* Valentium. — g. *D.* Arlamoſata. — h. *E.* Sophym. — i. *D.* Kicaris; *E.* Caytaris. — j. *E.* Ryphi. — k. *C.* Bzonavias; *D.* Bizonamas; *E.* Bizanonias. — l. *B.*, *C.*, *E.* Venethal; *D.* Venechalis. — m. *E.* qua. — n. *E.* Oricos. — o. *D.* Mazimin; *E.* Maznimi.

Agia Maria. [a]
Axieri.
Taroza. [b]
Politimos. [c]

Sedes tertia decima: EMISSA. *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus iv.*
Arqui.
Ariſton. [d]
Herigen. [e]
Orogiſon.

METROPOLITANI *per ſe ſubſiſtentes* [f] *viij.*
Beritus. [g]
Heliopolis. [h]
Laodicia.
Samoſata.
Kyros. [i]
Pompeiopolis. [j]
Mopſueſtia. [k]
Adana. [l]

ARCHIEPISCOPI *xij.*
Verea.
Kalquis. [m]
Gabula.
Seleucia. [n]
Piperia. [o]

a. *B.*, *C.*, *E.* Agya; *D.* Marca. — b. *D.* Caroſa; *E.* Taroſia. — c. *E.* Palitinios. — d. *B.* Otiſſon; *C.* Oriſon. — e. *A.* Herigeni; *D.* Herygem; *E.* Herygen. — f. *A.* ſubſtinentes; *D.*, *E.* ſuſtinentes. — g. *E.* Piericus. — h. *A.* Eliopolis; *B.* Elyopolis; *C.* Helyopolis. — i. *B.* Kiros; *E.* Cyros. — j. *A.* Penipeipolis; *B.* Peneipeipolis; *C.* Panypeypolis. — k. *E.* Mopſpheſtia. — l. *B.* Adaua; *E.* Adama. — m. *E.* Calquis. — n. *B.* Seleutia. — o. *C.* Pyperia.

Anaſarphon.
Paltos.
Germanicia.
Salamias.
Varcoſſos.[a]
Faſſos.[b]
Anavagathon.[c]

|*Iuxta traditiones veterum & etiam quedam ſcripta, que auctoritatem habent non modicam apud Paleſtinos & maxime Grecos, Ieroſolimitana eccleſia uſque ad tempora domini*[d] *Iuſtiniani, ſancte recordationis auguſti, epiſcopum habuit nulla vel modica dignitatis prerogativa gaudentem. Tempore vero predicti Deo dilecti principis, congregata eſt ſynodus generalis apud Conſtantinopolim, tempore domini Vigilij*[e] *pape, Euticij*[f] *Conſtantinopolitani, Apollinari Alexandrini, Domini*[g] *Antiocheni, Euſtochij Ieroſolimitani patriarcharum, ſuper tribus capitulis, videlicet ſcriptis Theodoreti Cyri, item ſcriptis Theodori, Mopſueſtie*[h] *epiſcoporum, & epiſtola Ybere*[i] *ad Marym Perſſam. In qua ſynodo, poſt alias eccleſie Dei neceſſarias inſtitutiones, quas pro tempore promulgandas*[j] *decrevit, ſanctorum patrum, qui ad eam convenerant, auctoritas predictam Deo amabilem honorare eccleſiam, & eius epiſcopo locum inter patriarchas dare communi ſanxit*[k] *voluntate, reverentiam exhibens ſancte reſurrectioni. Et quoniam predicta Dei cultrix civitas*[l] *quaſi in limite Alexandrini & Antiocheni patriarchatuum*[m] *erat, nec haberent unde illi urbes ordinarent ſuffraganeas,*

a. *C.* Varconſos; *E.* Varcoſos. — b. *A.* Saſſos; *D.* Foſſos. — c. *E.* Ananagarthon. — d. domini *d. in E.* — e. *D.* Eugenij. — f. *D.* Eucij; *E.* Eurychij. — g. *E.* Pauli. — h. *C.* Mopſuetue; *E.* Mopſpheſtie. — i. *E.* Hyberæ. — j. *C.*, *D.* promulgatas. — k. *C.* ſancxit. — l. civitas *d. in C.* — m. *A.* patriarcatuum.

nisi patriarche aliquid detraherent, visum est expedire ab utroque aliquid decerpere, ut eidem iuxta formam aliorum patriarchatuum[a] *ordinarent subiectos. Subtraxerunt ergo Antiocheno Cesariensem & Scitopolitanum metropolitanos, Alexandrino vero Rabbenssem & Beceirensem*[b] *item metropolitanos. Et quoniam iterum eumdem patriarcham oportebat habere preter supradictos metropolitanos familiares suffraganeos, quos Greci* cincellos[c] *vocant, subtraxerunt predictis metropolitanis quosdam episcopos, & quosdam de novo creaverunt usque ad viginti quinque, quorum urbium numerum & nomina subiunximus, computatis prius metropolitanis & eorum suffraganeis. Est autem ordo talis :*][d]

Sedes prima : CESAREA MARITIMA. *Sub hac sede sunt episcopatus xix.*[e]

Dora.
Antipatrida.
Iamnias.[f]
Nicopolis.[g]
Onus.
Sozucis.[h]
Rafias.[i]
Regium Apatos.
Regium Ierico.[j]
Regium Livas.
Regium Gadaron.
Azotus Paralias.[k]
Azotus Ippum.[l]

a. *A.* patriarcatuum. — b. *B.*, *C.* Beterensem; *E.* Berythensem; Beceirensem *d. in D.* — c. *D.* cyncellos; *A.* cancellos. — d. *Quæ inter* [ ] *impressa sunt inseruit, ut arbitramur, Wilhelmus Tyrius.* — e. *E.* xx. — f. *D.* Iampraas. — g. *A.* Nichopolis; *C.* Nychopolis. — h. *E.* Sorutis. — i. *C.* Raphyas; *D.* Bafias. — j. *C.* Hiericho; *D.*, *E.* Hierico. — k. *E.* Hiaralias. — l. *C.* Yppum; *E.* Hippum.

Eſcomazon.[a]
Eſtilion.[b]
Tricomias.[c]
Tocxus.[d]
Saltum.
Conſtantiniaquis.[e]

Sedes ſecunda: SCITHOPOLIS.[f] *Sub hac ſede*[g] *ſunt epiſcopatus viij.*[h]
Capitoliados.
Miru.[i]
Gadarum.[j]
Pelon.[k]
Villiſippus.[l]
Tetracomias.[m]
Clima[n] Gaulanis.[o]
Comanas.[p]

Sedes tertia: RABBA[q] MOABITIS.[r] *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus xij.*
Auguſtopolis.
Arindila.[s]
Karah.[t]
Ierapolis.[u]
Memſidos.[v]
Elucis.[w]

a. *D.*, *E.* Eſtomaſon. — b. *Deeſt in E.* — c. *E.* Tricomas. — d. *C.* Tocrus; *D.* Toxtus; *E.* Taxus. — e. *E.* Conſtantinianum. — f. *A.*, *C.* Scitopolis. — g. ſede *d. in A.*, *C.*, *D.* — h. *Sic ed.*; *codd.* ix. — i. *C.* Myra. — j. *E.* Gadaron. — k. *D.* Pelos. — l. *C.* Ypus; *E.* Philippus. — m. *E.* Terracomas. — n. *C.*, *D.* Oluna. — o. *C.* Gaidanis; *D.* Galanis; *E.* Gallanis. — p. *D.* Komanas. — q. *E.* Rubba. — r. *A.*, *D.* Moabbitis. — s. *E.* Arnidilla. — t. *C.* Karath; *E.* Carah. — u. *C.* Yerapolis; *E.* Hierapolis. — v. *C.* Menſidos; *D.* Mempſidos. — w. *A.* Glueis; *D.* Eulutis; *E.* Eluris.

Zora.
Viroſſam.[a]
Pentacomia.
Mamapſon.
Mitrocomias.[b]
Saltum Ieraticon.[c]

Sedes quarta : BECEIRA.[d] *Sub hac ſede ſunt epiſcopatus xxxiv.*
Adraſſon.[e]
Dias.[f]
Medavon.[g]
Ieraſſon.[h]
Nevi.[i]
Philadelfias.[j]
Ierapolis.[k]
Eſuos.[l]
Neapolis.
Fenuſtus.[m]
Philipopolis.[n]
Dyoniſia.[o]
Conſtantianis.
Pentacomias.
Tricomias.
Canophados.[p]
Saltum.
Votaneos.
Exacomias.[q]

a. *D.* Viroſam. — b. *C.* Mytrocomias ; *D.* Mitrotomias. — c. *C:* Yera . . . ; *D.* Hieraticon. — d. *C.* Beceyra ; *D.* Beteira ; *E.* Becerra. — e. *C.* Andraſon. — f. *C.* Dyas. — g. *D.* Medanon. — h *D.*, *E.* Hieraſſon. — i. *D.*, *E.* Nein. — j. *A.*, *D.* Filadelfia. — k. *C.* Yerapolis ; *E.* Hierapolis. — l. *D.* Eſnos. — m *E.* Phenuſtus. — n. *A.* Filopolis ; *C.* Phylipopolis. — o. *A.* Dioniſias ; *E.* Dyoniſius. — p. *A.* Canofados ; *E.* Canafados ; *D.* Conafados. — q. *E.* Hexacomias.

Como Gonias.[a]
Como Geros.
Como Stanis.
Comis Mahaderon.[b]
Como Coreatas.[c]
Comis Capron.[d]
Comis Iuluanos.[e]
Comis Pirgoarethon.[f]
Comis Petnis.[g]
Comis Ariacon.[h]
Comis Neotis.
Clima Anatolis.[i]
Comis Ariothas.[j]
Comis Trachonos.[k]
Comis Vefdamos.[l]

SUFFRAGANEARUM *prima*[m]
Lidda.[n]
Ioppe.
Afcalon.
Gaza.
Meimas.[o]
Diocletianopolis.[p]
Beitgebrin.[q]
Neapolis.
Sebaftea.[r]
Iericuntus.

a. *E.* Gonnas. — b. *E.* Mahederon. — c. *E.* Coreatos. — d. *E.* Copion. — e. *E.* Iulianos. — f. *D.* Pirroareton; *E.* Pygmarethon. — g. *D.*, *E.* Pecius. — h. *E.* Anathon. — i. Anat. que vifinon *codd.*; *cf.* Parthey, p. 93 : καὶ δυσμῶν. — j. *E.* Anochis. — k. *A.*, *C.* Trahconos; *E.* Traliconos. — l. *C.*, *D.* Nefdamos ; *E.* Nephdomos. — m. *E.* fuffraganeæ. — n. *C.* Lydda. — o. *E.* Mennas. — p. *D.* Diodicianopolis; *A.*, *B.*, *C.* Dioclicianopolis. — q. *D.*, *E.* Beithgerbein. — r. *D.* Sebaftia.

Tyberiadis. [a]
Dioceſarea.
Legionum.
Capitolina.
Mauronenſis.
Gedara. [b]
Nazareth.
Thabor. [c]
Caraca [d] vel Petra.
Hadroga. [e]
Afra. [f]
Helis. [g]
Faram. [h]
Helenopolis.
Mons Syna. [i]

a. *D.* Tyberyadis. — b. *E.* Gedera. — c. *A.* Tabor. — d. *D.* Caratha. — e. *C.* Adroga; *D.* Stadroga. — f. *C.* Affra; *E.* Aphra. — g. *D.* Stelis; *E.* Helem. — h. *D.* *E.* Faran. — i. *D.* Sina.

XVI

QUALITER SITA EST

CIVITAS IERUSALEM

[Ante I bellum ſacrum ?]

CODEX MANUSCRIPTUS:

Parif., Bibl. Armam., 1161 (102), membr., f. XII, in-fol.

QUALITER SITA EST

CIVITAS IERUSALEM

* * *

Deſcriptio locorum ſanctorum.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Quicumque ad *Ieruſalem* civitatem ſanctam ire voluerit, ſemper ad ſolis ortum intendat, & ſic, Deo ductore, ad ſanctam Ieruſalem.
Ieruſalem veniet. Ab occidentali vero parte
mons Gaudij conſpicitur conſpicuus. A quo monte unum Mons Gaudij.
miliarium uſque ad civitatem. Ad introitum vero civitatis *turris David* habetur fortis. Templum vero *Sancti* Turris David.
Sepulchri eſt rotundum & ſuper Sanctum Sepulchrum in S. Sepulchrum.
ſummitate templi foramen rotundum. In medio vero templi eſt Sepulchrum Domini noſtri Ieſu Chriſti. Similiter rotundum de foris, intus autem quadratum invenitur. In introitu vero eſt porta auſtralis; in occidentali vero parte alia, & ad meridiem porta alia. Per auſtralem vero portam intrant homines, & per aliam portam Sepulchri, que ſola eſt, intratur intus, & per portam meridianam exeunt ſupra iam dicti homines. In orientali parte eſt medius mundus. Inde non longe ad orientem eſt *mons*
Calvarie, in quo Dominus crucifixus eſt; ſub quo monte Mons Calvarie.

Golgotha. eſt *Golgotha.* A quo monte eſt longe Sepulchrum quantum poteſt homo iacere petram pugnalem. Ad ſiniſtram *montis Calvarie* eſt carcer, & prope carcerem ad ſiniſtram partem columpna, in qua eſt ligatus. Contra meri-

S. Maria Latina. diem a Sancto Sepulchro *Sancta Maria Latina.* A monte vero Calvarie eſt locus ad orientem ubi ſancta Helena invenit crucem Domini. Inde ad orientem eſt *porta Spe-*

Templum Domini. *cioſa* que ducit ad templum Domini. Quod templum eſt rotundum, trinas habens portas & in circuitu atrium valde conſpicuum. In quo templo in medio eſt templum non manufactum, id eſt tabernaculum; & virga Aaron, & caput Zacharie, filij Barachie, & altare quod Iacob edificavit Domino, & due tabule Teſtamenti, & archa federis Domini, & manna unde paſcebantur filij Iſrael in deſerto, condita eſſe creduntur; & in ſummitate templi eſt lampada aurea pendens. A templo vero Do-

Templum Salomonis. mini contra meridiem eſt *templum Salomonis.* Ad orien-

Probatica piſcina. tem a templo Domini extra portam atrij *probatica Piſcina,* quinque porticus habens. Inde ad exitum civitatis

Vallis Ioſaphat. contra orientem eſt *vallis Ioſaphat,* ubi eſt eccleſia & venerabile ſepulchrum ſanctiſſime & venerabilis Marie, & *ortus Gethſemani,* ubi Dominus oravit cum diſcipulis ſuis & ubi a condiſcipulo ſuo Iuda traditore eſt traditus.

Mons Oliveti. Inde ad orientem eſt *mons Oliveti,* unde Dominus celos aſcendit & ubi diſcipulis ſuis *Pater Noſter* ſcripſit. A *monte* vero *Oliveti* uno miliari (*ſic*) eſt monumentum, unde Dominus quatriduanum ſuſcitavit Lazarum. Inde etiam ad orientem ultra leugas ſex, eſt locus ubi Dominus ieiunavit diebus xl & ubi a diabolo eſt temptatus, non ſupe-

Iordanis. ratus. A quo monte uſque ad flumen *Iordanis* ſex miliaria ſunt. A *Ieruſalem* vero contra meridiem ultra quatuor

Bethleem. miliaria eſt *Bellehem* (*ſic*) civitas David, in qua Chriſtus natus, & puteus ſuper quem ſtella deſcendit, que Magos duxit ad puerum adorandum. Extra portam Ieruſalem

contra meridiem prope eſt *mons Syon*, ubi ſancta Maria Mons Sion.
de mundo migravit. Inde non longe eſt *Acheldemac*, Acheldemac.
hoc eſt ager ſanguinis. Inde etiam ad meridiem non
longe eſt *natatoria Siloe*. Sub monte prope menia civi- Siloe.
tatis ibi eſt locus, ubi ſanctus Petrus ploravit poſtquam
Chriſtum negavit. Contra ſeptemtrionem extra portam
civitatis eſt locus ubi ſanctus Stephanus eſt lapidatus.
Et ita conſtructe ſunt omnes orationes in Ieruſalem, &
ego teſtis qui vidi & hunc parviſſimum titulum ſcripſi.

Explicit feliciter.

XVII

THEODOSII, ANTONINI ET ARCULFI

LECTIONES VARIAE

A

THEODOSIUS

DE LOCIS SANCTIS

I

[E codice Waſſobrunenſi, in bibl. reg. Monacenſi (lat. 22,053, m. ſæc. IX) aſſervato, ff. 23-24.]

* * *

Incipit [nume]rus in militarum *(ſic)*[1] ubi Dominus pedibus ambulavit de locis sanctis.

f. 22. CIVITAS Hieroſalem habet portas xij. Parte orientis porte iij, parte meridianæ porte iij, I
parte occidentis porte iij, parte aquilonis porte iij, & inter porta & porta milia trea.

Deinde *porta Beniamin* exiens vadit ad *Hiericho* hab. milia xxxiij. Ibi mulier fornicaria XVI
celavit exploratores de populo Iſrahelitico.

f. 22 b. De *Hiericho* uſque in *Galgala* miliarium unum. Ibi eſt ager, quem ipſe Dominus manu ſua aravit & ſeminavit, & ibi eſt monaſterium & in ipſo monaſterio ccc. monachi, quæ poſſident agrum illum, & ipſe ager in anno tertio fructum dat & ſinguli fructi viij modios dant.

De *Galgala* uſque ad *Betſaida* milia xij. In qua Iacob ſomnium vidit ſcalam ad cælum iunctam, per quam aſcendebant angeli & diſcendebant, & Dominus incumbebat in cacumine
f. 23. eius, & ibi vovit Iacob votum Domino dicens: *De omnibus* XXVII

[1] In mil. viarum *ſive* In miliarim (?).

[*que*] *dederis mihi*, *decimas decimabo tibi.* De *Betſaida* uſque in *Samaria*, q[ue] modo dicitur *Naboli*, milia xxiij. Ibi eſt puteus, quem ipſe Iacob fecit. Ibi oſſa Ioſeph filij ſui. (*Gen.* 22.)

XXVIII De *Samaria* uſque in *Sabaſtia* mil. vij. Ibi ſanctus Iohannes decollatus eſt in carcerem. De *Sebaſtia* uſque in *Cinopoli* mil. xx. Ibi ſanctus Baſileus paſſus eſt. De *Cænobili* uſque in tho *(ſic)* *Thiberiata* mil. x[xvi]iij. Ibi ipſe Dominus ſuper mare ambulavit. De *Thyberiata* uſque ad *Magdalene* mil. unum. Ibi ſancta Maria nata eſt. De *Magdalenæ* uſque ad f. 23 b.
vij fontanas, ubi Dominus baptizavit apoſtolos. Ibi ſaciavit populum de v panibus & duobus piſcibus. De *vij fontanas* uſque in *Capharnaum* mil. ij. Ibi Dominus puerum centurionis ſanavit. De *Capharnaum* uſque in *Betſaida minori* mil. vj. Ibi nati ſunt apoſtoli iij, Petrus & Andreas frater eius & Philippus filius Zebeti. De *Betſaida* uſque in *Paniata* mil. quinquaginta. Ibi eſt mons qua[e] vocatur *Ior*, ex ipſo monte exeunt duo fontes, unus vocatur *Ior* & alius vocatur *Dan*, &
XXIX circumdant civitatem que vocatur *Paniata* & ſubtus civitatem f. 24.
congregant ſe in unum, & ex ipſo loco vocatur *Iordanis* fluvius uſque ad locum, ubi intrat in mare Mortua.

XXVIII Et in ipſa civitate *Paniata* fuit mulier, quam Dominus a profluvio ſanguinis ſanavit. Nomen ipſius mulieris Barioſa dicitur.

XXIX Ibi eccleſia eſt ædificata in ipſo loco & [in] ipſa eccleſia eſt ſtatua Domini, quam ipſa Marioſa fecit. Et ibi habet caput *mons Libanus*, ubi pugnavit David cum Goliath.

XXII Deinde uſque ad *Eleotofori* mil. xx, ubi ſanctus Zacharias pauſa[vi]t in corpore, pater ſancti Iohannis Baptiſte. De *Oleo-* f. 24 b.
tofori uſque ad *Aſcaloniam* mil. xlvj, ubi Holofernus mortuus eſt.

XXIV De *Aſcalonia* uſque in *Sydonia* mil. viij, ubi archa Teſtamenti Domini, qua[m] Moyſes fabricare precepit. De *Sydona* uſque *Inmaus*, quod vocatur *Nicoboli*, mil. vij. In qua *Maus* ſanctus Cleophas agnovit Dominum in fractione panis. Ibi martyrium pertulit. De *Mau* uſque in *Dioſpoli* mil. xij, ubi ſanctus Georgius paſſus eſt, & ibi requieſcit corpus eius, & multa mirabilia ibi fiunt.

XXV De *Dioſpoli* uſque in *Ioppe* mil. xij, ubi ſanctus Petrus reſuſ- f. 25.
citavit ſancta Thabita, & ibi piſces cetus evomuit Ionam prophetam ex utero ſuo. De *Ioppe* uſque ad *Ceſaria Paleſtina*

mil. xxx, ubi baptizatus eſt ſanctus Cornelius a ſancto Petro.
Ibi martyrium accepit.

De *Ceſaria* uſque ad *Nazaret* mil. v, ubi natus eſt Ioſeph XXVI
ſponſus beate Marie virginis. De *Nazaret* uſque in *Sicetaburi*
mil. vij, ubi Dominus poſt reſurrectionem apoſtolis apparuit
piſcantibus in mari.

De *Nacaret* uſque ad locum ubi baptizavit ſanctus Philip- XXI
f. 25 b. pus eunuchum mil. xvj. Deinde uſque ad terra vetitu, quod
appellatur *Ilice Mambre*, mil. iij. Ibi requieſcunt corpora Abra-
ham, Iſaac & Iacob De terra vetitu uſque in ſpelunca duplici,
que vocatur *Cebron*, milia duo.

De *Hieruſalem* uſque in *Ramatha*, ubi requieſcit Samuel XXIV
propheta mil. v.

Deinde uſque ad domum Zacharie patris Iohannis Bap- XV
tiſte & matris ſei *(ſic)* Eliſabeth mil. j.

Deinde *Anathot*, ubi natus eſt ſanctus Hieronimus preſ- XIV
biter, ibi requieſcit, mil. vj.

f. 26. Deinde in *Bethania* mil. ij, ubi Chriſtus Lazarum ſuſcitavit. XIII
De *Bethania* uſque in *monte Oliveti*, quod ſcribitur ſtadia vij,
miliarium unum. Inde Dominus in cælis aſcendit & in ipſo
monte ſunt fabricat[e] eccleſiæ numero xxiiij.

De *monte Oliveti* uſque in via *Ermippo*, ubi dormivit Abi- XV
milech, diſcipulus fuit Hieremie prophete, & ibi fuit Baruc
propheta in ſpelunca abſconſus, mil. xv.

De *Hieroſalem* civitate uſque ad *monte Calvarie* ad locum, II
ubi eſt *Sepulchru[m] Domini*, mil. ij, & ibi obtulit Abraham
filium ſuum in holocauſtum & ipſe mons petreus eſt, & in
ipſo monte fecit Abraham altari . . . . . in loco, in quo obtulit
f. 26 b. filium ſuum. Ibi & in ipſo loco Dominus noſter Ieſus Chriſtus
crucifixus eſt.

Deinde ad *Sepulcrum Domini* paſſi ſunt numero xv; ſub IV
unu[m] tectu[m] totum eſt. De *Calvarie* locu uſque in *Gol-
gotha* paſſi ſunt numero xij, ubi crux Domini inventum eſt,
quia Golgatha eccleſia eſt.

De *Golgotha* uſque ſancta *Sion* paſſi ſunt numero cc & in VI
ipſa mater eſt omnium eccleſiarum, que *Sion* Dominus noſter
Ieſus Chriſtus cum apoſtolis fundavit, & in ipſa fuit domus
f. 27. ſancti Marci evangeliſte. De ſancta *Sion* uſque ad *domum
Caiphe*, que [mo]do eſt *eccleſia Sancti Petri*, inde plus minus
paſſi numeri l.

VII De *domo Caiphe* ad *pretorio Pilati* preſidis paſſi numero c. Ibi eſt *eccleſia Sanctæ Sophiæ.* Ibi iuxta remiſſus eſt ſanctus Hieremias in lacum. Columna, que fuit in domo Caiphe, ad quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus flagellatus eſt & modo in ſancta *Sion* iuſſo Domini poſita eſt, & dum eum flagellabant amplexavit, & ſicut in cera, ſic brachia eius, manus & digiti eius in f. 27 b.
ea heſerunt, & ſemper paret ſignum eius ſimiliter & facies eius, manus, naſus & oculi eius ſicut in cera deſignat.

X Deinde uſque ad locum ubi ſanctus Stephanus lapidatus eſt paſſi numero cc. Ibi eſt eccleſia eius, quam ordinavit domna Eudoſia, uxor Theodoſij imperatoris. Deinde ad *piſcina Siloe*, ubi miſſus eſt Hieremias propheta ad Abacuc, paſſi ſunt numero c. Que piſcina intra murus eſt.

De *domo Pilati* uſque ad *piſcina Probatico* paſſi ſunt numero c, ubi Dominus Ieſus Chriſtus paraliticum curavit, cuius lec- f. 28.
tus adhuc ibi eſt. In *Probatica eccleſia Sanctæ Mariæ* matris Domini. Ubi ſanctum Iacobum Dominus manu ſua epiſcopum ordinavit poſt aſcenſa Domini, & ipſe Iacob epiſcopus de pinna Templi iactatus eſt & nihil ei nocuit, ſed fullo eum cum fuſte percuſſit & propterea defunctus eſt, & poſitus eſt corpus eius in *monte Oliveti.*

XII Et ipſe ſanctus Iacobus & ſanctus Zacharias & ſanctus Symeon in una memoria. Sanctus Iacobus fabricavit.

XI Et ibi eſt iuxta vallis Ioſaphath ubi Iudas crudelis Dominum Ieſum Chriſtum Iudeis tradedit pro xxx argenteos. Et ibi eſt f. 28 b.
eccleſia Sanctæ Marie matris Domini, & ibi Dominus lavavit pedes diſcipulorum ſuorum & ibi cenavit eis, & ibi ſunt iiij accubita, & in ipſa accubita ternos homines ſuſtinent, & ipſe locus in ſpelunca, & ibi eſt monaſterium ccc monachorum.

XII Subtus pinna templi, ibi eſt monaſteria puellarum virginum, & quando aliqua earum de ſeculo tranſierit, in ipſo monaſterio ponitur corpus eius & qualiſcunque intraverit devidit, inde non permittitur foris exire. Et porte de monaſ- f. 29.
terio ipſo numquam aperiuntur, niſi quando aliqua de puellis ibi propter Deum intrare voluerit, nam ſemper clauſa eſt, & maſculus ibi numquam ingredietur. Et victus eorum ſuper muros deponitur, aquam vero de ciſterna auriuntur.

XXXI Deinde uſque ad *mare Pontu* xxx mil., ubi ſanctus Clemens miſſus eſt in mari, cui anchora ad collum ligata eſt, & modo in natali eius ſacerdotes & omnes popolos per barcas diſcen-

dunt ufque ad corpus eius, & ibi miffæ celebrantur ufque ad
f. 29 b. vij diebus, & maris recedit fex milia, & ibi Dominus multa mirabilia oftendit per eum. Si quis vero de vexaticis ad ipfa anchora adtingere potuerit & eam tetigerit, ftatim liberabitur. Ibi iuxta eft civitas, que vocatur *Ceffona.*

De *Ceffona* ufque in *Senoppe*, ubi fanctus Andreas libera- XXXII
vit Mattheum evangeliftam de carcere, xx milia. Quia *Senoppis* illo tempore *Mermedonia* dicebatur, & homines qui ibi
f. 30. manebant pares fuos comedebant. Nam modo [1] . . . irrigat
terra *Evilat* & tranfit iuxta *Hierofalem. Fifon* inrigat omnem XXXVII
terram *Æthiopie* & pergit per *Egyptum. Tygris* inrigat terram *Affyriorum. Eufrates* inrigat terram *Mefopotamie.*

De *monte Oliveti* afcendit Dominus in celis, & ibi prope XIII
eft fpelunca, que dicitur *Mazi*, quod interpretatur *difcipulorum*, ubi Dominus requiefcebat quando predicabat in *Hierofalem.* Et ibi fanctus Iohannis evangelifta fuper pectus Domini recubuit.

Et ager Domini, que eft in *Galgala* & dat fructum in anno. XVI
f. 30 b. Et ibi eft vitis, quam ipfe Dominus plantavit, & in ipfa in Pentecoften fructum dat, & ex ipfis communicat imperator in Pafcha Domini.

Civitas dicitur *Leviata*, trans Iordane eft. Habet *Hiericho* XIX
mil. xij. In ipfa *Leviata* Moyfes lapidem de virga percuffit, & fluxerunt ex ea aquæ. Et ipfe vocatur torrentis, & ibi nafcitur dactalus, & exinde ufque ad nicolaum maior eft mil. xij. Ibi Moyfes defuncti, & ibi aqua calida funt. Et fi quis ex lebrofis ibi labatur, fanus fiet.

In loco ubi Dominus baptizatus eft, ibi ftat columna mar- XVII
f. 31. mor[e]a, & in ipfa eft crux ferrea, & ibi eft *ecclefia Sancti Iohannis Baptifte.* Ibi eft monafteria monachorum, & quando monachus exiturus erit, ter ex flumine *Iordanis* exiet aqua & mittit in ecclefia *Sancti Iohannis* & ibi monachi fenos folidus pro fepultura dant.

Et circum locum, ubi Dominus baptizatus eft, monti celli funt, & quando Dominus ad baptifmo venit, tunc ipfi monticelli ante ipfum geftiendo ambulant, & hodie velut faltantes videntur.

Trans ipfo *Iordane* eft montes modicus, quæ vocatur *Tha-* XVI
f. 31 b. *bor.* Deinde in *Galilea*, ubi fanctus Helias raptus eft in celis,

1 *Hic folium unum vel plura deeffe videntur.*

x mil., & ibi eſt memoria ſancti Heliſei diſcipuli ſui, ubi eſt
fons, quem ipſe Heliſeus benedixit, & ſuper ipſa memoria
fabricata eſt eccleſia. Et ab ipſo loco ubi Dominus baptizatus
eſt uſque ad *mare Mortua*, ubi intrat *Iordanis* fluvius, mil. v.
XVIII Et ipſe eſt *maris Mortuus*, ubi *Sodoma* & *Gomorra* demerſi
ſunt in profundum, & alias iij, quia ille civitates demerſit dominus
Ieſus in profundum propter luxoria eorum. Et ibi eſt
uxor Loth, quia facta eſt ſtatua ſalis & quomodo creſcit luna,
creſcit & ipſa, & quomodo ſe minuit luna, minuit & ipſa. f. 32.
XIII In *monte Oliveti*, ubi Dominus ſuper lapidem humeros
ſuos inpoſuit, in qua petra ambo humeri eius diſcenderunt,
ſicut in cera, quia locus ille *Anchora* dicitur & ibi eccleſia
fabricata eſt. Ubi prope eſt eccleſia, ubi pauſat ſancta Tecla.
Locus ipſe dicitur *Betſage*.
XIV In (*corr.* unde) pullus aſine, quem Dominus ſedit, adductus
eſt. Cumque intravit porta Beniamin in *Hieruſalem*, ubi legitur:
Maris, quare converſus es retrorſum, & tuos montes quare exul-
XVI *taſtis ſicut arietes, & tuos colles ſicut agni ovium. (Pſalm. cxiij.)* f. 32 b.
XXX Civitas dicitur *Sarapta*, ſtat iuxta *montem Garmelum*, xij
mil. habet. Ubi ſanctus Helias miſſus eſt ad viduam illam, que
eum paſcebat. Cuius filium reſuſcitavit & ibi eſt *eccleſia Sancti
Helie*; nam nomen mulieris neſcimus. Lazarum, quem Dominus
ſuſcitavit, ſcimus, quia reſuſcitatus eſt. Nam & ſecunda
morte eius nemo vidit, niſi ſolus Deus, & modo in ipſo loco
omnis populus, que in circuitu eius verſantur, ibi miſſas celebrantur.
XXXIX In *Arabias* civitates xij, ubi fuerunt Amorrei & Gergeſei, f. 33.
Iebuſei & Ferezei. *Paleſtina* dicitur provincia ubi *Hieroſalem*,
civitas xxiiij, id eſt *Galilea ſupra*, *[Me]ſopotamia*, *Armina
minore*, *Armina maiore*, *Perſidia*, *Aſſia*, *Epheſo*, *Muſica*, *Filadelſia*,
Graſſeger, *Erena*, *Damaſcus*, *Galidura*, *Lalia*, *Caritolia*,
Aſtra, *Iunctiana*, *Volumia*, *Medeſva*, *Hiericho*, *Alexandria*,
Nicomedia, *Sirmionia*. Quas civitates ſub imperatore eſt.
XXXIV In *Effeſo* ſunt vij fratres dormientes, quorum nomina hec f. 33 b.
ſunt: Achillius, Dioniſius, Eugenius, Sabatius, Propatius, Stepanus,
Chyriacus. Mater eorum grece vocatur Caritina &
latine Felicitas, catuluſque vocatur Urcanus. Ipſe iacet ad
pedes eorum. Ubi iacet ſanctus Timotheus diſcipulus ſancti
Pauli.
XXXVIII Iuxta *montem Synai*, infra civitatem, ubi Moyſes Abime-

lech pugnavit. De *Hieroſalem* uſque in *Luza* xij mil. Et ibi Alexander magnus Macido menſuravit altitudinem cæli, pro-
f. 34. funditatem maris. De *Luza* uſque ad *montem Synam* manſiones ſunt viij.

In *Conſtantinopoli* fuit homo, qui vocatur Urbitius, & ipſe XX
ad ſeptem imperatores prepoſitus fuit & coronam ipſis in capite inpoſuit, ſimiliter & conſervavit. Ab *Hieroſalem* civitate eſt locus in tertio miliario, ubi ſancta Maria mater Domini, dum iret in Bethlem, diſcendit de aſina, ſedebat ſuper petram & benedixit eam. Ipſe vero prepoſitus Urbitius ipſum lapidem incidit, & fecit eum quadra[tu]m, [vol]ens e[u]m in
f. 34 b. *Conſtantinopolin* dirigere. Ut cum portas ſancti Stephani veniret, iam amplius eam movere non poterat. Quam lapidem unus iugus bovum deducebant, & dum viderent quia nullatenus potuerunt eam movere, in ante redacta eſt ipſa lapis ad *Sepulchrum Domini*, & ibi altaris de ipſa petra facta [eſt], & ab ipſo altare communicantur. Poſtea vero Urbitius prepoſitus defunctus eſt ſub Anaſtaſino; [ſepulchr]um Urbitium uſque ad tertio
f. 35. ſepultum, eum foris iactavit.

Anaſtaſius imperator ædificavit civitatem in *Meſopotamiam*, XXXVI
& ipſa civitas dicitur *Dara*. Tenit in longitudine mil. vij propter Perſos, & quando in provintia imperatoris veniebant ad predandum, ubi foſſatum faciebant, quia aqua in alia loco non inveniebant. De qua civitate fluvius exiit, muro cinctus eſt c milia a civitate illa propter Perſos. *Perſidia* vocatur provintia. Ubi eſt civitas quem Mellitinus rex ordinavit, & ipſe vocatur *Arminia*, ipſa eſt metropoli, & ibi iacet
f. 35 b. corpus Danielis prophete, que in lacu leonum miſſus fuit. Deinde uſque ad *Babylonia* xxx milia, ubi requieſcunt tres pueri, Sidrac, Miſaac & Abdenago, in qua cum habitatio hominum non eſt, propter ſerpentes, ypaucentaures. Eudoxius diaconus primus ſcripſit, quia de ipſa provintia fuit.

* * *

II

[E codice Bibl. regiæ Haganeæ (nº 165, m. ſ. VIII), ff. 127-134.]

* * *

I *Civitas Hieruſalem* habens portas maiores vij abſque poſtica. f. 126 b.
Idem porta Beniamin exiens ad Iordanem, habens ab Iericho
mil. xviij. Inde ad Iordanem mil. xvij.
XVI Dericho uſque ad Galgala mil. j. Ibi eſt ager Domini, ubi
Dominus Iheſus Chriſtus unum ſulcum de ſua manu aravit.
Ibi ſunt duodecim lapides, quos elevaverunt filij Iſrahel
de Iordane.

De Hiericho uſque ad fontem Elyſei mil. ij. Ibi erat domus f. 127.
XXVII Raab publicane meretricis qui excepit exploratores. Item de
Hieruſalem uſque in Bethſaida mil. j. In qua Bethſaida vidit
Iacob angelus in ſomnis aſcendentes & deſcendentes de cælo.

De Bethſaida uſque in Samaria, que dicitur Naphulis,
mil. xxviiij. Ibi eſt puteus, quem fabricavit Iacob. Ibi ſunt
oſſa Ioſeph.
XXVIII De Samaria uſque in Settopolim mil. xxx. De Settopolim
uſque ad mare Tibiriadis mil. xxiiij. Ibi Dominus Iheſus f. 127 b.
Chriſtus ambulavit pedibus ſuper mare. De Tibiriade uſque
ad Magdale, ubi ſancta Maria eſt nata, mil. v. De Magdale
uſque ad ſeptem fontes, ubi Dominus Iheſus apoſtolus bapti-
zavit, mil. ij. Ibi ſaturavit populo de quinque panibus & duos
piſcibus. De ſeptem fontibus uſque in Bethſaida mil. vij. Ibi
nati ſunt apoſtoli Petrus, Andreas, Philippus, filij Zebedei.
De Bethſada uſque in Beniada mil. l. Inde exiet Iordanis de f. 128.
duo loca, Ior & Dan.

Ipſa Paniada in medio mittent & ſub civitate coniungunt,
adparet & deinde accipit Iordanis.
XXIX Inde fuit mulier, quam Dominus Iheſus Chriſtus liberavit
de fluxu ſanguinis, nomen ipſius mulieris Maroſa. Ibi eſt ſta-
tua Domini electrina in æccleſia, quam ipſa fecit. Ibi habet
capud mons Libanus.

f. 128 b. De porta Purgius uſque in montem Buzana, quod inter- XXII
pretatur *lucerna*, mil. xv. Ibi pugnavit David cum Golia. De
Buzana uſque Eleotupori mil. xv. De Eliotopori uſque in
locum, ubi iacet ſanctus Zacharias, mil. vj. De ipſo loco
uſque Aſcalona & uſque Gaza mil. xij.

Inter Aſcalonam & Gazam civitates duas, id eſt Antio- XXIII
noda & Mazona.

De Gaza uſque Raphidon mil. xxvij. De Raphidon uſque
f. 129. Betuliam, ubi Olofernis mortuus eſt, mil. xij. De Hieruſalem
uſque Sinoda, ibi fuit Archa Teſtamenti Domini, mil. viij.
De Sinoda uſque in Amaum, qui nunc Neapolis dicitur,
mil. viij. In qua Amau ſanctus Cleuphas cognovit Dominum
in fraccione panis, ibi & martyrium pertulit. De Amau uſque
in Diopolim mil. xij. Ibi ſanctus Gregorius martyrizatus eſt,
ibi & corpus eius, & multa mirabilia fiunt.

De Diopoli in Iopen mil. xij. Ibi ſanctus Petrus ſuſcitavit XXV
ſanctam Tabitam, ibi & cœtus iactavit ſe victo Ionam. De
f. 129 b. Iopen uſque ad Ceſaream Paleſtine mil. xxx. Ibi baptizatus
eſt Cornelius a ſancto Petro & martyrizatus eſt.

De Ceſaria uſque in Dioceſarea mil. xxx. Inde fuit Symon XXVI
magos. De Dioceſaria uſque in Canan Galileæ mil. v. De
Dioceſaria uſque Nazareth mil. v. De Nazareth uſque Tha-
buri mil. vij, ubi Dominus poſt reſurrectionem aparuit
apoſtolis.

De Hieruſalem ubi Philippus baptizavit eunuchum, mil. XXI
f. 130. xij. Inde uſque ad terebintum, quod appellatur ilex Mam-
bre, mil. v. De terrebintum uſque ad ſpeluncam duplicem,
ibi requieſcunt patriarche, mil. vij. De ſpelunca duplicæ uſ-
que in Ebron mil. ij. Ibi habitavit ſanctus David vij annos,
quando fugiebat ante Saul.

De Hieruſalem in Rachama, hubi requieſcit Samuel, XXIV
mil. v.

De Hieruſalem, hubi habitavit Eliſabeth, mater ſancti Io- XV
hannis Baptiſte, mil. v.

De Hieruſalem uſque Nabo, hubi natus Hieremias pro- XIV
pheta, ubi & requieſcit, mil. vj.

f. 130 b. De Hieruſalem in Bethania mil. ij, ubi reſuſcitavit Domi- XIII
nus Iheſus Lazarum. De Hieruſalem uſque in montem Oliveti,
quod ſcribitur ſtadia vij, mil. j. Inde Dominus aſcendit in
cœlos, ubi ſunt fabricate numero xxiiij æccleſias.

De monte Oliveti uſque in vicum Ermipholi, ubi dormi- XV

vit Abimelec ſub arbore ficus annis xliij, mil. j, quia Abime-
lec diſcipulus fuit ſancti Hieremie. Hubi fuit Baruc propheta.
II In civitate Hieruſalem ad Sepulchrum, hubi eſt Calvarie f. 131
locus, hubi Habraham optulit filium ſuum holocauſtum. Et
que mons petreus, in ipſo monte, oc eſt ad pedes montes
ipſius, Abraham fecit altaria, ſubtus eminet mons. Ad quem
montem per grados colator, ubi Dominus crucifixus eſt. De
Sepulchro Domini uſque ad Calvarie locum ſunt paſſi nu-
IV mero xv. Ubi crux Domini inventa eſt.
IV De Gulgota uſque in ſanctam Syon paſſi numero cc, que
mater eſt omnium æccleſiarum, quam Sion Dominus noſter f. 131 b.
Iheſus Chriſtus cum apoſtolis fundavit. Ipſa ſunt domus ſancti
Marchi evangeliſte. De Sion ad domum Caiphe, que eſt modo
æccleſiæ Sancti Petri, ſunt paſſi numero l.
VII De domo Caiphe uſque ad preturium Pilati paſſus nume-
ro c. Ibi eſt æccleſia Sancti Euſebie, hibi miſſus fuit Hiere-
mias propheta in lacum. Ibi eſt columna, que fuit in domo
Caiphe, ad quam Dominus Chriſtus flagellatus eſt. Modo in f. 132
ſancta Syon iuſſu Domini ipſa columna ſecuta eſt. Et quo-
VI modo eam dum flagelaretur amplexavit, ſicut in cera ſic bra-
chij eius, manus vel digiti in eum heſerunt.
X Sanctus Stephanus foris portas Galileæ lapidatus. Ibi æccle-
ſiæ eius, quam fabricavit Teodoſia, uxor Theodoſij impera-
VII toris. Piſcina Syloe, a loco hubi miſſus eſt Hieremias propheta f. 132 b.
in lacum, habet paſſus numero c, que intra murum eſt.
IX De domo Pilati uſque ad Piſcinam Probatici paſſus nume-
ro c, hubi Dominus Iheſus Criſtus paraliticum curavit, cuius
lectus adhuc ibi eſt. Iuxta Piſcinam Probaticam idem æccle-
ſia Sancte Marie. Sanctus Iacob, quem Dominus manu ſua
epiſcopum ordinavit, qui poſt aſcenſionem Domini de pinna
Templi proiectus eſt, & nichil ei nocuit, ſed fullo eum de vecte,
in quo res portare conſueverat, occidit eum, & poſitus eſt in
monte Oliveti.
XII Ipſe & ſanctus Zacharias & ſanctus Symeon in una memo- f. 133.
ria poſiti ſunt, quam memoria ipſe ſanctus Iacobus fabricavit,
corpora illorum ipſe hubi recondedit & ſe ubi cum eis pre-
cepti poni.
XI Ibi eſt vallis Ioſaphat, ubi Dominum Iudas tradidit. Ibi eſt
æccleſiæ Sancte Marie matris Domini. Ubi Dominus lavit
pedes diſcipulorum, ibi & cenavit. Ibi ſunt trium occubita,
ubi Dominus cum diſcipulis ipſe medius accubuit, qua accu- f. 133 b.

bita ternus homines recipiunt. Modo aliquanti, cum pro religioſitate, ibi cum venerint, excepto carnis ibi cibaria ſua commedere dilectantur, & accendunt luminaria. Ubi ipſe Dominus pedes apoſtolorum lavabit, que ipſe locus in ſpelunca eſt, & deſcendent ibi modo cc monachi.

f. 134. A pinna Templi ſubtus monaſterium de caſtas, & quando XII
aliqui eorum de ſeculo tranſierit, ibi intus in ipſo monaſterio reponitur, & a quo illud intraverint uſque dum vivunt, inde non exeunt. Quando aliqua de ſanctemonialibus illuc converti voluerit aut aliqua penitens, huic tantum portas ipſas aperiuntur. Nam ſemper clauſæ erunt & victualia eis per
f. 134 b. murum deponitur. Nam aquas in ciſternas habent... *(Cætera deſunt.)*

B

ANTONINUS MARTYR

DE

LOCIS TRANSMARINIS SACRIS

RELATIO ABBREVIATA

P. Parisiis, Bibl. Nat., lat. 4847, m. sæc. XIV.
V. Romæ, Vatican., 636 A., m. sæc. XIII.
I. Placentiæ, Archiv. S. Antonini, sæc. XIV.
L. Ibid. Bibl. commun., Palaſtrelli 139, ch. sæc. XVI.

* * *

Incipit Itinerarium Antonini Martyris.[a]

PROCEDENTE[b] beato Antonino una cum collega[c] ſuo, ex eo quod[d] civitatem *Placentiam* egreſſus, Chriſti veſtigia ſequi cupiens,[e] per que & loca iter agreſſus eſt edicere curabo.[f] Egredientes de *Placentia*[g] *Conſtantinopolim* venimus. De qua egreſſi[h] venimus in inſulam *Cyprum*, civitatem *Conſtanciam*, in qua requieſcit ſanctus Epiphanius, civitatem pulchram & delicioſam,[i] ornatam & decoratam[j] palmis dactylorum.[k] Deinde venimus in partes[l] *Syrie* in inſulam *Santaram*[m] ad *Tyrum*. Tunc invenimus Pto-

a. *Titulus d. in V., I.; L. habet*: Antonini martyris Placentini itinerarium feliciter incipit. — b. *P.* precedente. — c. *V.* collegis ſuis. — d. *V.* quod; *I.* quo a.; *L.* Placentina. — e. *V.* ſequentes. — f. *V.* in quibus locis peregrinatus eſt ire, veſtigia Chriſti ſequentes & miracula ſanctorum prophetarum providere ceperunt; *I.* locis per regnum conatus eſt ire, ubi veſtigia.... prophetarum indicere ceperunt. — g. *I.* Placentina. — h. *V., I.* ita exeuntibus nobis de Conſtantinopoli.—i. *V.* civitas pulchra, delicioſa... ornata.—j. decoratam *d. in V., I.* — k. dactylorum *d. in P., L.* — l. *V.* partibus; *I.* in partibus. — m. *I.* Sanctia; *V.* Santarus.

lomaidam,[a] civitatem honeſtam, ubi invenimus[b] monaſteria valde bona.[c] Contra *Ptolomaidam* vj miliario civitas eſt, que vocatur *a Sugamina* ſub monte *Carmeli*, & ibi ſunt caſtra *Samaritanorum*[d] & ſuper ipſa caſtra miliario ſemis *monaſterium Heliſei* prophete, ubi occurrit ei mulier, cuius filium ſuſcitavit in monte *Carmeli*. Ibique[e] eſt petra modica & rotunda, que cum[f] agitatur ſonat, quia ſolida eſt. Talis[g] autem eſt virtus petre illius, ut ſi ſuſpenſa fuerit mulieri vel cuicumque animali, iactum nunquam faciet,[h] & a civitate ſex aut ſeptem millia perſonat.[i]

De *Ptolomaida*[j] *maritima* venimus in fines[k] *Galilee*, in civitatem que vocatur *Neoceſarea*,[l] in qua adoravimus pro veneratione[m] amolam & caneſtellum ſancte Marie, in quo loco eſt cathedra, in qua[n] ſedebat, quando ad eam venit Gabriel[o] angelus. Deinde venimus miliario iij[p] in *Chanan*, ubi Dominus fuit ad nupcias & accubuimus in ipſo accubitu, ubi ego indignus parentum meorum nomina ſcripſi. Ydrie[q] ibi due ſunt, ex quibus unam implevi aqua, & protuli vinum ex ea & in humero plenam levavi & optuli ad altare. Et ibi eſt fons[r] & in ipſo fonte lavimus[s] pro benedictione.

Exinde[t] venimus in partes[u] *Syrie*, ubi requieſcit ſanctus Leontius, que civitas tempore Iuſtiniani imperatoris ſubverſa eſt a terre motu cum aliis civitatibus. Venimus exinde *Bibolum*,[v] que & ipſa civitas cum omnibus que in ea erant[x] ſubverſa eſt. Exin civitate *Triari*, que ipſa ſubverſa eſt.[y] Deinde venimus in civitatem ſplendidiſſimam *Berithum*,[z] in qua nuper fuit ſtudium literarum, que & ipſa ſubverſa fuit, dicente nobis epiſcopo civitatis, cui cognite fuerant perſone, exceptis[aa] peregrinis, qui ibi perierant. Ipſa autem civitas ſub montana *Libani* ſita eſt.[bb] A *Berito* venimus

a. *V.*, *I.* venimus (*I.* ad) Tholomaida. — b. *I.* ubi ſunt. — c. *I.* m. magna. — d. *V.*, *I.* Tholomaida pertinet (*I.* permanet) contra civitatem milia vj, in caſtra Samaritanorum miliario a Sugamina. — e. *P.* ibi etiam — f. *V.*, *I.* quando exagitatur. — g. *P.* taliter — h. *P.* faciat. — i. *P.* perſonet. — j. *P.*, *V.*, *I.* Tholomaida. — k. *V.*, *I.* finibus. — l. *P.*, *I.* in civ. Neoceſaream. — m. pro veneratione *d. in V.*, *I.* — n. *V.*, *I.* ubi. — o. Gabriel *d. in V.*, *I.* — p. *I.* miliaria tria. — q. *P.* ydre. — r. & ibi eſt fons *d. in V.*, *I.* — s. *V.* levavimus. — t. *P.* & inde. — u. *V.*, *I.* in partibus. — v. *V.* Bibolo; *I.* Bobillo. — x. que... erant *d. in V.*, *I.* — y. exin... eſt *d. in P.*, *L.*; *I.* *habet* Tyri. — z. *V.* Ihericho; *I.* Beryto. — aa. *V.* excepto. — bb. *V.*, *I.* iacet.

Sidonem,[a] que & ipſa ex parte ruit, & adheret[b] *Libano*. Homines in ea peſſimi. Illic currit fluvius *Aſdepinus*,[c] & fons unde ſurgit ſtat. De Sydone[d] venimus *Sareptam*, que civitas modica eſt, & homines in ea chriſtianiſſimi.[e] In qua civitate cenaculum illud, quod fuit[f] Helie, & lectus ubi recubuit,[g] & alveus[h] marmoreus, ubi illa vidua fermentavit. In quo loco multa offeruntur & virtutes multe fiunt. Exeuntibus nobis de *Sarepta*, venimus in civitatem *Tyrum*;[i] a Tyro uſque *Sarepta* continue milia vij.[j] In *Tyro* civitate[k] homines ſunt potentes, vitam peſſimam ducentes[l] & tante luxurie, que dici non poteſt. Gynecia ſunt ibi[m] plurima, oloſerica & diverſa genera telarum. De[n] *Tyro* venimus in civitatem *Nazareth*, in qua ſunt multe virtutes;[o] ibi pendet thomus, in quo[p] Dominus Ieſus Chriſtus[q] habuit caput impoſitum. Ibi eſt[r] etiam ſynagoga, in qua[s] poſita eſt trabs,[t] ubi Dominus Ieſus cum aliis ſedebat infantibus. Que trabs,[u] cum a Chriſtianis agitatur, ſublevatur; Iudei vero nullo modo poſſunt agitare trabem, ſet nec permittit ſe foras tolli. Domus eſt ibi, ubi baſilica magna eſt[v] & multa ibi ſunt beneficia de veſtimentis eius. In civitate vero illa tanta eſt gratia mulierum Hebrearum, ut in terra illa inter Hebreas[x] pulcriores non[y] inveniantur, & hoc a[z] ſancta Maria ſibi conceſſum dicunt. Nam & parentem ſuam eam dicunt.[aa] Et dum nulla ſit caritas Hebreis erga Chriſtianos, ille[bb] omni caritate ſunt plene.

Provincia Paradiſo ſimilis, in tritico vero & frugibus[cc] ſimilis *Egypto*. Modica quidem eſt terra, ſet precellit in vino & oleo[dd] & melle, ſet & milium eſt ibi extra naturam & altum nimis ſuper ſtatum hominis[ee] & palea[ff] groſſa.

De *Nazareth* venimus in montem *Thabor*,[gg] qui mons exit in medio campeſtri, terram vivam[hh] tenens in circuitu milia vj,

a. *P.*, *L.* Sitonem.—b. *P.* adhexit.—c. *V.*, *I.* Aſclepius.— d. *P.*, *L.* deinde ven. — e. *V.*, *I.* & valde Chriſtiana eſt. — f. *V.*, *I.* factum fuerat. — g. *P.* requievit. — h. *V.*, *I.* alius; *P.* alluens. — i. *V.*, *I.* in civitate Tyro.—j. *P.*, *L.* a Sarepta miliario vj.— k. *V.*, *I.* Tyrus hec civitas.— l. *V.*, *I.* vita peſſima.— m. *V.* gignit etiam; *I.* gynecia publica.— n. *V.*, *I.* at vero de. — o. *P.*, *L.* multa admiranda.—p. *P.*, *L.* ubi.— q. *P.* Chriſtus r. r. c. (*ſic*); *L.* N. B. c. c. — r. *V.*, *I.* in qua. — s. in qua *d. in V.*, *I.* — t. *V.* travis. — u. *V.* travis — v. *V.*, *I.* domus ſancte baſilice eſt. —x. *P.*, *L.* inter ceteras Hebreas; inter Hebreas *d. in I.*— y. non *d. in P.*, *L.* — z. *V.*, *I.* de. — aa. nam... dicunt *d. in P.*, *L.*— bb. *V.*, *I.* ille vero — cc. *V.*, *P.* in fruges.—dd. eſt..... oleo *d. in P.*— ee. ſuper... hominis *d. in P.*, *I.* —ff. *V.* talea.— gg. *V.*, *I.* in monte. — hh. *V.*, *I.* terra viva.

& in aſcenſu milia iij.[a] Surſum ad unum miliarium mons planus eſt,[b] in quo tres ſunt eccleſie, ubi dixit Petrus ad Ieſum[c]: *Faciamus hic tria tabernacula.* (Luc., IX, 33.) In circuitu montis diverſe civitates ſunt, que in Regum volumine[d] leguntur.

De *Thabor* venimus ad *mare Tyberiadis*, in civitatem que nuper[e] appellata[f] eſt *Samaria*, modo vero dicitur[g] *Neapolis*. In qua puteus eſt, ubi Dominus a muliere Samaritana aquam peciit, & ibi facta eſt baſilica in honore[h] ſancti Iohannis, & ipſe puteus eſt ante cancellos altaris, & ſitula, de qua dicitur, quod ex ea[i] Dominus[j] biberit, & multi egri ibi veniunt & ſanantur.

Deinde venimus in civitatem *Tyberiadem*, in qua ſunt terme ſalſe, nam aqua maris ipſius dulcis[k] eſt, quod mare circuit milia vij.[l] Deinde venimus in civitatem *Capharnaum*, in domum beati Petri, que eſt modo baſilica. Inde tranſeuntes per caſtra vel vicos aut civitates, venimus ad duos fontes,[m] ſcilicet *Ior* & *Dan*, qui in unum confluunt, & vocitatur[n] *Iordanis*.[o] Parvus ingreditur mare & pertranſit totum pelagus maris uſque ad aliud[p] litus maris.[q] Pretereuntes[r] poſt nos venimus ad locum, ubi *Iordanis* de mari egreditur, tranſivimus *Iordanem* in ipſo loco, & venimus in civitatem, que vocatur *Gadda*,[s] que & *Gabaon* dicitur. In parte ipſius civitatis[t] miliario iij ſunt aque calide, que appellantur *terme Helye*, ubi leproſi mundantur. Ibi eſt etiam xenodochium[u] de pupplico, delicias habens, & hora veſpertina mundantur terme. Ante ipſas vero termas[v] eſt grande ſolium, quod dum impletum fuerit, clauduntur omnia oſtia, & per oſtium mittuntur intus infirmi[x] cum luminaribus & incenſo, & ſedent in illo ſolio tota nocte. Et dum ſoporati fuerint, tunc videt ille qui mundatus eſt[y] viſionem, & dum eam recitaverit, non mundantur ipſe terme per vij[z] dies. Ibi vero[aa] defunctus eſt collega noſter Iohannes

a. *V.*, *I.* aſcenſum; *I.* miliaria tria.—b. *V.*, *I.* ſurſum (*V.* ad unum) miliarium planum.— c. *V.*, *I.* ubi a diſcipulis (*I.* diſcipulo) dictum eſt. — d. volumine *d. in V.*, *I.* — e. *V.*, *I.* alio tempore.—f. *V.* vocata. — g. dicitur *d. in P.*, *L.* — h. in honore *d. in V.*, *I.* — i. ex ea *d. in V.*, *I.* — j. Dominus *d. in P.*, *L.* — k. *P.*, *L.* in ipſo loco. — l. *V.*, *I.* circa milia (*I.* miliaria) viij. — m. venimus... fontes *d. in P.* — n. *P.* vocatur. — o. *I. hic & ſemper* Yordanis.—p. aliud *d. in P.*, *L.* — q. *V.* uſque alio littore maris. — r. *V.*, *I.* revertentes.—s. *V.*, *I.* Gaddera. — t. *V.*, *I.* in iſta parte civit. —u. *V.* ſinodocium; *I.* ſinodochium. — v. *V.*, *I.* ipſum v. clibanum. —x. infirmi *d. in V.*, *I.*— y. *I.* mundandus. — z. *P.*, *L.* vj.—aa. *P.*, *L.* igitur.

de [a] Placencia. Ibi etiam eſt [b] fluvius calidus, qui dicitur *Gaddara*, & deſcendit torrens & intrat in *Iordanem*, & ex ipſo ampliatur *Iordanis* & maior fit. Tunc deſcendimus per *Galileam* iuxta *Iordanem*, tranſeuntes multas civitates, que leguntur in Regum volumine, [c] & venimus in civitatem metropolim *Galilee*, que vocatur *Scitopolis*, [d] in monte poſitam, ubi Dominus [e] multas operatur virtutes. Exinde deſcendimus per alia [f] loca *Samarie* & *Iudee*, & venimus in civitatem *Sebaſteam*, [g] in qua requieſcit Heliſeus propheta. Deſcendentes per campeſtria, per civitates & vicos vel plateas Samaritanorum, [h] quas nos pertranſivimus, [i] venientes poſt [j] nos, Iudei cum paleis veſtigia noſtra incendebant. [k] Tanta eſt illis execracio Chriſti, [l] ut vix Chriſtianis quidem reſponſum faciunt. [m] At cum [n] quod ab illis emere vis, non tangas priuſquam precium des; quod ſi tetigeris & non comparaveris, mox ſcandalizabuntur. Nam foris vicum habent domum unam, [o] & in ipſa talem perſonam, que dat reſponſum venientibus. [p] Nummos autem non accipient de manu tua, ſet tu in aqua proicies eos. Et denunciabunt [q] tibi quando ingrediaris. Tunc vero noli exſpuere; ſi enim [r] exſpueris, ſcandalizabuntur. Sero autem purificant ſe in aqua & ſic egrediuntur in vicum aut civitatem. [s]

Ac deinde venimus ad locum, ubi Dominus de v panibus & duobus piſcibus [t] v milia hominum ſaciavit, extra parvulos & mulieres, [u] in extenſa campania, habente [v] oliveta & palmeta. Inde venimus ad locum, ubi baptizatus eſt Dominus, [x] & in ipſo loco filij Iſrael tranſierunt *Iordanem*, & filij prophetarum perdiderunt [y] ſecurim, & ex ipſo loco Helias aſſumptus eſt in celum. Ibi quoque [z] eſt mons *Hermon* modicus, qui legitur in pſalmo. In radice [aa] ipſius montis aſcendit de fluvio nubes hora prima oriente ſole, & venit *Ieroſolimam* ſupra

a. *L.* Placentina — b. *V.*, *I.* nam ipſe f. — c. *Sic editor;* in Regum vol. *d. in P.*, *V.*, *L.*; *I. habet* in regnum. — d. *P.* Scitepolis. — e. *V.*, *I.* ſanctus. — f. alia *d. in P.*, *L.* — g. *V.* venimus Sebaſtea; *I.* Sabaſtam. — h. Samaritanorum *d. in P.*, *L.* — i. *V.*, *I.* unde tranſivimus. — j. poſt *d. in P.* — k. *V.*, *I.* incendentes. — l. Chriſti *d. in V.*, *I.* — m. *P.*, *L.* omnibus itaque Chr. hoc quidem faciunt. — n. *V.*, *I.* attamen (*I.* & tamen) ut. — o. *V.*, *I.* condoma una poſita. — p. *V.*, *I.* qui (*I.* que) ipſius faciunt reſponſum. — q. *V.*, *I.* denunciant. — r. *V.*, *I.* autem. — s. in vicum... civit. *d. in P.*, *L.* — t. & duobus piſcibus *d. in P.*, *L.* — u. extra... mulieres *d. in P.*, *I.* — v. habente *d. in V.*, *I.* — x. *P.*, *L.* Ieſus. — y. *P.*, *L.* perdiderant. — z. *V.*, *I.* ibique. — aa. *V.*, *I.* ad pedes.

basilicam[a] *Sancte Marie* ad *Sanctam Sophiam*, que fuit pretorium, ubi adductus[b] est Dominus. Super his locis descendit[c] ros sicut pluvia, colligunt eum medici, & in ipso coquuntur omnes confectiones.[d] Nam multi languores sanantur ex ipso rore.[e] Ipse est enim[f] ros, de quo propheta David canit: *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem*[g] *Syon.* (Ps. CXXXII, 3.) Et prope ipsam ripam[h] *Iordanis*, quasi miliario ij,[i] est fons ubi baptizabat sanctus Iohannes.[j] In ipso loco est vallis,[k] in qua inventus est Helyas, quando ei corvus deferebat panem & carnes. In circuitu autem vallis ipsius multitudo habitancium ibi[l] heremitarum. Et ibi prope est civitas, que vocatur *Salamaida*,[m] ubi remanserunt[n] due semis tribus filiorum Israel, priusquam transirent *Iordanem.* In quo loco terme sunt,[o] que vocantur *Moysi*, ubi etiam leprosi mundantur, & ibi est dulcissimus aque[p] fons, qui bibitur propter catarcium[q] & multos sanat languores. Non longe a *mari Salinarum*, in quod *Iordanis* ingreditur, subtus *Sodomam* & *Gomorram*,[r] in cuius littore[s] bitumen & sulphur colligitur. In quo mari mense iulio & augusto & usque medio septembri mediante[t] tota die iacent leprosi. Ad vesperum autem lavantur in ipsis termis,[u] & aliquociens quos vult[v] Dominus mundat. Nam ex generalitate est aliqua permiscia.[x] In quo mari nichil vivificatur,[y] nec ligna nec palee ibi natant, neque homo ibi natare potest, set quicquid ibi proiectum fuerit, in profundum demergitur.

De *Iordane* usque ad locum illum, in quo Moyses de corpore exiit, sunt milia[z] viij. Exinde non multum longe a *Segor*, sunt multi heremite. Vidimus etiam ibi *monumentum Absalon*, filij David. Tenuimus Theophaniam[aa] iuxta *Iordanem.* Et ibi fiunt mirabilia[bb] ubi baptizatus est Dominus in ipsa nocte.

a. *V.*, *I.* que est in Syon & super basilicam. — b. *V.*, *I.* auditus. — c. *P.*, *L.* cum per hec loca ascendit. — d. per sinodochia *add. V.*, *I.* — e. ex ipso rore *d. in V.*, *I.*, *qui habent ibi:* ubi cadit ipse ros. — f. *P.* vero. — g. montem *d. in V.*, *I.* — h. *V.*, *I.* in illa ripa. — i. quasi... ij *d. in V.*, *I.* — j. inde usque Iordanem milia duo *add. V.*, *I.* — k. *V.*, *I.* in ipsa valle. — l. habitancium ibi *d. in V.*, *I.* — m. *P.*, *L.* Salmaida. — n. *V.*, *I.* remiserunt. — o. ex se lavantes *add. V.*, *I.* — p. aque *d. in P.* — q. pr. catarc. *d. in P.*, *L.* — r. *P.*, *L* Gomarram. — s. *V.*, *I.* ad cuius littus. — t. *P.* septembrio mediante; *I.* medium septembrem. — u. *I.* ipse terme. — v. *V.*, *I.* quem vult. — x. nam... permiscia *d. in P.*, *L.*; *I. hab.* primicis. — y. *P.*, *L.* in quo loco quicquid in mare mittitur non vivificatur. — z. *V.*, *I.* miliaria. — aa. ten. Teoph. *d. in P.*, *L.* — bb. & ibi... mirabilia *d. in P.*, *L.*

Eſt ibi tumulus cancellis circumdatus, & in loco ubi redundat aqua de alveo ſuo,[a] poſita eſt crux lignea, intus in aqua ex utraque parte rupes ſtrata[b] marmoris. Et vigilia[c] Theophanie magnus ibi fit conventus populorum, & quarta aut quinta vice gallo canente fiunt vigilie.[d] Completis matutinis, primo diluculo, ſurgentes procedunt ad ſacra miſteria celebranda ſub divo,[e] & diaconibus tenentibus[f] ſacerdotem, deſcendit in fluvium ſacerdos, & hora qua ceperit benedicere aquam, mox *Iordanis* cum magno rugitu poſt ſe revertitur, & ſtat aqua ſuperior in ſe, uſquedum baptiſmus perficitur, inferior vero fugit in mare, dicente Pſalmiſta: *Mare vidit & fugit, Iordanis converſus eſt retrorſum.* (Pſ. CXIII, 3.) Tunc omnes Alexandrini, qui ibi ſuas naves habent, calathos plenos aromatibus & balſamo tenentes, hora qua ſacerdos benedixit[g] fontem, antequam incipiat[h] baptizare, fundunt ipſos calatos in fluvium, & tollunt inde[i] aquam benedictam, & exinde faciunt aque aſperſionem in ſuis navibus antequam exeant ad navigandum. Baptiſmo autem completo, deſcendunt omnes in fluvium pro benedictione, induti ſindonibus,[j] quos ſibi ad ſepulturam ſervant. His perfectis omnibus, ſtatim aqua revertitur in proprium alveum.

Unde vero ſurgit *Iordanis* a *mari Tyberiadis* uſque ad *mare Salinarum* ubi deficit,[k] ſunt milia CXXX.

In ipſa vero ripa *Iordanis* eſt ſpelunca, in qua ſunt cellule ſeptem cum ſeptem puellis, que ibi infantule mittuntur, & cum aliqua ex illis mortua fuerit, in ipſa cellula ſepelitur, & alia cellula inciditur & mittitur ibi alia puella, ut numerus ſtet. Et habent foris, qui eis cibaria preparent.[l] In quo loco cum magno timore ingreſſi ſumus ad orationem. Nullius ibi faciem vidimus. In ipſo loco dicitur eſſe ſudarium, quod fuit[m] ſuper caput Ieſu. Non multum longe vero a *Iordane*, ubi baptizatus eſt Dominus, eſt *monaſterium Sancti Iohannis*, in quo ſunt xenodochia duo.[n] In ambobus[o] vero ripis *Iordanis* ſub montibus inveniuntur ſerpentes, de quibus conficitur tyriaca.

a. *V.*, *I.* in alveum ſuum. — b. rupes ſtrata *d. in V.*, *I.* — c. *V.*, *I.* in vigiliis. — d. *V.*, *I.* grandes fiunt vigilie populus infinitus (*I.* a populo infinito). — e. *V.*, *I.* procedunt miniſteria ſub divo. — f. *V.*, *I.* diaconi tenentes. — g. *V.*, *I.* qua benedixerunt f. — h. *V.*, *I.* incipiant. — i. tollunt inde *d. in P.*, *L.* — j. *V.*, *I.* ſindones & alias multas ſpecies. — k. ubi deficit *d. in P.* — l. *V.* preparet ; *I.* preparant. — m. *P.*, *L.* qui fuerat. — n. duo *d. in P.* — o. in ambobus *d. in L.*; *V.*, *I.* *hab.* in iſta vero vel in illa rippa.

Inde venimus *Iericho.*[a] De *Iordane* usque *Ierico* sunt milia vj.[b] *Ierico* autem in oculis hominum[c] ita videtur ut Paradisus. A terre motu muri diruti. Domus itaque Raab ibi stat & est xenodochium, set & cubiculum illud, de quo exploratores deposuit,[d] *oratorium* est *Sancte Marie.* Lapides vero illi, quos levaverunt filij Israel de *Iordane*, non multum longe a civitate *Iericho* positi sunt in basilica secus altare. Et ante basilicam est campus, *ager Domini*,[e] in quo Dominus Iesus manu propria seminavit ferens satis quasi modia tria.[f] Qui etiam colligitur & nunquam seritur, set ex se profert semen. Colligitur autem mense februario, & inde communicant Christiani in Pascha.[g] Cum autem collectum fuerit, aratur[h] & iterum cum reliqua messe[i] colligitur. At vero fons aque, quem indulcavit Heliseus propheta,[j] irrigat omnem *Iericho.* Ibi etiam nascitur vinum, quod febricitantibus datur.[k] Ibi nascuntur dactili de *Libano*,[l] ex quibus mecum detuli in nostram provinciam,[m] & dedi unum domino Paterio[n] patricio. Ibi nascuntur & cedri de *Libano* ccxl[o] & virga faceoli ij pedes longa. Ibi est & vitis, unde in Ascensione Domini plenos calathos racemis in *monte Oliveti* deferunt ad emendum,[p] unde in Pentecosten mustum colatum proponitur.[q]

Exeuntibus nobis de *Ierico*, venimus contra *Ierosolimam.* Non longe ab *Iericho* est illa arbor, in qua Zacheus ascendit, ut videret Dominum. Que arbor[r] infra oratorium inclusa est, & per tectum desuper sicca videtur. Igitur exeuntes de *Iericho*, venimus contra occidentem in sinistra manu[s] & intravimus villas *Sodome* & *Gomorre.*[t] Super illam provinciam descendit semper obscura nubes cum odore sulphureo. Nam quod dicunt homines[u] de uxore Loth, quod lingendo ab animalibus minuatur, mendacium est, set stat in statu quo

a. *V.*, *I.* ad Iordanem. — b. *V.*, *I.* miliaria. — c. *P.*, *L.* omnium. — d. *V.*, *I.* exposuit. — e. ager Domini *d. in P.*, *L.* — f. ferens... tria *d. in P.*, *L.* — g. *V.*, *I.* communicatur in Pasca. — h. aratur *d. in V.*, *I.* — i. *P.*, *L.* reliquis messibus. — j. *P.* inde vero fons aque nascitur quem... propheta — k. ibi... datur *d. in L.* — l. *V.*, *I.* nascitur dactilum de Libra. — m. *V.*, *I.* in provincia adduxi. — n. Paterio *d. in P.*, *L.* — o. *V.*, *I.* nascitur cedrus de liris xl. — p. *V.*, *I.* plenas hastas (*l.* cistas) racemis... venales sunt. — q. *V.*, *I.* mixtum (*l.* mustum) exinde plena colata preparantur. — r. que arbor *d. in P.*, *L.* — s. *P.*, *L.* parte. — t. *P.* Sodomam & Gomoram. — u. *P.*, *L.* quod vero dicunt.

fuit. His peragratis,[a] afcendentes per montana[b] *Ierofolime*, venimus *Baoridem*. Inde revertentes ad finiftram, ad opidum[c] *montis Oliveti* venimus ad *Bethaniam*, ad *monumentum Lazari*, & refpicientes valles illas & perambulantes, monafteria multa & miranda[d] loca vidimus, claufam multitudinem in *monte Oliveti* virorum ac mulierum.

Et furfum[e] in monte, unde[f] Dominus afcendit ad Patrem, ubi & iudicare veniet,[g] vidimus monafteria copiofa &[h] cellulam, in qua claufa fuit vel iacet in corpore[i] fancta Pelagia. Et in ipfo monte Zebedeus & Cleophas & multa corpora fanctorum requiefcunt.[j] Defcendentes de *monte Oliveti*, venimus in villam *Gethfemani*, in locum ubi traditus eft Dominus. In quo funt tria accubita, in quibus ille accubuit, & nos pro benedictione accubuimus. Et prope eft *vallis*, que vocatur *Iofaphat*,[k] & in ipfa valle eft *domus fancte Marie*, in qua monftratur fepulcrum,[l] de quo dicunt eam ad celos fuiffe fublatam. Que vallis eft inter *montem Syon* & *montem Oliveti* pofita.[m]

In dextera vero parte porte *Ierufalem* eft olivetum & ficulnea, in qua Iudas laqueo fe fufpendit,[n] cuius talea ftat. Munita petris porta civitatis, que coheret *Porte Speciofe*, que fuit *Templi*, cuius liminare & tribulatio[o] ftat.

Clinantes proni in terram ingreffi fumus in fanctam civitatem, in qua adorantes Domini monumentum, quem *(fic)* ipfum monumentum, in quo corpus Domini pofitum fuit, in naturalem excifum eft petram. Lucerna in ydria, que illo tempore ad capud eius pofita fuerit, ibidem ardet die noctuque. Ex qua benedictionem tulimus & recompofuimus ea.[p] In quo monumento deforis mittitur terra, & ingredientes pro benedictione tollunt. Lapis vero, unde claufum fuit monu-

a. His peragratis *d. in V., I.* — b. *V., I.* de montanis — c. *V., I.* oppida. — d. *V., I.* mirabilium. — e. *V., I.* rurfum. — f. *P., L.* ubi. — g. ubi... veniet *d. in P., L.* — h. monafteria..... & *d. in P., L.* — i. *V.* ubi inclufa fuit. — j. *V., I.* Iacobi, Zebedei & Cleophe & m. f. corpora. — k. & prope... Iofaphat *d. in V., I.* — l. fancte... fepulcrum *d. in V., I.* — m. *loco* que... pofita, *hab. V., I.:* & ipfa vallis Gethfemani ibidem vocatur Iofaphat. — n. *V., I. add.*: hoc eft ad portam Hierufalem. — o. *I.* tribunal. — p. *loco* cuius talea... ea, *habent P., L.* : Ingreffi autem in fanctam civitatem Ierufalem, perreximus Domini fepulcrum & adoravimus ibi Dominum Iefum, ubi lucerna die ac nocte ardet, ex qua benedictionem accepimus.

mentum, ipſe eſt ante ipſum monumentum.[a] Nam ipſa petra ornata eſt ex auro & gemmis, & poſtmodum de ipſa petra factum eſt altare, in loco ubi crucifixus eſt Dominus Ieſus. Petra vero monumenti veluti molaris eſt, & eſt mirifice[b] ornata virgis ferreis. Pendent ſupra[c] brachialia,[d] dextrocheria, murene,[e] monilia, anuli, capitulares, cingella girata,[f] baltei & corone,[g] ex auro & gemmis ornamenta plurima. Ipſum vero monumentum in modum edis eſt coopertum ex argento, & ante monumentum altare poſitum.

A monumento uſque *Golgotha* ſunt greſſus lxxx : ab una parte aſcenditur per gradus, per quos[h] Dominus Ieſus aſcendit ad crucifigendum.[i] In loco ubi fuit crucifixus Ieſus, apparet cruor ſanguinis in petra,[j] & in ipſo latere petre eſt *altare* patriarche *Abrahe*, in quo ibat offerre Yſaac, quando temptavit eum Dominus. Ibi & Melchiſedech obtulit ſacrificium Abrahe,[k] quando obviam revertebatur cum victoria de cede Amalech. Tunc ibidem dedit ei Abraham omnem decimacionem in hoſtias.[l]

Iuxta ipſum altare eſt cripta, ubi ſi ponas aurem, audies flumina aquarum, & ſi iactaveris intra pomum[m] aut quod natare poteſt, vade[n] ad *Siloam fontem*, & ibi eum ſuſcipies. Hic enim fons eſt, de quo legitur ex ceco: *Vade ad natatoria Siloam*[o] (Iohann., IX, 11). Inter *Siloam* & *Golgotham* credo eſſe miliarium.

Ieroſolima etenim aquam vivam non habet, preter *Siloam*[p] *fontem.* De *Golgotha* uſque ad locum ubi inventa eſt crux ſunt greſſus l.[q] In *baſilica Conſtantiniana*,[r] que coheret monumento vel *Golgotha*, in atrio ipſius baſilice, eſt cubiculum, ubi lignum crucis abſconditum[s] eſt, quod adoravimus & oſculati ſumus.[t] Nam & titulum, qui ſuper caput Domini poſitus fuerat, in quo ſcriptum eſt : *Ieſus Nazarenus rex Iudeorum*, tenui in manum & oſculatus ſum.[u] Quod lignum crucis[v] de

a. Color vero petre, que exciſa eſt de Golgotha *add. V., I.* — b. *V., I.* infinite. — c. *P., L.* pendentia. — d. *P.* brachia; *L.* bracila. — e. murene *d. in P., L.* — f. *I.* cingellarata; *P., L.* cinguli. — g. imperium *add. V., I.* — h. *V., I.* unde. — i. *L.* ut crucifigeretur. — j. in petra *d. in V., I.* — k. Abrahe *d. in P., L.* — l. *P.* & ibi dedit omnem declinacionem. — m. *I.* & iactas pomum. — n. *V., I.* & vadis. — o. hic enim... Siloam *d. in V., I.* — p. *P.* Fiolam; *V.* Solua. — q. xij *hab. P., L.* — r. *V., I.* Conſtantini. — s. *V., I.* reconditum. — t. *V., I.* oſculavimus. — u. *V., I.* oſculavi. — v. crucis *d. in P., L.*

nuce eſt. Procedente vero ſancta cruce ad adorandum de cubiculo ſuo, & veniente[a] in atrio, ubi adoratur,[b] eadem hora apparet in celo ſtella, & venit ſuper locum ubi crux reſidet. Et dum adoratur crux, ſtat ſupra eam ſtella, & affertur[c] oleum ad benedicendum in duabus ampullis.[d] Hora vero, qua tetigerit lignum crucis has ampullas, mox ebullit oleum foras, & niſi[e] citius claudantur, totum ebullit foras. Revertente vero ſancta cruce in locum ſuum, & ſtella pariter revertitur, & poſt recluſam crucem ultra non apparet ſtella.

Arundo vero &[f] ſpongia, de quibus legitur in Evangelio, ibi ſunt, cum qua ſpongia aquam bibimus. Ibi eſt & calix onichinus,[g] quem benedixit in cena, & alie multe virtutes.

Ibi eſt etiam imago[h] beate Marie in ſuperiori loco & zona ipſius & ligamentum, quo utebatur in capite, & ibi ſunt vij cathedre marmoree[i] ſeniorum. Inde aſcendimus in *turrem David*, valde magnam,[j] in cenaculis ubi decantabat pſalterium.[k] Que turris quadrangulatum & ſculptum opus habet, non habens tectum. In quam eciam Chriſtiani pro devocione aſcendunt. Circa medium vero noctis ſpacium ſurgentes, audiunt voces murmurancium deorſum in *valle Ioſaphat* contra *Iordanem*, ad loca que reſpiciunt *Sodomam* & *Gomorram*. Deinde venimus in *baſilicam Syon*, ubi ſunt mirabilia[l] multa. Inter que vidimus lapidem angularem,[m] qui reprobatus eſt ab edificantibus, & factus eſt in caput anguli.[n] Domino autem ingrediente in ipſam baſilicam,[o] que fuit *domus ſancti Iacobi*, invenit lapidem deformem in medio iacentem, tenuit eum & poſuit in angulo.[p] Quem cum tenueris & levaveris[q] in manibus, pone aurem in ipſo angulo, & ſonabit in auribus tuis quaſi multorum hominum murmuracio.

In ipſa vero eccleſia eſt columpna, ubi Dominus flagellatus eſt. In qua columpna tale eſt ſignum,[r] ut dum eam[s] am-

a. veniente *d. in P., L.* — b. *P.* adorant. — c. *P.* offertur. — d. *V., I.* ampullas medias. — e. *P.* ubi. — f. *V.* nam ibi eſt canna. — g. *V.* onichilus. — h. *V., I.* ſpecies. — i. marmoree *d. in P., L.* — j. valde magn. *d. in V., I.* — k. *V., I.* ubi decantavit pſalterium magna voce valde in cenaculis ſingulis. — l. *P.* miracula. — m. *V., I.* inter que quod legitur de lapide angulari. — n. &... anguli *d. in V., I.* — o. *V., I.* eccleſia. — p. tenuit... angulo *d. in P., L.* — q. *V., I.* tenes... levas. — r. ubi... ſignum *d. in P., L.* — s. *P., L.* quam cum.

plexus[a] fuiſſet Ieſus, in ipſa pectus eius adheſit, & apparent in ea palmi & digiti. Si ex ea pro quocumque languore[b] tollatur menſura[c] & circa collum habuerit infirmus, ſanabitur.[d]

In ipſa columpna eſt cornu illud, de quo reges ungebantur, unde & David unctus eſt in regno. Et ibi eſt corona ſpinea,[e] qua Dominus Ieſus fuit coronatus. Ibi & eſt lancea, de qua in latere percuſſus eſt. Ibi ſunt & lapides multi, de quibus lapidatus eſt Stephanus. Ibi eſt & columpna, in qua crux poſita fuit beati Petri apoſtoli, ubi crucifixus eſt *Rome*. Ibi & calix, in quo poſt reſurrectionem Domini ſanctam miſſam[f] celebraverunt apoſtoli, & multa alia mirabilia, que non recolo.

Ibi eſt monaſterium puellarum, & ibi vidi teſtam[g] incluſam in loculo ornato[h] aureo gemmis, quam dicunt eſſe caput martyris Theodote, in qua multi aquam pro benedictione bibebant, & ego bibi.[i] Exinde venimus in *Syon*, deinde vero ad[j] *baſilicam Sancte Marie*, ubi eſt congregacio magna monachorum ac mulierum. Oravimus etiam in *pretorio*, ubi auditus eſt Dominus, &[k] modo eſt *baſilica Sancte Sophie*. Ante ruinas vero *templi Salomonis* ſub platea aqua decurrit a *fonte Siloa*,[l] ſecus *porticum Salomonis*. In ipſa eccleſia eſt ſedes, in qua ſedit Pilatus, quando audivit Dominum. Petra autem ibi eſt quadrangula, in qua reus levabatur,[m] ut ab omnibus videretur & audiretur; in ea videlicet levatus eſt Dominus Ieſus, quando auditus eſt a Pilato. Ibi quoque remanſit imago, habens pedem pulchrum,[n] modicum, ſubtilem, naturam communem, pulcram faciem, capillum ſubanelatum, manum formoſam & digitos longos. Et quantum imago deſignabat, cum in mundo eſſet,[o] picta eſt & poſita in ipſo pretorio. Nam de ipſa petra multe fiunt[p] virtutes, tollentes menſuram de ipſis veſtigiis, ligant per ſingulos languores & ſanantur. Ipſa vero petra ornata eſt auro & argento.

Inde venimus[q] ad arcum, ubi fuit antiquitus *porta civitatis*.

a. *P.* amplexatus. — b. *V.*, *I.* pro ſingulis langoribus. — c. menſura *d. in P., L.* — d. *V.*, *I.* circum colla habent, ſanantur. — e. *V.*, *I.* de ſpinis. — f. *V.*, *I.* miſſas. — g. *P.*, *L.* caput. — h. ornato *d. in P.*, *L.*; *I.* ornata. — i. in qua... bibi *d. in P.*, *L.* — j. *V.*, *I.* de Syon vero uſque in. — k. *P.*, *L.* qui. — l. *P.*, *L.* ad fontem Syloam. — m. *P.* levabitur. — n. *V.* pede pulchrum; *I.* ibique illius remanſit pede pulcro. — o. *V.*, *I.* quantum ymago deſignat que illum viventem & pedibus ambulantem. — p. *P.*, *L.* ſunt. — q. *P.*, *L.* venit.

In ipso loco sunt aque putride, in quibus Ieremias propheta missus est. Ab arcu illo descendentibus nobis per gradus multos ad *fontem Siloe*,[a] vidimus basilicam volubilem,[b] de sub qua surgit *Siloa*,[c] que habet solia duo ex marmore manu hominis facta, & inter solia clausura cancellorum.[d] In quibus pro benedictione in uno lavantur viri & in altero femine.[e] In quibus aquis multa ostenduntur, immo & leprosi mundantur. Et ante illud atrium est piscina grandis, in qua lavantur populi assidue. Certis etenim horis fons ipse irrigat aquas multas, que descendunt per *vallem Iosaphat*, que & *Gethsemani* vocatur, & ingrediuntur in *Iordanem* fluvium, ubi deficit in *mare Salinarum* subtus *Sodomam* & *Gomorram*. Nam modo & ipse *fons Siloa*[f] infra civitatem inclusus est, quia Eudoxia[g] augusta, uxor Iustiniani imperatoris, addidit muros in civitate *Ierusalem*, & ipsa munivit *basilicam* & *sepulchrum sancti Stephani*, & ipsa suum habet sepulchrum iuxta sepulchrum sancti Stephani.[h] Intra sepulchrum[i] sunt gressus vj.[j] Beatus vero Stephanus foris portam uno iactu sagitte[k] requiescit. Una modo porta ex nomine ipsius martyris[l] vocatur, & est ad viam que respicit ad occidentem,[m] que descendit ad *Ioppen* & *Cesaream Palestine* vel *Diapolim* civitatem, que antiquitus dicebatur *Azotus*, in qua requiescit sanctus Georgius martyr. In ipsa via, non longe a civitate, stat columna marmorea, que priusquam Dominus Iesus illuc duceretur ad flagellandum,[n] fugiens levata est ad nubes & deposita in ipso loco. Et in tantum cognoscitur verum[o] esse, quia non habet basem[p] ubi debet esse fundata, set suspensa stat[q] & agitatur. In cuius summitate crux ferrea posita est, & sursum[r] per scalam ascenditur, & homines mittunt[s] ibi luminaria & incensum & demoniaci ibi liberantur.[t]

Itaque exeuntibus nobis[u] a *Siloa fonte*, venimus in agrum,

a. *V.* a fonte. — b. *V.*, *I.* est ibi. — c. de.... Siloa *d. in P.*, *L.* — d. *Loco* que habet... cancellorum *habent P.*, *L.*: ex marmore factam, duos cancellos habentem. — e. *V.*, *I.* mulieres. — f. *P.*, *L.* fons vero Siola modo. — g. Eudoxia *d. in P.*, *L.* — h. & ipsa... Stephani *d. in P.*, *L.* — i. *V.*, *I.* & infra sepulchra. — j. *V.*, *I.* xxvj. — k. *V.*, *I.* sagitte iactum (*I.* iactu). — l. *P.*, *L.* & illa porta ex nom. illius. — m. *P.*, *L.* orientem. — n. *P.*, *L.* in qua Dominus prius ducebatur ad flagel. que. — o. *V.* non. — p. *V.* basitem; *I.* basim. — q. *V.*, *I.* sic stat super terram. — r. sursum *d. in P.*, *L.* — s. *V.*, *I.* & fiunt. — t. *P.*, *L.* mundantur. — u. *V.*, *I.* exeuntes.

qui comparatus eſt de precio ſanguinis Chriſti,[a] qui vocatur *Acheldemach*, hoc eſt ager ſanguinis,[b] in quo omnes peregrini ſepeliuntur. Et infra ſepulchra[c] ſunt cellule ſervorum Dei, ubi fiunt multe virtutes, & per loca infra ipſa ſepulchra ſunt vinee & pomaria.[d]

Revertentibus nobis[e] in civitatem, venimus ad *piſcinam natatoriam*,[f] que v porticus habet, & in uno eorum eſt[g] *baſilica Sanćte Marie*, ubi multe fiunt[h] virtutes. Ipſa vero piſcina modo redaćta eſt[i] in ſtercore, & ibi lavantur omnia neceſſaria.[j] Vidimus ibi & in uno angulo tenebroſo catenam ferream,[k] qua ſe in laqueum[l] infelix Iudas ſuſpendit.[m]

Item exeuntibus nobis a porta maiore,[n] venimus ad locum ubi requieſcit ſanćtus Yſicius,[o] ubi[p] erogantur pauperibus panes, quos deputavit ſanćta Helena. Et in via, que ducit *Bethleem*, miliario iij ab *Ieruſalem*, iacet Rachel,[q] uxor Iacob, mater ſcilicet Ioſeph[r] & Beniamin,[s] in finibus *Rama*. In ipſo loco in media via vidi aquam ſurgere, quaſi ſextarios vij dicunt.[t] Unde complent omnes ſacietatem bibendi, & nec minuitur nec augetur, & eſt ſuavis ad potandum. Dicunt vero,[u] quod fugiens beata Maria in Egyptum, ſederit ibi cum puero,[v] & ſiciens oravit & continuo ipſa aqua emanavit. Et in ipſo loco modo eccleſia conſtrućta eſt.[x]

Inde uſque *Bethleem* miliaria tria.[y] *Bethleem* locus ſplendidiſſimus & ſervi Dei ibi multi. Ibi eſt *ſpelunca*, in qua natus fuit Dominus Ieſus, & preſepe[z] ex auro & argento ornatum, & iugiter ibi ſunt luminaria.[aa] Os vero ſpelunce anguſtum. Hieronimus preſbiter, in loquendo peritus, interpretacione clarus, inter cunćtos zelator conſpicuus, in ipſo ore ſpelunce petram ſculpſit,[bb] & ob devocionem Salvatoris ibidem

a. *V.*, *I.* Domini. — b. qui... ſanguinis *d. in P.*, *L.* — c. *V.*, *I.* & intra ipſa ſepulchra. — d. *P.*, *L.* poma. — e. *P.*, *L.* revertentes. — f. natatoriam *d. in P.*, *L.* — g. *P.*, *L.* & una piſcina, in qua fuit. — h. *P.*, *L.* fiebant. — i. *V.*, *I.* iaćtata eſt. — j. *V.*, *I.* que neceſſaria ſunt. — k. ferream *d. in P.*, *L.* — l. *L.* illaqueatum. — m. *V.*, *I.* cum qua ſe laqueavit inf. Iud. — n. *V.* exeuntibus ad portam natatoriam; *I.* maiorem. — o. *P.*, *L.* Sicius. — p. *V.* ibi etiam; *I.* ubi etiam. — q. *P.*, *L.* Rachel iuxta Iacob. — r. requieſcit *add. V.*, *I.* — s. *Hic multa in L. deſunt.* — t. dicunt *d. in V.*, *I.* — u. *V.*, *I.* & dicunt. — v. *P.* parvo. — x. *P.* ubi modo eccleſia conſtituta. — y. inde... tria *d. in P.* — z. *P.* preſepium. — aa. *P.* & ibi fiunt luminaria. — bb. *V.* ſculpivit.

fibi monumentum fecit. Miliario femis de[a] *Bethleem* in fuburbio[b] iacent David & Salomon filius eius, & appellatur locus ille *bafilica Sancti David.* Set & infantes, quos occidit Herodes, in ipfo loco habent fepulchra, & omnes in una requiefcunt domo, & aperiuntur eorum monumenta,[c] & videntur eorum fancta offa. Ante *Bethleem* eft monafterium, muro cinctum,[d] in quo eft multitudo monachorum. De *Bethleem* ufque ad *ilicem*[e] *Mambre* funt milia xxiiij. In quo loco requiefcunt Abraham, Yfaac, Iacob & Sare fimul & Iofeph offa. Eft ibi bafilica edificata in quadrum[f] & atrium in medio difcoopertum, & per medium cancellum ex uno latere intrant Chriftiani, ex altero vero Iudei, incenfa deferentes[g] multa. Nam depoficio Iacob & David in tercia[h] illa die primo poft natalem Domini devotiffime ab omnibus celebratur, ita ut ex omni terra Iudeorum conveniat multitudo, incenfa deferentes vel luminaria, & dant munera & ferviunt[i] ibidem.

Item revertentes per[j] *Ierufalem*, defcendimus per viam, que vadit *Gazam* & *Afcalonem*[k] milia xx.[l] De *Ierufalem* venimus in *montem Gelboe*, ubi occidit David Goliam gigantem,[m] & ibi mortuus eft Saul & filius eius Ionathas. Iacet ibi Golias in media via,[n] ligneum ad caput habens acervum[o] & fuper eum congeriem petrarum, ita ut ad xx miliaria[p] non poffis invenire lapidem, quem movere poffis, quia confuetudo[q] talis eft. Quocienfcumque quis ibi tranfit, ternos fecum defert lapides, & proicit illos ibi. Set & nos fimiliter fecimus. In ipfis vero montibus[r] nec ros nec pluvia defcendit, poftquam eos David maledixit. Et nocturnis horis fecreto ibi videntur immundi fpiritus volvi, tanquam[s] vellera lane vel unde maris.

Deinde vertentes nos[t] ad latus,[u] venimus in civitatem, que dicitur *Heliuteropolis*,[v] in loco ubi ille Sanfon fortiffimus cum maxilla afini mille occidit viros, ex qua maxilla illo[x] orante

a. *V.* fecus. — b. in fuburbio *d. in P.* — c. *P.* fepulcra. — d. muro cinctum *d. in P.* — e. *P.* rodiam. — f. *V.*, *I.* in quadriporticus. — g. *V.*, *I.* facientes — h. *V.*, *I.* terra. — i. *V.*, *I.* & dantes mun. ac fervientes. — j. *P.* ab. — k. *V.* Abfcalon; *I.* Afcalon. — l. *P.* miliario xx^mo^. — m. gigantem *d. in P.* — n. *P.* medio vie. — o. *V.* ligneus ad caput acervus; habens *d. in I.* — p. *P.* a xx milibus. — q. *V.*, *I.* ufus. — r. *V.*, *I.* nam in ipfos montes. — s. tanquam *d. in V.* — t. *V.*, *I.* deviantes. — u. *Hic denuo incipit L.* — v. *P.* Eliotropolis; *L.* Heliotropolys. — x. *V.*, *I.* ipfo.

aqua profluxit. Qui fons loca illa[a] ufque in hodiernum diem irrigat. Nam[b] in loco ubi furgit fuimus.

Deinde venimus in loco, ubi requiefcit Zacharias, qui occifus eft inter Templum & altare,[c] & eft ibi[d] ecclefia ornata, & funt ibi[e] fervi Dei multi. Inde venimus ad locum, ubi Ifaias propheta de ferra lignea fecatus eft, & ibidem[f] iacet fub *quercu Rogel* iuxta aque[g] decurfum, & ipfa ferra in teftimonium[h] pofita eft ad fanctum Zachariam.

Exinde venimus in locum, ubi Abacuc propheta prandium ferebat mefforibus, quando eum angelus Domini, per verticem tenens, fuper locum[i] in quo Daniel inter leones orabat, depofuit.[j] Et ibi furgit fons, in quo Philippus baptizavit eunuchum. In ipfis locis funt putei, quos foderunt Abraham & Yfaac,[k] quos appellaverunt *Calumpniam*. Inde ingreffi fumus *Afcalon.*[l] Ibi eft *puteus Pacis*, in modum[m] theatri factus, in quo ufque ad aquam per gradus defcenditur,[n] ubi requiefcunt tres fratres martyres, propria quidem nomina habentes,[o] fed vulgariter Egypcij vocantur.

Miliario a civitate *Sarafia* eft civitas *Mazon Afcalonites.*[p] Inde venimus in civitatem *Mazomatem*,[q] in qua requiefcit fanctus Victor martyr. De *Mazoma* ufque *Gazam* eft miliarium.[r] *Gaza* autem eft civitas fplendidiffima & deliciofa, & homines in ea honeftiffimi, omni liberalitate decori,[s] amatores peregrinorum. Inde miliario fecundo[t] requiefcit fanctus pater Hilarion.

Et inde venimus in civitatem *Eluaha*,[u] in capite heremi, que ducit[v] ad *Syna montem*, in qua audivimus ex relacione[x] epifcopi ipfius civitatis unum miraculum, quod fileri non poteft.[y] Puella quedam nobiliffima, nomine Maria, cum nupta fuiffet, ipfa nocte prima[z] fponfus eius mortuus eft. Ipfa quoque hanc

a. *V.*, *I.* ipfa. — b. *P.*, *L.* & in loco. — c. *V.*, *I.* inter Templum & altare, ubi occifus eft Zacharias & ubi requiefcit. — d. una *add.* *V.*, *I.* — e. *V.*, *I.* in ea. — f. *P.*, *L.* ubi iacet. — g. *V.*, *I.* aquarum. — h. *V.*, *I.* pro teftimonio. — i. *P.*, *L.* duxit ad locum. — j. depofuit *d. in P.*, *L.* — k. *V.*, *I.* Abraham fcilicet & Iacob. — l. inde... Afcalon *d. in P.*; *V.* Abfcalon — m. *P.*, *L.* in loco. — n. in quo... defcenditur *d. in P.*, *L.* — o. *V.*, *I.* habent. — p. miliario... Afcalonites *d. in P.*, *L.* — q. *V.* Mazomazes. — r. *P.*, *L.* mil. invenies. — s. *P.*, *L.* facie libera decori. — t. *P.* uno. — u. *I.* Heluaha; *P.* Eoal; *L.* Euaal. — v. *V.*, *I.* vadit. — x. *V.*, *I.* revelatione. — y. *V.*, *I.* filere non oportet. — z. *V.*, *I.* nocte nuptus fui.

rem pacienter portavit, & infra ipſam ſeptimanam omnia ſua pauperibus diſtribuit, celebratoque die ſeptimo, nocte ipſa [a] veſte ſponſi ſublata, inventa non eſt. De qua dictum eſt nobis, quod eſſet in heremo trans *Iordanem* inter calameta vel palmeta [b] ante nos in finibus *Segor*, circa *mare Salinarum*. In quibus locis invenimus monaſteria ultra xv vel xviij puellarum, quas Chriſtiani paſcebant. [c] Que habentes unum aſellum, qui eis cibaria deportabat, [d] nutriebant & leonem terribilem ad videndum. Cumque appropinquaſſemus cellule, [e] omnia animalia, que erant nobiſcum, minxerunt a rugitu illius [f] & in terra corruerunt. Et dixerunt [g] nobis, quod ipſum aſellum leo ipſe gubernaret [h] in paſcuis. Quem & offerebant nobis pro c ſolidis, ſet pater Antonius accipere [i] noluit. Sed miſit in Hieruſalem cito, & fecit [j] eis ternas tunicas deferri, & oleum ad luminaria & legumina multa. Et ipſe nobis dixerunt de virtutibus puelle, [k] cuius ſuperius mencionem fecimus, que ambulaverat in heremo ſola, portans legumine ſportellas plenas vel tunicas, quas ei cupiebant offerre, [l] ſet nullus eam invenire potuit. Attamen de hiis, que ſecum detulerat, [m] nichil deportavit, revertens [n] de heremo. Cuius afflictionem vel ploratum nulla racione conſolari potuimus, ſet tantum ſepius [o] flens dicebat: *Ve mihi miſere, cuius cauſa* [p] *me Chriſtianam dico.*

Proficiſcentes de civitate *Eulatia*, [q] intravimus heremum miliario xx. In quo eſt [r] caſtrum, ubi eſt *xenodochium ſancti Georgij*, in quo habent tranſeuntes vel heremite refugium ſive ſtipendia. Inde intrantes in interiorem heremum, venimus ad locum, de quo dicitur in Pſalmo: [s] *Poſuit* [t] *terram fructiferam in ſalſugine, hoc eſt in amaritudine* [u] *a malitia habitantium in ea* (Pſ. cvi, 34). Et ibi vidimus homines raſos fugientes cum camelis. Et in *Hieroſolima* vidimus homines ex *Ethiopia* habentes fiſſas nares & aures, calliculos calciatos, [v] & in digitis & in pedibus [x] anulos

a. nocte ipſa *d. in P.*, *L.* — b. *V.* calamora vel palmora. — c. *V.*, *I.* que Chriſtiani (*I.* Chriſtianos) populabant. — d. *V.* aſellum cibario deportabant. — e. cellule *d. in P.*, *L.* — f. *P.*, *L.* territa ſunt a rugitu illius. — g. *V.*, *I.* dicebant. — h. ac provideret *add. I.* — i. *V.*, *I.* ſuſcipere. — j. *V.*, *I.* & adduxit eis. — k. *V.*, *I.* Marie. — l. *V.* aufferre. — m. *V.* duxerat; *I.* duxerant. — n. *V.*, *I.* reportant revertentes. — o. ſepius *d. in P.*, *L.* — p. cauſa *d. in P.* — q. *V.* Heulatia. — r. *P.* & eſt ibi. — s. *P.* Pſalmiſta. — t. poſuit *d. in V.*, *I.* — u. hoc... amarit. *d. in P.* — v. calliculos calciatos *d. in P.*, *L.* — x. *V.*, *I.* per digitos in pedes.

miſſos. Et interrogavimus ut quid hoc haberent,[a] qui dixerunt : *Traianus*[b] *imperator ſignum hoc nobis reliquit.*

Ambulantes per heremum diebus vj, camelis nobis aquam portantibus, ſextarium unum mane & ſextarium unum veſpere cotidie dabatur per unumquemque[c] hominem. Amareſcente aqua in utres[d] in modum fellis, mittebamus in eam arenam & indulcabatur. Familia autem Sarracenorum vel uxores eorum, venientes de heremo cum lamentacione & in via ſedentes, ſarcinis depoſitis,[e] petebant panem a tranſeuntibus. Et veniebant viri ipſarum[f] de interiori parte heremi, adducebantque utres cum aqua frigida, & accipiebant ſibi panes. Deferebant[g] etiam reſtes *(ſic)* cum radicibus,[h] quarum[i] odor ſuaviſſimus ſuper omnia aromata; & dies feſtos ſuos celebrabant. Populus autem, qui per ipſam maiorem heremum ingrediebatur ad explorandum, numero xij^{m} dc. Qui perambulantes heremum, octava[j] die venimus ad montem Dei *Oreb.*[k] Et exinde moventes, ut aſcenderemus *montem Syna*, ecce multitudo monachorum & heremitarum[l] cum crucibus pſallentes obviaverunt nobis, & proſtrati[m] in terram adoraverunt nos.[n] Simili modo & nos facientes lacrimavimus.[o] Tunc introduxerunt nos in vallem inter *Oreb*[p] & *Sina*. Ad cuius pedes[q] montis eſt fons ille, ubi Moyſes adaquabat oves, quando vidit ardentem rubum, qui fons incluſus eſt infra[r] monaſterium. In quo monaſterio[s] tres ſunt abbates, ſcientes linguas Latinam,[t] Grecam, Syram, Egyptiacam & Beſſam.[u] Inde venimus ad ſpeluncam, ubi abſconditus fuit Helias propheta, quando fugit Iezabel mulierem perfidam. Ante ipſam ſpeluncam ſurgit fons, qui irrigat ipſum montem.

Inde aſcendimus in ſummum montis cacumen, in quo eſt oratorium modicum, habens in longitudine pedes vij,[v] ſimiliter & in latitudine. In quo nullus manere preſumit, ſet orto iam die, aſcendunt monachi de ſupradicto monaſterio, &

a. *V.*, *I.* quare ſic. — b. *V.*, *I.* quia Traianus. — c. unumquemque *d. in V.*, *I.* — d. *P.*, *L.* utre. — e. *V.*, *I.* ſarcina depoſita. — f. *P.*, *L.* ſimiliter viri. — g. *V.*, *I.* & adducebant. — h. *P.* indicibus. — i. *P.*, *L.* & erat. — j. *P.*, *L.* vij°. — k. *V.* Choreb ; *P.* Ozeb. — l. *V.* monach. heremit. — m. *P.* poſtea. — n. &... nos *d. in V.* — o. *P.* lacrimati ſumus. — p. *V.* Choreb ; *I.* Coreb. — q. *P.* indices. — r. *V.* intra. — s. *P.*, *L.* modo. — t. *V.*, *I.* hoc eſt Lat. — u. *P.* Reſtam ; *L.* Reſcam. — v. *V.* vj.

48

celebrant ibi divinum officium.[a] In quo loco multi[b] pro devocione tondent capillos ſuos & barbam,[c] & ego ibi totondi barbam meam. *Mons* vero *Syna* petroſus eſt, raro habet terram, & in circuitu eius cellule multe ſervorum Dei, ſimiliter & in *Oreb.*[d] In parte vero ipſius montis habent Sarraceni idolum ſuum poſitum marmoreum, candidum ſicut nix.[e] Ibi etiam permanet ſacerdos ipſorum, indutus dalmaticam & pallium lineum. Et quando venit tempus feſtivitatis illorum, precurrente luna, antequam aggrediatur ad diem feſtum[f] ipſorum, incipit marmor illud mutare colorem. Et quando ceperint adorare[g] idolum, fit marmor illud nigrum ſicut pix. Completoque tempore feſtivitatis, revertitur iterum in priſtinum colorem, unde valde admirati ſumus.[h] Inter *Sina* & *Oreb*[i] eſt vallis, in qua certis[j] temporibus deſcendit ros de celo, quod *manna* appellant, & coagulatur, & fit tanquam gramen maſtici,[k] & habent inde plenos dolios,[l] & dant aliis pro benedictione, & nobis dederunt ſextarios quinque, ex quo[m] illi bibunt nobiſque dederunt bibere. Et in ipſis montibus leopardus & capree & burdones ſimul paſcunt, & nullus eorum a leone leditur propter heremi vaſtitatem. Et quia iam ſe complebant dies feſti[n] Hiſmaelitarum, preco exiit ut nullus ſubſiſteret per heremum, per quam ingreſſi ſumus,[o] alij per *Egyptum*, alij per *Arabiam* reverterentur[p] in ſanctam civitatem.

De *monte Sina* uſque in Arabiam civitatem, que vocatur *Abela*,[q] manſiones octo.[r] In *Abela* autem deſcendentibus navibus de *India* cum diverſis aromatibus, viſum eſt nobis per *Egyptum* reverti.

Venimus itaque *Ira*[s] civitatem, in qua pugnavit Moyſes cum Amalech, ubi eſt oratorium, cuius altare poſitum eſt ſuper lapides illos, quos ſubpoſuerunt Moyſi oranti.[t] In ipſo loco eſt civitas munita de lateribus, & locus ille ſterilis eſt

a. & celebrant ipſi (*I.* ibi) officium *V.*, *I.* — b. multi *d. in P.*, *L.* — c. *V.*, *I.* barbas. — d. *V.* Choreb; *I.* Corheb. — e. *P.* quod cand. eſt ſ. n.; *V.* candidum tanquam nix. — f. *V.* egrediatur a die feſto. — g. *P.* dum adorant. — h. *V.*, *L.* admiratus ſum. — i. *V.*, *I.* Coreb. — j. *P.*, *L.* cunctis. — k. *V.* gramaſticis; *I.* grans miſticis. — l. *P.* coleos. — m. etiam & prodito (*I.* proditi) *add. V.*, *I.* — n. *P.*, *L.* complebatur dies feſtus. *Hic deſinit L.* — o. *P.* per quem illi perrexerunt. — p. *P.* reverſi ſunt; *I.* revertuntur. — q. *V.* Ahela. — r. *P.* vij. — s. Ira *d. in V.*, *I.* — t. *P.* poſuerunt ſubtus Moyſen, illo orante.

valde própter aquas. Ibi occurrerunt nobis mulieres [a] cum infantibus, palmas in manibus tenentes [b] & ampullas cum rafanino [c] oleo, & proſtrate pedibus noſtris plantas noſtras ungebant & capita, [d] cantabantque [e] lingua Egyptiaca, pſallentes antiphonam : *Benedicti vos a Domino, benedictuſque adventus veſter, oſanna in excelſis.* Ipſa eſt terra *Madian*, [f] & ipſi habitantes in ea civitate [g] ex familia Iethro, ſoceri Moyſi, deſcendiſſe dicuntur. [h] Octingente domus militancium, [i] cum uxoribus annonam & veſtes accipientes ex *Egypto*.

De quibus locis venimus [j] *Magdalum* [k] & inde in *Socoth*, ubi ſunt lxvij palme [l] & xij fontes, & applicuimus ibi dies duos, [m] fatigati poſt tantum laborem atque heremi vaſtitatem. [n] In quo loco eſt [o] caſtellum modicum, quod vocatur *Surandala.* [p] Et infra ipſum caſtellum eſt eccleſia cum xenodochio [q] propter tranſeuntes. Inde venimus ad locum, ubi filij Iſrael, tranſeuntes *mare Rubrum*, caſtrametati ſunt, & ibi ſimiliter caſtellum [r] cum xenodochio. Et in loco, ubi exierunt de mari, eſt *oratorium Helie.* Et tranſcendentes [s] venimus in locum, ubi intrarunt in mare, ubi eſt *oratorium Moyſi.* Ibi eſt civitas parva, que appellatur *Diſſima*, [t] ad quam de *India* naves veniunt.

In loco vero ubi tranſierunt exit gulfus [u] de maiori pelago & extenditur intus in multis milibus, acceſſum receſſumque habet. [v] Recedente [x] mari, apparet omnis ſubmerſio [y] Pharaonis, & omnia arma in marmore mutata videntur. Ibi accepimus nuces virides, que de *India* venerunt, quas de Paradiſo credunt homines eſſe, & qui ex eis guſtaverit ſaciatur. Intus autem in ipſo pelago modica eſt inſula, in qua eſt petra viva, ubi pendent lapides molles ut carnes [z] in modum dactilorum,

a. *P.* venerunt m. in occurſum nobis. — b. *V.*, *I.* portantes. — c. *I.* rafano; *P.* roſaceo. — d. & capita *d. in P.* — e. cantabantque *d. in V.*, *I.* — f. *P.* Mediamitarum. — g. civitate *d. in P.* — h. *V.*, *I.* dicitur autem quia ex familia Iethro, ſocero Moyſi, deſcendunt. — i. *V.*, *I.* lxxx condomas militantes in publico. — j. venimus *d. in P.* — k. *V.*, *I.* Magdalo. — l. *V.*, *I.* ad lxx duas palmas. — m. &... duos *d. in P.* — n. *P.* poſt hoc fatigati pro tanto labore atque heremi veſtitate. — o. *P.* venimus in. — p. *P.* Saraneluna. — q. *P.* & xenodochium. — r. *P.* ibique caſtellum fecerunt. — s. *V.* tranſeuntes. — t. *P.* Diſiua; *V.* Clyſma. — u. *P.* mare. — v. *P.* quia habet acceſſa & receſſa; *V.* acceſſis receſſiſque habet. — x. *P.* procedente. — y. *P.* ſubverſio. — z. *P.* in qua quibus temporibus fructus colligitur; *I.* carnei.

qui fundunt[a] unguentum, quod oleum petrinum appellant qui pro maxima benedictione tollitur.[b] Vas in quo portatur, si impletum fuerit & volueris reiterare, ad tollendum[c] iam, non eum capit. In quo loco, quanticumque egroti[d] pertingere possunt, sanantur. Quod tollentes pro benedictione, non permittitur iterum introire per *Clysma*,[e] antequam commisceatur cum oleo. Nam si non adulteraretur, credo quia & ipsam virtutem semper faceret.[f] Nam liquor ipsius tenetur continuo per ij milia.[g] Et inde nobis exeuntibus, venimus[h] in civitatem, que dicitur *Clisma*,[i] intus in basilica[j] vidimus loculos ligneos sanctorum patrum cxiiij heremitarum.[k] Et inde venimus per heremum ad speluncam beati Pauli heremite, ad fontem[l] qui vocatur *Siracumba*, qui fons locum ipsum irrigat.[m] Exinde pergentes venimus ad *cataractas Nili*,[n] ubi ascendit aqua ad signum manu hominis factum & habet gradus xij.[o] Ex utraque parte ipsarum[p] cataractarum sunt due civitates, quas dicunt edificasse filias Loth, & una earum *Babylonia* dicitur.

l. 20, quorum *Y*.
l. 21, quod *Y*, *A*.
l. 22, eſt *deeſt Y*; — valde volatus *Y*, *A*.
l. 23, pauperem *Y*.
l. 25, eo *deeſt Y*.
l. 27, mellis *A*.
l. 29, confringunt *A*; — hoc eſt *Y*, *A*.
l. 30, repertum *Y*, *A*.

P. 183 :

l. 1, ubi *A*; — ſalvator *Y*.
l. 4, ex qua diei *A*.
l. 8, conſpexit *A*.
l. 9, eadem *Y*; — refert *A*.
l. 11, contra *A*.
l. 13, De Cafarnaum *Y*, *A*.
l. 14, Hieruſolymis; — Cafarnaum *Y*.
l. 17, locum nam *A*.
l. 18, pervium *Y*.
l. 20, pervenerunt *A*.
l. 21, Neptalim *Y*.
l. 23, ſpatia *Y*.
l. 24, ab *deeſt A*.
l. 25, locum *A*; — auſtrale *Y*.

P. 184 :

l. 1, de Nazareth *Y*.
l. 3, Cafarnaum *Y*. — *Hic demum deſinit A*.

l. 6, duos *deest* *Y.*
l. 8, dominus *deest*; — hec itaque *Y.*
l. 10, arcibus *Y.*
l. 17, locutus.... inventans *Y.*
l. 19, in illa *Y.*
l. 21, Burgunnia *Y.*
l. 22, qui iam poſt circuitum *Y.*
l. 23, erat *deest* *Y.*
l. 24, Thabor *Y.*
l. 25, Cinereth *Y.*
l. 26, collectus *deest* *Y.*
l. 28, ſilvæ *Y.*

P. 185:

l. 1, eorumdem *Y.*
l. 6, ſuperiore planitie *Y.*
l. 7, celebres *Y.*
l. 12, monaſteria *Y.*
l. 16, Burgunnio *Y*; — in *deest* *Y.*
l. 20, Gregorum *Y.*
l. 22, ortografia *Y.*
l. 26, illa *Y.*
l. 27, eſt *deest* *Y.*
l. 28, etiam & *Y.*
l. 29, extra muros habens *Y.*

P. 186:

l. 1, Saracinorum *Y.*
l. 2, adeptus eius; — & *deest* *Y.*
l. 4, Saracinorum *Y.*
l. 9, Thyrum Fenicis; — introiit *Y.*
l. 10, hebreo *Y*; — Soar *Y.*
l. 12, Nabucon *Y.*
l. 13, Caldeorum; — adfirmant *Y.*
l. 14, aurietibus *Y.*
l. 14, fuiſſe. Campi planities pulchra *Y.*

l. 16, angifta; — demenfionem *Y.*
l. 17, hec *deeft* *Y.*
l. 18, Sirofiniciffa *Y.*
l. 20, Arculfi relatione de fitu Tiri per omnia concordet *Y.*
l. 21, & de... Thabor *deeft* *Y.*
l. 22, de *deeft* *Y.*
l. 23, fuperius *Y.*
l. 25, defcriptam; difcrepat; — aliis *Y.*
l. 28, dierum Arculfus habuit *Y.*

P. 187:

l. 1, de Alexandriæ fitu & Nilo flumine *Y.*
l. 3, Hebreorum olim noua *Y.*
l. 5, famofo; — nominis *Y.*
l. 7, reedificatore *Y.*
l. 10, Hierufalem *Y.*
l. 12, nouum *Y.*
l. 14, hoftis *Y.*
l. 15, difcriptus *Y.*
l. 21, in *deeft* *Y.*
l. 28, Farum uocitarunt *Y.*

P. 188:

l. 1, incedant; — non queant *Y.*
l. 2, illi *Y.*
l, 4, & prænuntius & *Y.*
l. 6, preftringant *Y.*
l. 8, oporteat *Y.*
l. 9, inlifa; — fibi *Y.*
l. 10, artatur *Y.*
l. 11, ergo *Y.*
l. 13, infula conlifa *Y.*
l. 15, fcrupeas *Y.*
l. 20, eft *deeft* *Y*; — qua.
l. 26, modicum in eum qui ad *Y.*

P. 189 :

l. 4, opime *Y.*
l. 5 ferunt *Y*; — circumuectuntur *Y.*
l. 6, terram *deest Y.*
l. 7, distinatam *Y.*
l. 10, coherent *Y.*
l. 12, tolli *Y.*
l. 13, precipiti *Y.*
l. 17, de quibusdam *Y.*
l. 19, urbis de *Y.*
l. 25, orientem protendatur *Y.*
l. 29, potuerat *Y.*
l. 31, fluminis *deest*; — culpi *Y.*

P. 190 :

l. 3, in terra humatus *Y.*
l. 4, orientale *Y.*
l. 7, de *deest Y.*
l. 8, nomen ut supra *Y.*
l. 9, dictum est *deest Y.*
l. 10, Canope cognominatur *Y.*
l. 11, Libia *Y.*
l. 12, Ægyptivi *Y.*
l. 13, custodie neglegentia *Y.*
l. 15, populantur *Y.*
l. 20, *novum capitulum, sic intitulatum :* De corcodilis *Y*; — corcrodili *Y.*
l. 22, ut etiam *Y.*
l. 23, aut asinum *Y.*

P. 191 :

Tertij libelli capitulationes *Y.*
III = II *editionis.*
II = III *editionis.*
IV. Sancto *deest Y.*

VII. *Epilogus deeſt Y.*
l. 1, *titulus deeſt Y.*
l. 9, hoſtia Danai *Y.*
l. 15, habet *deeſt Y.*

P. 192:

l. 1, *titulus deeſt Y.*
l. 10, latitudinem *Y.*
l. 15, querimonium *Y.*
l. 18, aiunt *Y.*
l. 20, que *deeſt Y.*
l. 22, repperiatis;— ea *deeſt Y.*
l. 26, obſequuntur *Y.*
l. 30, repperiunt *Y.*

P. 193:

l. 6, reportatorum *Y.*
l. 10, appellatione *Y.*
l. 11, nominatur *Y.*
l. 13, diſcripta *Y.*
l. 15, *titulus deeſt Y.*
l. 22, camara; — arcibus *Y.*
l. 24, vel etiam ad exorandum Dominum;—ſupercluditur *Y.*
l. 25, quo illud ſalutare *Y.*
l. 27, ſuſpenſus paſſus eſt *Y.*

P. 194:

l. 6, ſibi *deeſt*; — ſupra *Y.*
l. 15, ac mulieres obſervato ſupra ordine *Y.*
l. 19, victorale *Y.*
l. 22, ſupercluditur *Y.*
l. 24, neglegenter *Y.*
l. 27, tripertitis *Y.*
l. 29, mirabili *Y.*

P. 195 :

l. 1, quasi *deest* Y.
l. 3, adgregatos Y.
l. 7, recipiant Y.
l. 9, sancto *deest* Y.
l. 13, Georgius; — relationem Y.
l. 21, homo Y.
l. 22, eandemque Y; — eam videns Y.
l. 23, interrogavit Y.
l. 25, qui respondent & dicunt.
l. 26, & castigatus *deest* Y.
l. 27, homo Y.
l. 30, nimis Y.

P. 196 :

l. 2, exteriore Y.
l. 3, quomodo nec; — ullo modo *deest* Y.
l. 5, imaginem Y.
l. 10, poline Y.
l. 11, tunc videns Y.
l. 13, & *deest* Y.
l. 15, penitudinem; — solveretur Y.
l. 17, Deus Y.
l. 20, fidei Y.
l. 22, Dominum Y.
l. 23, torace clam in se Y.
l. 24, potentia Y.
l. 25, efficit Y.
l. 27, inpenetrabili re potenter penetrales Y.
l. 28, primule Y.

P. 197 :

l. 2, digitolorum Y.
l. 5, quoque humilli Y.
l. 13, Constantinopolitana Y.

l. 15, homunculus *Y.*
l. 16, ad *deeſt Y.*
l. 18, in domum *Y.*
l. 19, in ſe ſanͨti *Y.*
l. 22, & *deeſt Y.*
l. 23, orationem virtutum *Y.*
l. 28, proſperam faciens obtionem noſtræ *Y.*
l. 29, equum *deeſt Y.*

P. 198 :

l. 1, bella periculoſa *Y.*
l. 2, vel quæ miſella.... hominum *Y.*
l. 3, conſtituta *Y.*
l. 4, iuxta ſupra *Y.*
l. 5, Chriſticola *Y.*
l. 7, habetur *Y.*
l. 10, gratis *Y.*
l. 11, celſitudinis firmitudinem *Y.*
l. 13, primule *Y.*
l. 15, diſcriptum *Y.*
l. 17, ingenti locutione *Y.*
l. 20, homo *Y.*
l. 22, equique *Y.*
l. 31, in domum *Y.*
l. 32, ad *deeſt Y.*

P. 199 :

l. 1, illius ipſius inſtigatione *Y.*
l. 4, repetens *Y.*
l. 8, per ſingulas vices *Y.*
l. 11, hoc *Y.*
l. 12, vidi lx *Y.*
l. 13, equum *deeſt Y.*
l. 14, poſt expedit *Y.*
l. 17, in Deo *Y.*
l. 18, egrediens *Y.*
l. 23, quia omne quodcumque *Y.*

l. 26, & quod *Y*.
l. 27, & pro quo *Y*; — ſacrificabitur *Y*.
l. 28, remittetur *Y*.
l. 30, & *deeſt* *Y*.
l. 31, toracicla *Y*.

P. 200:

l. 6, proprie *Y*.
l. 12, degeri *Y*.
l. 16, torciclam *Y*.
l. 17, effudit *Y*.
l. 26, abſtergens & lavans *Y*.
l. 27, domu *Y*.
l. 31, Iheſu Chriſti; — ait per prophetam *Y*.

P. 201:

l. 3, reconditum habetur *Y*; — diximus *deeſt* *Y*.
l. 5, primaria *Y*.
l. 7, appetens navigavit *Y*.
l. 12, terre *Y*.
l. 14, tonare *Y*.
l. 16, ſcribendi *Y*.
l. 17, noctu *Y*.
l. 18, eius quoque *Y*.
l. 20, *titulus deeſt* *Y*.

IMPRESSUM FELICITER GENEVÆ

ſumptibus

SOCIETATIS ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

TYPIS I.-G. FICK

ANNO DOMINI M. D. CCC. LXX. IX.


EN TOVT BIEN

ITINERA

ET DESCRIPTIONES

TERRÆ SANCTÆ

LINGUA LATINA SÆC. IV-XI EXARATA

ſumptibus

SOCIETATIS

ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

edidit

T. TOBLER

I

PARIS

ERNEST LEROUX, ÉDITEUR

RUE BONAPARTE, 28

1877


EN TOVT BIEN

ITINERA

HIEROSOLYMITANA

ET

DESCRIPTIONES TERRAE SANCTAE

BELLIS SACRIS ANTERIORA

&

LATINA LINGUA EXARATA

ſumptibus

SOCIETATIS

ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

ediderunt

TITUS TOBLER & AUGUSTUS MOLINIER

I 2

GENEVAE

Typis J.-G. Fick

1880

AVIS AU RELIEUR

Le préſent volume doit être coupé en deux : les pages j-lij placées en tête, & les pages 241-420 à la fin du volume précédent des *Itinera Latina*.

EN TOVT BIEN

PUBLICATIONS

DE LA

SOCIÉTÉ DE L'ORIENT LATIN

SÉRIE HISTORIQUE

II

QUINTI BELLI SACRI

SCRIPTORES MINORES

LIBRAIRES DE LA SOCIÉTÉ

PARIS : *Ernest Leroux*, 28, rue Bonaparte.

LEIPZIG : *Otto Harassowitz.*

QUINTI

BELLI SACRI

SCRIPTORES MINORES

ſumptibus

SOCIETATIS

ILLUSTRANDIS ORIENTIS LATINI MONUMENTIS

edidit

REINHOLDUS RÖHRICHT

Ph. Doctor

GENEVAE

Typis J.-G. Fick

1879

Tiré à 500 exemplaires numérotés, dont :
50 ſur grand papier,
50 ſur papier vélin,
400 ſur papier ordinaire.

N° 364

SOCIÉTÉ DE L'ORIENT LATIN

*

EXTRAIT DES STATUTS

Art. 19. Les publications de la Société ſont faites ſous la ſurveillance du Comité de direction, & la garantie du ſecrétaire-tréſorier & de l'un des commiſſaires reſponſables.

Art. 20. Au cas où l'un des volumes a, pour éditeur ou pour commiſſaire reſponſable, le ſecrétaire-tréſorier, le contre-ſeing de ce dernier eſt remplacé par celui du vice-préſident.

Vu l'édition des Quinti Belli ſacri Scriptores minores, *par le docteur* R. RÖHRICHT.

Le Commiſſaire reſponſable,
COMTE RIANT.

Certifié.

Le Vice-Préſident,
CHARLES SCHEFER.

Paris, 1er mars 1879.

CONSPECTUS

PRÆFATIO

POSTQUAM Leopoldus de Ranke & Henricus Pertz ratione & exemplo primi docuerunt, fontes hiſtoricos critica ſubtilitate tractari neceſſe eſſe, nonnulli quoque viri docti, quorum in numero habendi ſunt : Sybel, Hagenmeyer, Thurot, Jaffé, Kugler, Koſack, Mas-Latrie, Streit, Riezler, Wailly & Riant, exſtiterunt, qui de fontibus bellorum ſacrorum ab anno MXCV uſque ad annum MCCV ſuſceptorum critica arte uſi diſſererent. Quum tamen adhuc reſtaret, ut de Quinti belli ſacri fontibus eadem ratione ageretur, editor libentiſſime hoc negotium ſuſcepit, præſertim quum Societate illuſtrandis Orientis Latini monumentis, *ut hanc operam ſubiret, commonitus eſſet.*

Quânquam hoc opere Oliverij Scholaſtici Hiſtoria Damiatina *& nonnulli alij fontes principales, necnon carmina, in volumen aliud reſervanda, a nobis omittenda ſint, &* minores *tantum fontes edendi, ſumma tamen vi operam dare nobis neceſſe fuit, ut omnem ſilvam rerum, relationes minores, teſtimonia minora, epiſtolas, bullas, chartas & documenta varia congereremus & diſponeremus, e quibus hoc tomo in lucem prodeunt ſcriptores quidam minores, maximam partem adhuc inediti.*

I

ORDINACIO DE PREDICACIONE S. CRUCIS IN ANGLIA.

Primum igitur ſcriptorum minorum locum obtinet tractatus quidam, qui inſcribitur : Ordinacio de predicacione S. Crucis in Anglia *& in codicibus Oxonienſibus exſtat duobus.*

Perpaucas orationes Crucis prædicatorum, quorum in numero vocamus eas, quæ ab Urbano II papa, epiſcopo Oportenſi, Hen-

rico de Albano, ſedis apoſtolicæ legato, Martino Pariſienſi abbate & Iacobo de Vitriaco [1] *habitæ ſunt, adhuc reſtare, conſtat, attamen ij valde errant, qui ex titulo, libello noſtro ineſſe Crucis plenam prædicationem, colligendum eſſe putent. Etenim eius ſumma diſſertatio dogmatica eſt, qua auctor de cœna Domini & cruce Chriſti, in myſtica & allegorica exegeſi niſus, diſputat, ſub finem vero ſermone Crucis prædicatoris utitur.*

Auctorem noſtrum virum haud modica fuiſſe doctrina, ſatis inde apparet, quod ex hymno « Te Deum laudamus, » *e canticis Adami de S. Victore, ex Auguſtini & Gregorij ſcriptis, laudat verſus, quodque Scripturæ Sacræ, ubicunque fieri poteſt, verbis utitur. Præterea audientibus acriter inſtat, ut Crucem aſſumant, &, quibuſdam cruceſignatorum exemplis allatis, divino inſtinctu animos concitare ſtudet. Quum vero tractatus ille de cœna Domini & cruce Chriſti non arcte coniungatur cum ſermone, quo ad*

1 Iacobi Vitriacenſis prædicationes, *Sermones* duo *ad Cruceſignatos* & duo *ad Peregrinos*, qui in eiuſdem *Sermonibus ad ſtatus*, in multis codicibus & præſertim in codice Pariſienſi (Bibl. nat., nº 17590, m. ſæc. XIII) aſſervatis, exſtant, a viro doctiſſimo Lecoy de la Marche (*La chaire françaiſe au moyen âge*, p. 66-67) iam ſatis laudatæ ſunt. Difficillimum eſt diiudicatu, quo tempore hæ orationes habitæ fuerint. Quum vero auctor (f. 94 *b*), poſtquam de expugnatione urbis ſanctæ in flebiles lamentationes profuderit, verba Iohannis (Apocal. XI, 2) citet : *Civitatem ſanctam conculcaverunt menſibus xl duobus* & addat : « Peccatis exigentibus *annus* pro *menſe* datus eſt nobis, » colligi poteſt, orationes anno quadrageſimo ſecundo poſt urbem a Saladino captam, itaque anno MCCXXIX habitas fuiſſe. Iacobus autem anno MCCXXIX cardinalatus honoribus ornatus prædicator non fuit conſtitutus (Matzner, *De Iacobi Vitr. vita*, Monaſt. 1863, 12º, 62). Veriſimillimum igitur nobis eſſe videtur, has orationes a. MCCXXVII habitas fuiſſe, quo Iacobus in Belgio crucis prædicator erat (Matzner, 61) & expeditio Friderici imperatoris in Saracenos inſtabat (Röhricht, *Beitræge*, I, p. 17-19), qua chriſtiani omnes ſumma ſpe recuperationis Terræ Sanctæ implebantur, præſertim, quum, anno MCCXXIX iſlami errorem plane periturum, ubique creditum fuerit (Röhricht, *Beiträge*, I, p. 79, nota 235 ſub fine). Hanc igitur prophetiam ſequutus Iacobus iam anno MCCXXVII, ut animos chriſtianorum acrius incitaret, recuperationem Terræ Sanctæ anno MCCXXIX imminere, prædicaviſſe nobis videtur. Sermones igitur prædictos, utpote ad rem noſtram ætate non ſpectantes, in præſens volumen inſerere non placuit.

Crucem sumendam impellat, censeres, auctorem tractatum quendam, a se aliquando docte & erudite conscriptum, cum oratione habita composuisse & in unum redegisse, quamquam altera cum altero parum conveniret.

Sed putare mallemus, orationis commentarium inchoatum sive materiæ descriptionem imperfectam exstare, cui extremus perpoliendi operis labor desit. Auctor, quæ præmeditatus & commentatus invenerat, aperte nondum dispofuit; versus enim e Scriptura sacra propositus deest, unde oratio pendeat, sed orationes prædicatorum pendere solent, neque finis orationis prostat. Quum enim toto attentissimo animo audiamus prædicatorem exemplis illustrantem, quomodo crucesignati Dei manu omnipotentis sæpe adiuti fuerint, sermo inceptus ante finem legitimum præcisus est. Nihilominus oratio nostra permagni est momenti, quippe quæ aliquid novi afferat ad prædicatorum illorum sermones cognoscendos.

Prædicatorem nostrum anglo-gallica lingua, quam equites callerent, usum fuisse, verisimile est, unde hanc Ordinationem de prædicatione sanctæ Crucis, *sive* Thema orationis ad Crucis assumptionem invitantis *in linguam latinam, quam clerici & monachi præponebant, versam fuisse arbitramur.*

Quis autem hanc ordinationem conscripserit, facile definiri non potest; quum vero orator sententias, anglo-gallica lingua scriptas, & exempla crucesignatorum proferat, [1] *qui ex septentrionali Galliæ regione nati sunt,* [2] *ipsum inde ortum fuisse colligi licet. Radulphus de Coggeshale,* [3] *prædicatores sanctæ Crucis in Anglia Nicolaum, sedis apostolicæ legatum, necnon Walterum, archidiaconum Londoniensem, & Philippum, magistrum Oxoniensem fuisse*

1 *Ordinacio*, 20, 24. 26.

2 Commemorat (p. 25) Hugonem de Beauchamp, quem in prœlio Hattinensi MCLXXXVII cecidisse, Benedictus Petroburgensis (I, 360; II, 22) narrat, Enguerranum de Boves (prope Ambianum), qui in quarto bello sacro versatus fuisse dicitur (*Eracles*, in *R. des hist. occ. des Cr.*, II, 244; cf. Klimke, *Quellen d.* IV. *Kr.*, p. 90), & Walterum de Avesnis, de quo conferas Röhricht, *Beiträge*, II, 327. Præter hos auctor mentionem facit fratrum ij, Eustachij scilicet & Godofredi de Bullione, quorum prior in pugna cecidit.

3 Martène, *Thes. Anecd.*, V, 873; Potthast, *Regesta*, n° 4727; cf. Matzner, p. 19. De Iacobo Vitriacensi. præter Matzneri opusculum egregium, videas: *Hist. litt. de France*, XVIII, 209-246; Villehardouin, ed. Du Cange, 318.

memorat. Quum Oxonienses sint codices duo, qui Ordinacionem *nobis servaverunt, fortasse consequitur, quod auctor Oxoniensis (haud scio, an Philippus ipse) fuerit.*

Accuratius autem tempus, quo Ordinacio *nostra composita sit, perspici potest; quum enim de bello contra Albigenses facto & de indulgentiis a Pontifice promissis auctor mentionem (p. 24) faciat,* [1] *anno millesimo ducentesimo sexto decimo factam scriptamque esse videtur.*

CODICIBUS *usi sumus duobus, quorum unus in bibliotheca collegij Balliolensis Oxonij asservatur (sæc. XIII, nº* 167), *qui in fol. min.* 215 *ff. membr. constat.* [2] *Alter autem, qui & olim Oxoniæ, collegij Omnium Animarum erat, nunc in Musæo Plantiniano Antwerpiæ (s. XIII, in-*4, *nº* 56) *asservatur; binis columnis exaratus, ff.* 218 *membranaceis constat.*

II-III

GESTA CRUCIGERORUM RHENANORUM

(pp. 27-56),

DE ITINERE FRISONUM

(pp. 57-70).

Scriptores, quibus Quinti belli sacri historia [3] *continetur, pro eo ut, quæ peregrini in* Portugalia, *aut in* Aegypto [4] *gesserint,*

1 Hanc sententiam intelligere non possumus nisi de bello, anno MCCXVI, inter Angliæ & Franciæ reges exorto; cf. Guilelm. Brito (*Recueil des hist. de la Fr.*, XVII, p. 109; Röhricht, *Beitr.*, I, p. 57, not. 28 & 30).

2 Conf. H. Coxe, *Catalog. codd. mss. coll. Oxon.*, I, p. 56.

3 Historiam quinti belli sacri scripserunt: Huillard-Bréholles, *Hist. dipl. Fr.*, II, introd., p. cccxxiij-cccxxv; Wilken, *Geschichte der Kreuzzüge*, VI, 116-358; Röhricht, *Die Belagerung von Damiette*, 1218-1220 (Raumer's *Taschenbuch*, ed. Riehl, 1876, p. 59-98). De Iohanne rege Hierosolymitano videas: Abbé Georges, *J. de Brienne* (Troyes, 1858, 8º); Arbois de Jubainville, *Recherches sur les premières années de J. de Brienne* (Paris, 1868); Montcarmet, *J. de Brienne* (Limoges, 1876); Schlumberger, *Les principautés franques du Levant* (P., 1877, 8º), p. 39, & *Numismatique de l'Orient latin* (P., 1878, 4º), p. 93, ubi moneta Iohannis, in obsidione Damiatæ constituti, describitur.

4 Longum est enarrare, quot vicibus christiani a tempore regis

referant, in duas claſſes dividendi ſunt, quarum in priore ponenda: Geſta crucigerorum Rhenanorum, Relatio de itinere Friſonum, *quam nobis præbet Emo, &* Narratio, *quæ in* Annalibus Colonienſibus maximis *legitur, quorum duo priores in ſe abſolutos, in hoc volumine edidimus, tertiam, e contextu maioris chronici extractam, cum ceteris eiuſdem formæ teſtimoniis ad ſequens volumen reſervaturi. Hæ vero relationes, quarum auctores, ut optata brevitate utamur,* Rhenanum, Friſonem, Colonienſem *notare liceat, tam arcte inter ſe coniunctæ ſunt, ut nobis de iis communiter agendum ſit.*

Amalrici Hieroſolymitani uſque ad finem XVIII ſæculi Aegyptum aggreſſi fuerint; ceterum ad ea remittere licet, quæ Haithon (L. de Backer, *L'extrême Orient*, 231 ſeqq.), Marinus Sanutus (I pars, c. 6, p. 25-26; c. 8, p. 47; c. 28, p. 92-93), Emm. Piloti (Reiffenberg, *Le chevalier au Cygne*, I, 325 ſeqq.) & magnus ille Leibnitius (*De expeditione ægyptiaca*, ed. Onno Klopp, Hannover, 1864, p. 81, 177-178, 214, 252-253) diſputaverunt. Sed tamen hoc loco pauca de urbe Damiata afferre expedit.

Damiata urbs, cuius nomen in Aegypti vetuſtiſſimis monumentis legitur, a Stephano Byzantino (632) Ταμίαθις vocatur & ſedes epiſcopalis fuit (Quatremère, *Mém. ſur l'Egypte*, I, 350), a chaliſo Mutawakkel & Saladino, ſoldano Aegypti, caſtellis & mœnibus communita erat (Wilken, VI, 180-183; Röhricht, *Die Belag. von Damiette*, p. 63; Schultenus, *Index ad Boha ad-dinum* ſub voce), ita ut cruceſignatis appulſis inexpugnabilis eſſe videretur (Oliver., in Eccardi *Corpus Hiſt. M. Aevi*, II, 1418; *Geſta crucig.*, infra, 56; *Geſta obſidionis Dam.*, 114; *Lib. Duellij*, p. 165 ſeq.; Hopf, *Chroniques*, 33; Marinus Sanutus, p. 259-261; ceterum conferas Jakut ſub voce; Bakui, in *Notices & extr. des mſſ.*, II, 436; Abulfedæ *Aegypt.*, ed. Michaelis, ſub voce; Edrizi, ed. Jaubert, I, 303 ſeqq.; de Sacy, *Chreſtomathie arabe*, ed. II, t. II, p. 7; Guilel. Tyr., XIX, 23; XX, 15; XXII, 14; Niebuhr, *Reiſe*, I, 65; Champollion, *L'Egypte ſous les Pharaons*, II, 138 ſeqq.; delineationem urbis ipſius videas in Makriſi, ed. Hamaker, 1824, Wilken, VII, & topographiam totius regionis in *Deſcription de l'Egypte*, Mémoires, I, 290). Poſt annum MCCXLIX deſtructa (Matth. Paris, ed. Wats, 712; Aboulf., *Géographie*, ed. Reinaud, II, 160-161; Aboulf., *Annal.*, ed. Paris, p. 130, 768; Quatremère, Makriſi, *Hiſtoire des Mamel. Sultans*, I, 15), ex ruinis reſtituta eſt (Ibn Batoutah, *Voyages*, I, 65) & in ſæculo XVI, præter Alexandriam, urbs frequentiſſima & ditiſſima vocatur (Wilken, in *Abhandl. der k. Academie d. Wiſſenſchaften in Berlin*, 1831, p. 38; Heyd, *Le colonie commerciali*, II, 220; cf. Paul Meyer, *La priſe de Damiette*, in *Bibliothèque de l'Ecole des chartes*, 1877, p. 514-515).

A Frisone *igitur nobis narratur, multos crucesignatos a Lauwerze, apud Groningam sito, Dortmudam, quæ portus est Angliæ celeberrimus, profectos fuisse, ibique Guilelmum de Hollandia & Georgium de Wied comites invenisse. Unde classis peregrinorum congregata exit,*[1] *sed, tempestate, v die iulij exorta, ad littus Bretoniæ navis quædam frangitur; naufragium vero passi a morte servantur.*[2] *Deinde auctor noster,* in Guilelmi comitis classicula versatus, *narrat, quæ peregrini tempestatibus passi fuissent, & multos enumerat portus, quorum nomina in* Annalibus Coloniensibus *frustra quæruntur, quorum auctor,* Georgium comitem sequutus, *iam xj die iunij Ulixibonam venit, quo* Friso *xiv die iunij appulsus est. Hic illius urbis topographiam profert ei simillimam, quæ in* Annalibus Coloniensibus & Gestis crucigerorum *invenitur, sed solus auctor noster narrat, iam anno MCXLVII Ulvingam Poptetum*[3] *cum armigero suo in Portugalia res egregie gessisse quendam & mortuum nomine Henricum, catalogo sanctorum adscriptum fuisse. Neque tamen* Friso *refert, crucesignatos a Portugaliæ incolis & rege, ut castellum Alkazar obsiderent & expugnarent, admonitos fuisse, eosque Ulixibonæ hiemantes delicate & luxuriose vixisse, quæ omnia a* Coloniensi & Rhenano *accuratius narrantur. E contra certiores nos facit de iis, quæ peregrini, sociis ad Alkazari castellum obsidendum remanentibus, Ulixibona provecti gesserint.*[4] Coloniensem *igitur* & Rhenanum, *cum*

1 Oliverius (p. 1401) narrat, e provincia Coloniensi fere ccc naves fuisse profectas; *Annales Colon. maximi*, 829, memorant cccl, quarum clxxx in Portugalia remansisse, dum cxij (Emo, p. 59), nulla mora facta, proveherentur.

2 Hanc navem fuisse « de Munheim » sive Mühlheim, *Coloniensis* & *Rhenanus* nuntiant.

3 De fabuloso illo Frisonum heroë conferas : *Gesta Frisonum* (*Werken uitgegeven door Friessch Genootschap*, 1837), p. 138-140, & *Gesta Fresonum* (ibid., 1853), p. 293.

4 *Rhenanus* narrat, hos peregrinos, postquam in Italia hiemassent, xxiv die aprilis ad urbem Accon appulsos fuisse; & Iacobus de Vitriaco (*Epist.*, I, 290) aperte nostros intelligit dicens, Frisones cum l coggonibus « non multum post pascha » (xiv die april.) advenisse. Ex iis vero peregrinis, qui in Portugalia remanserant, plurimi xxiv die maij in Terram Sanctam venerunt cum xxiij navibus; eos enim xxiij die aprilis adhuc in Sicilia versatos fuisse, probe scimus (*Gesta crucig.*, 38-39). Hæ vero crucesignatorum naves non

maxime inter ſe convenire appareat, non tamen negandum eſt, alterum cum altero nonnullis diſcrepare.

Prior enim narrat, multos peregrinos ab urbe Vlaardingen Dortmudam navibus profectos eſſe, hac in re cum altero congruens; ſed ſolus Colonienſis *de tempeſtate ij die iulij coorta, & de hiſtoria Ulixibonæ narrat. Alter ab altero abhorret arcem a cruceſignatis obſeſſam nominans;* [1] Colonienſis *hanc nuncupat: Alchaz,* Rhenanus: *Alkazar, & hic nominis originem ex teutonico: « Aller Kerker » (« omnium carcer ») ſcrutatur.* [2] *Solus* Colonienſis *narrat, cruceſignatorum, qui in Portugalia non remanſerant, quaſi ducem ac principem fuiſſe abbatem Werdenſem,* [3] *ſed tamen multos eorum* « nebula palpabili cecatos ad portum Algazer preter propoſitum invitos cum aliis applicuiſſe » (*p.* 31). *Abhinc* Colonienſis & Rhenanus *iterum conveniunt, quum uterque affirmet, epiſcopos Portugalenſes iij die auguſti in caſtra peregrinorum veniſſe, ſed* Colonienſis *addit, murum caſtelli xviij pedes latum fuiſſe & exercitum hoſtium, ad centum millia militum taxatum, milliario a caſtris chriſtianorum conſediſſe; nomina vero quatuor regum omittuntur,*

eodem die apud Damiatam appulſæ ſunt. Primum enim appulſi ſunt cruceſignati, poſtquam Accon venerunt (mai. 24), « infra triduum » (mai. 27; cf. *Geſta cruciger.*, 39), hos vero « mediocres & minores » Iacobus de Vitriaco, xxix die maij cum aliis peregrinis appulſos, invenit in inſula Damiatæ conſtitutos (Iacob., *Epiſt.*, II, 290-291; *Epiſt. principum*, in Bœhmer, *Acta imperij ſelecta*, II, 642-643) & tertio, xxxj die maij, appulſi ſunt principes « ſexta die poſt exitum de Accon » (Oliverius, 1401; *Epiſt. princ.*, in Böhmer, *Acta imp.*, 642-643; cf. *Geſta obſid.*, § 2, p. 74; § lix, p. 115).

1 Arabes vocant illam arcem Kafr Abû Danes (Edrizi, ed. Jaubert, II, 23); hoſtium illius regionis ultimum refugium fuiſſe, fatetur Abulfeda (*Géographie*, ed. Reinaud, II *a*, p. 243). Huius arcis (deſcriptæ ab Reinero Leodienſi in *Mon. Germ. SS.*, XVI, 676) princeps fuit Abd Allah ibn Muhammed ibn Waſir (Anton Conde, *Hiſtoria de la dominacion de los Arabos en Eſpanna*, t. II, cap. 429-430).

2 Hanc etymologiam ineptam ſequitur Cæſarius Heiſterbacenſis (*Dialog. miracul.*, VIII, c. 66).

3 De hoc abbate Heriberto (1198-1218), qui in bello civili, inter Philippum II & Ottonem IV exorto, alterius partes ſequutus fuerat, conferas Schnucken, *Geſchichte der Reichsabtei Werden* (Köln, 1865), p. 91-99; Crecelius, in *Zeitſchrift des bergiſchen Geſchichts-Vereins*, VII, 34-36.

quæ ſola auctori Rhenano *debemus. De prœlio cum hoſtibus commiſſo fere idem refertur; uterque Goſvini carmen* « De expugnatione Salaciæ » [1] *citat, uterque, turbam candidatorum chriſtianis ſuccurriſſe, narrat.* Rhenanus *refert* (*eumque iterum ſequitur Cæſarius Heiſterbacenſis*), *in prœlio illo unum tantum regem cecidiſſe;* Colonienſi *vero auctore, duo reges cum centum millibus militum interfecti ſunt.*

Præterea narrat Rhenanus, *Weſtphalos, Saxones & Rhenenſes, maxime vero Nuſſienſes, Giraldo comite duce,* [2] *fortitudine inter ſe æmulatos eſſe, & principem caſtelli, qui a* Colonienſi *& in* Epiſtola Guilelmi comitis [3] *Abur nominatur, baptizatum fuiſſe, ſed paulo poſt in priſtinum errorem recidiſſe. In* Epiſtola Guilelmi *duo millia, a* Colonienſi *duo millia & quingenti, a* Rhenano *fere tria millia hoſtium capti fuiſſe dicuntur. Horum de miſeria* Rhenanus *maxime dolet narrans, patrem a filio, matrem a filia ſeparatos fuiſſe in præda dividenda, ut in ſervitutem deducerentur, neque aliunde magis quam ex hac narratione colligi poteſt, auctorem arbitrum fuiſſe; idem refert, victorum alium alium defraudaſſe in præda dividenda, & clericos peregrinorum, clerici cuiuſdam Ulixibonenſis conſuetudine & doctrina, optime delectatos fuiſſe.*

Quæ abhinc Rhenanus *narrat de expeditionibus, quas chriſtiani anno MCCXVII in Syria & anno MCCXVIII contra Aegyptios Sarracenos fecerunt, fere omnia Oliverij* Hiſtoria Damiatina *continentur. Initio huius textus auctor noſter Oliverij epiſtolam ineditam, de qua alias nobis agendum erit, ſequutus eſt. In capitulo vero, quod inſcribitur:* De paſſionibus navigantium, *multa inſunt, quæ alias fruſtra quæres. Primo* Colonienſis *cum* Rhenano *conveniens, crucesignatos tempeſtate xij die aprilis MCCXVIII territos & diſiectos fuiſſe, tum vero ſolus noſter narrat, in hoc diſ-*

1 *Mon. Portugaliæ hiſtorica*, I, p. 102-104; conf. Röhricht, in *Forſchungen zur deutſchen Geſchichte*, XVI, 148.

2 Neſcimus, num auctor erraverit, nomine Giraldi pro Georgio uſus, an Giraldus fortaſſe Georgij frater eiuſque ſocius fuerit.

3 Exſtat in Raynaldi *Annal.*, ed. Manſi, p. 413, § 35-36, ad 1217; Baronij *Annal.*, XIII, p. 241, § 34-35, ad 1217; Van Mieris, *Groot Charterboek der graaven van Holland*, I, 175; *Oorkondenboek van Holland*, I, p. 153, nº 263.

crimine positos Nussienses sanctum Quirinum,[1] *urbis patronum, precibus fatigasse, & naves dissipatas sub finem aprilis Messinam appulsas fuisse. In sequenti vero textu* Rhenanus & *iterum* Coloniensis *conveniunt, soli vero* Coloniensi *auctori debemus topographiam Damiatæ, adhuc ignotam. Præterea refert, christianorum machinas* « vix pulverem turris concussisse, » *& civem Coloniensem Henricum de Hernothe*[2] *ad machinas construendas magnam pecuniæ vim contulisse, sed paulo post mortuum fuisse.*

Quæ quum ita sint, adhuc restat, ut ex his omnibus colligamus, quod nobis verisimillimum esse videatur: auctores scilicet istos Frisonem, Coloniensem & Rhenanum, *ex quibusdam diariis sive commentariis, quæ referunt, hausisse, vel ipsos in expeditione crucesignatorum versatos fuisse. Primum enim* Emo *ipse narrat,*[3] *se a familiari quodam historiæ textum nostræ accepisse. Quum vero Emo claustri Præmonstratensium, quod dicitur Floridus Hortus, abbas fuerit, & auctor textus de navibus a Lauwerzee profectis & Frisonum heroë Popteto verba fecerit, non alienum esse censemus, quod ipse clericus & Frisia ortus habendus esse videatur.*[4]

Neque nos errare putamus, dicentes, pari modo textum Annalium Coloniensium, *quo, quæ Colonienses gesserunt & passi sunt in sacra expeditione navali constituti, continentur, e commentariis quibusdam compositum fuisse ab aliquo peregrino vel clerico Coloniensi, quem, Ulixibonæ hiemantem,* Carmen *Gosuini &* Epistola *Guilelmi comitis non latuerunt, ita ut ex iis, quæ ipse viderit & audierit, & fontibus istis* Coloniensis *narrationem conscribere potuerit. Ceterum vero* Annalium Coloniensium *auctorem Oliverij* Historiam Damiatinam *fere verbo tenus exscripsisse, iam neminem fugit.*

Tertio censemus, textui auctoris Rhenani præter Oliverij Historiam *subesse commentarios cuiusdam peregrini Nussiensis. Neque prætereundum est, Cæsarium Heisterbacensem iam nostri auctoris narratione de pugnis in Portugalia commissis usum esse;*

1 De sancto Quirino conferas: *Acta SS. Boll.*, mart. III, 811-815, eiusque de translatione anno ML facta, Löhrer, *Geschichte der Stadt Neuss*, 1840, 44-46.

2 Istius personæ vestigia nusquam reperiri possunt.

3 Emo, p. 478.

4 Conf. Gelhorn, *Die Chronik des Emo und Menko*, Danzig, 1872, p. 4; Wind, *Bibl. de Nederl. Geschied.*, 34-36.

uterque enim ſolus dicit, pugnam illam xj ſeptembris [1] *die factam eſſe, unum tantum ex principibus exercitus hoſtium cecidiſſe & nomine caſtelli Alkazar intelligi oportere:* « omnium carcer. » *Cæſarius autem, verbis textus noſtri res a chriſtianis in Portugalia geſtas narrantis, addit:* « Hæc mihi relata ſunt ab his, qui « certamini interfuerunt & ex ore Sarracenorum, quæ dicta « ſunt, audierunt. » [2]

In Geſtis crucigerorum Rhenanorum *edendis uſi fuimus* CODICE *membranaceo Lugdunenſi, qui ſæculo excedente XIV, vel ineunte XV, negligenter ſcriptus eſt,* [3] *quem cum optimo codice Londonienſi membranaceo, qui in Muſeo Britannico exſtat,* [4] *conferri fecimus. Textum vero* De Itinere Friſonum *in* Monumentis Germaniæ *ad fidem codicum duorum Groninganorum* [5] *accurate editum,* [6] *inde deprompſimus, eodemque de fonte textum* Annalium Colonienſium maximorum [7] *in ſecundo huius operis volumine typis mandabimus.*

1 *Annal. Colon.* : ix die ſeptemb.

2 *Dialogi miracul.*, VIII, c. 16 (ed. Strange, II, p. 137; cf. *Homiliæ*, I, p. 119). De ratione, quæ inter Oliverij *Hiſtoriam Damiatinam*, quam eandem eſſe ac tertium Pſeudo-Iacobi hiſtoriæ orientalis librum primus Riant (*Haym. Monach.*, p. 63, not. 2), eumque ſequutus Fr. Zarncke (*Sitzungsber. der königl. ſächſ. Geſellſchaft der Wiſſenſchaften*, 1875, p. 138-148), nos docuerunt, eiuſque epiſtolam a nobis in tertio huius operis tomo edendam (Cod. Guelferb. Gud., nº 131, ſæc. XIII, fol. 5*a*-7*a*) intercedat, hoc loco differere non licet. De Oliverio etiam notamus, quæ in *Hiſt. litt. de la France*, XVIII, 14-28, & in *Zeitſchrift für katholiſche Theologie*, Münſter, 1851 (ab Junkmanno), p. 99-129, 205-230, aguntur.

3 Cod. lat. Voſſ., nº 95, fol. 2-5. Hoc codice primus uſus fuit Riant, *Les Scandinaves en Terre-Sainte*, p. 330 ſeqq., tum vero Röhricht, *Die Kreuzzugsbewegung im Jahre* 1217 (*Forſchungen zur deutſchen Geſchichte*, XVI, 153-156).

4 Cod. Burneyanus, nº 351 (m. ſæc. XIII), fol. 223-227.

5 De quibus vide *Mon. Germ. SS.*, XXIII, p. 460 ſeqq.

6 Hugo, *Sacræ antiquit. mon.*, I, 445-451; *Mon. Germaniæ SS.*, XXIII, 478-479. De Emone conferas *Hiſt. litt. de la France*, XVIII, 177-184; XIX, 68-70; XXI, 726-728; Gelhorn, *Die Chronik des Emo und Menko*, Danzig, 1872 (Diſſert. inaug. univerſ. Gotting.); Wattenbach, *Deutſchlands Geſchichtsquellen im Mittelalter*, II, 329-330.

7 *Mon. Germ. SS.*, XVII, 829-831; ceterum conferas Max Lehmann, *De annalibus, qui vocantur Colon. maximi*, Berolini, 1867, 63-64; Wattenbach, II, 338-352.

IV-VI

GESTA OBSIDIONIS DAMIATÆ
(pp. 71-115),

IOHANNES DE TULBIA
(pp. 117-140),

LIBER DUELLII CHRISTIANI
(pp. 141-166).

Nunc autem de iis ſcriptoribus diſſeramus, a quibus, quæ a crucesignatis in Aegypto geſta ſunt, narrantur; quorum autem relationes, quum inter ſe ſimilitudine quadam cohæreant ſimul intueri, ſed, ut commoda brevitate utamur, ſignificationibus: Geſta Damiatæ, M. (*Cod. Mutinenſis*) *&* P. (*Cod. Pariſienſis*), Iohannes (*Cod. Londinenſis*) *&* Liber Duellij (*Cod. Heidelbergenſis*) *intelligere liceat. Prinſquam vero de ratione & indole horum quattuor fontium diſputemus, nobis pronuntiandum eſt, nonnulla iis communia eſſe cum Oliverij* Hiſtoria Damiatina *& Iacobi Vitriacenſis* Epiſtolis.

Ab omnibus enim Quinti belli ſacri ſcriptoribus narratur, crucesignatos anno MCCXVIII ad inſulam quandam Aegypti appulſos[1] *fuiſſe, in qua Moyſes,*[2] *Ieremias*[3] *& Maria Aegyptiaca*[4] *quondam habitaviſſent; ab omnibus quoque eidem principes exercitus chriſtiani,*

1 Intelligenda eſt Nili ripa occidentalis, quam Makriſi (ed. Hamaker, 74) « *Djiza Damiât* » (inſula Damiatæ), Iacobus (*Epiſt.*, II, 291) *Sabulum* & (*Epiſt.*, III, 295) *Campus Taneos* vocant.

2 Moyſes cum Pharaone in urbe Zoan vel Tanis collocutus fuiſſe fertur (*Pſalm.* LXXVIII, 12, 43); de illa vero urbe conferas Quatremère, *Mémoires ſur l'Egypte*, I, 284 ſeqq.; *Deſcription de l'Egypte*, V, 99 ſeq.; Champollion, *L'Egypte ſous les Pharaons*, II, 101-104.

3 Ieremias in Aegypto a Iudæis lapidatus fuiſſe dicitur (Hieron., *Ad Iovin.*, II, 37; Tertullian., *Adverſ. gnoſt.*, 8). Pſeudoepiphanius (*Opp.*, II, 239) locum, ubi mortem occubuit, vocat « *Taphnas*; » cf. *Chron. paſchale*, ed. Bonn., 156.

4 Mariam cum puero in Aegyptum fugiſſe, ſatis conſtat; locus, ubi habitavit, vocatur *Mâthâria* (*Evangel. infantiæ arab.*, ed. Thilo, c. 24; cf. Robinſon, I, 41; Tiſchendorf, *Reiſe*, I, 141-142).

qui in pugna xxix die augusti MCCXIX commissa a Saracenis victoribus capti sunt, enumerantur. Neque minus conveniunt omnes, quum pacis conditiones memorent, quas soldanus Aegypti christianis ante urbem captam obtulerat. Præterea omnes scriptores rerum gestarum fere eundem ordinem chronologicum sequuntur,[1] *quum pugnas, ix & xxvi diebus octobris, xxix vel xxx die novembris anno MCCXVIII factas, commemorent,*[2] *& eisdem fere verbis miseriam describunt, & spolia enumerant, quæ christiani in urbem ingressi viderunt.*[3]

Quamquam vero hi scriptores verbis & rebus maxime inter se conveniant, tamen, nostros quatuor auctores ex Oliverij Historia *vel Iacobi* Epistolis *suos libellos conscripsisse, minime arbitramur. Quum enim relationes de rebus gestis in castris facile propagarentur sæpiusque narrarentur, haud prorsus mirandum est, quod eædem similem quandam in formam redactæ fuerunt, ut prætermittamus, quod præliorum ordinem chronologicum & nomina commutari non liceret.*[4] *Et tamen quatuor relationes nostræ ab Iacobi* Epistolis *& Oliverij* Historia *prorsus abhorrent.*

Iacobus enim in Epistolis *suis tam paucas singulas res affert, ut historiam etiam captionis arcis maritimæ & transitus, quem exercitus festo s. Agathæ fecit, perpaucis verbis memoret. Oliverius autem multa & gravia narrat, præsertim de iis, quæ Frisones*

1 Iacobus solus negligentia quadam ordinem rerum gestarum turbat.

2 Ab auctoribus *Gestorum M. & P.* pugna ix die octobris commissa, quæ falso dies martis fuisse dicitur, memoratur. Festum vero s. Demetrij, quo iterum prœlium factum est, & mille occubuerunt hostes (*Epist. Iacobi*, III, 296), non fuit viij, sed xxvj dies octobris, &, ut recte dicit Ioh. de Tulb., dies Veneris (Reinaud, *Extraits*, 394; cf. Wilken, VI, p. 219, nota 22).

3 Oliverij *Hist. Dam.*, 1418-1419, Iacobus (*Epist.*, II, 293, III, 299, IV, 303), Oliverius (p. 1415) & *Récits d'un ménestrel de Reims* (ed. Nat. de Wailly, p. 78, § 148) arcem maritimam, quam Eracles (327) *Cosbarie*, sive *Kasba-rajjá* (arcem irrigatam) nominat, « *clavem Aegypti* » vocant (cf. Wilken, VI, p. 206, nota). Iacobus (*Epist.*, IV, 303) & Oliverius (1419) crucesignatos, thesauros in urbe inventos defraudantes, cum Achor (Iosuæ, VIII, 1, seqq.) comparant.

4 Memorandum est, fontes maxime inter se discrepantes, arabicos scilicet & occidentales, nonnullis verbis & elocutionibus fortuito convenire (Wilken, VI, 233, nota 62; Winkelmann, *Friedr. II*, I, p. 298, nota; Klimke, *Die Quellen des vierten Kreuzzuges*, 1875, p. 76-79).

& Theutonici præclare gesserunt, crucesignatorum vero Latinorum superbiam & infortunium acerbe iocans irridet. [1]

Longe aliter in nostris chronicis prœlia Damiatina tractantur, quibus plerumque singulæ res adhuc ignotæ traduntur eæque maxime, quas crucesignati Latini eorumque dux « Dominus legatus *» gesserunt, ut, qui attente legerit, non dubitet, quin relationes nostræ in prætorio ipso, certe auctoritate quadam publica, redactæ sint. Has enim ex uno & eodem fonte manavisse, nullo modo negari licet.*

Ac primum res gestæ eodem ordine chronologico & iisdem fere vel simillimis verbis referuntur, multa quoque notanda sunt, quibus nostri tantum fontes conveniunt. Ut enim exempla proferam, nullo alio fonte, arcem maritimam tres habuisse [2] *catenas, narratur, j die iulij MCCXVIII,* [3] *quem diem in aliis fontibus notatum frustra quæras, nepotem Leopoldi ducis, cuius Oliverius*

1 Oliv., *Hist. Dam.*, 1411-1412, ubi 1 Macc., v, 62, citatur, quod nullus editor notavit.

2 Urbes maritimas catenis non solum ad vectigalia sumenda (catena, la *chêne*, douane), sed etiam ad urbem defendendam obstructas fuisse, satis constat; nam ut omittam Constantinopolim, de Tyrum quoque & Laodiceam catenis defensas fuisse, apparet ex Ibn Batouta, *Voyages*, ed. Defrémery, I, 131, 179-183 (cf. E. Rey, *Etude sur l'architecture*, 166). Damiata obstructa fuisse dicitur una catena (Guil. Tyriens., XX, 26; Burchardi *Chron.*, in *Mon. Germ. SS.*, XXIII, p. 380; *Epistol. princip.*, in Böhmer, *Act. imperij selecta*, n° 934; *Epist. Honor.*, in *Rec. des hist. de la France*, XIX, 663; cf. Makrisi, p. 12), vel duabus (*Epist. Iacobi*, II, 295; Abû Schâmah, in Wilken, VI, 188). De fabuloso impetu, quem Frisones, ex urbibus Harlem & Dokkum orti in catenam fecerint, auctores posteriores nuntiant; conf.: Röhricht, *Die Belagerung von Damiette*, p. 93, nota 17. In arce fuisse dicuntur milites: ccc (*Epist. Honor.*, in *Rec. d. hist.*, XIX, 668; *Historia patriarch. Alex.*, 390; Ioh. de Tulbia, § 111; *Lib. Duellij*, § 111), cc (Iacob., *Epist.*, II, 292), c præter balistarios & sagittarios (*Gesta obsid.*, p. 74); capti vero: fere c (*Gesta crucig.*, 42), c (Oliv., 1404), cxiij (Iacob., *Epist.*, I, 289), ccl (Iacob., *Epist.*, III, 293).

3 Primum impetum christianos fecisse cum lxx navibus xxij die iunij, aliis chronicis narratur (*Histor. patriarch.*, in Reinaud, *Extraits*, 390; Makrisi, 26, 75; Iacob., *Epist.*, II, 291; cf. Oliv., 1403); de navi Frisonum duplici, quam orientales fontes *Marmah* (id est *manganon*) & Oliver., 1408, *Sanctam Matrem* (cf. Iacob., *Epist.*, II, 292) vocant, videas *Hist. patr.*, 391-392; Makrisi, 12, 94.

vexilliferum notat, neque tamen nepotem fuiſſe bene ſcimus, cecidiſſe, & chriſtianos arcem maritimam ſ. Georgio auxilio cepiſſe.[1]

Longum eſt enarrare, quot & quibus auctores noſtri (Geſta, *ſcilicet* M. & P., Iohannes & Liber Duellij) *verbis conveniant, ſed tamen pronuntiari neceſſe eſt, horum omnium breviſſime referre* Geſta P.[2] *& maxime cohærere cum eis* Geſta M., *cum* Iohanne *vero* Librum Duellij.[3] *Itaque relationes noſtræ in duas claſſes diſponendæ & illuſtrandæ ſunt, quarum in priore* Geſta M. & P. *ponantur.*

Geſtis P., *a quibus initium capiamus, exordium propoſitum eſt, quod, nonnullis verbis correctis, legimus in* Annalibus Placentinis *Guelfis*,[4] *neque vero alibi invenimus. Deinde noſter de*

1 Præter ſ. Georgium turba candidatorum chriſtianos adiuviſſe dicitur, quam chriſtianis urbem quoque Alcaſſar expugnantibus ſuccurriſſe, in aliis chronicis nuntiari, ſupra expoſuimus; ſæpenumero non ſolum Iudæis Maccabæorum tempore pugnantibus (2 Macc., v, 2, ſeqq.; x, 29; xi, 8) angeli apparuerunt, ſed etiam a chriſtianis cruceſignatis Georgius, Mauritius, Demetrius ſancti & a Saracenis « virides equites » (Röhricht, *Die Belagerung von Akká*, 518, nota; Reinaud, *Extr.*, p. 41, 549) videbantur. Neque igitur putari oportet, hiſtoriam, quam chronicis noſtris debeamus, ex narratione illa manaviſſe, quæ in *Annalibus Colonienſibus*, *Geſtis crucigerorum* & *Cæſarij Dialogis* exſtat. Thomas Cantipratenſis, *Bonum univerſale de Apibus*, II, c. 53, p. 511, notat: « Albati apparent illi, quos chriſtiani eleemoſynis & miſſarum ſuffragiis de purgatorio liberaverunt » (cf. Apocal., XIX, 11, 14-16; *Geſta*, §§ XV, XLI; *Ioh. de Tulbia*, § XLI).

2 Plurima narrant *Geſta M.*, *Ioh. de Tulbia*, *Liber Duellij*, quibus ſolis de tranſitu chriſtianorum, de pugna xxxj die martis, de captione merſorum hoſtium (xv aug. MCCXIX) accuratius refertur. Hic tantum legimus, in ultima die ſeptembris MCCXIX chriſtianorum xv (*Ioh. de Tulbia* : xij) naves appulſas fuiſſe, & ſoldanum iv ieremitas miſiſſe; neque alibi leguntur verba ſoldani, ex libro Iob deſumta, quæ, Damiata capta, protuliſſe feratur; ſed *Geſta P.*, *Ioh. de T.* & *Lib. Duellij* ſola nuntiant, ſoldanum poſt tranſitum chriſtianorum unum ex emiris ſuis interfici iuſſiſſe.

3 Sed *Geſta P.* tamen (§ XXXV) & *Lib. Duellij* (§ XXXVI) conveniunt verbis: « Quid faciemus? Fugere non valemus? » Neque unquam legitur: « Damiata, catena olim captivorum », niſi in *Geſtis P.* (§ LIV) & *Ioh. de Tulbia* (§ LV), ſed *Geſta M.* (§ LII) & *Liber Duellij* (§ LII-LIII) verbis maxime congruunt. Quibus tamen minime refutatur, quod de ratione inter quatuor relationes verſante ſupra ſtatuimus.

4 *Mon. Germ. SS.*, XVIII, 439.

prœliis Damiatinis & de urbe capta brevius, quam auctor Geſtorum M., *narrat & cum* Geſtis M. *hiſtoriam expugnationis Thaneos omittit*, [1] *auctoribus vero* Iohanne & Libro Duellij *accurate res uſque ad ij diem februarij MCCXX geſtas perſequentibus. In noſtris vero* Geſtis M. & P. *ſæpenumero verba :* « Gratias Deo dicamus! » *legimus, quæ ex epiſtolis ſive aliquo diario manaſſe videntur; uterque auctor verba hymni:* « Dies iræ, dies illa » (§ XL) *citat, & Templarios in cocca cum Saracenis merſis cum moriente Samſon comparat* (§ X); [2] *uterque, in arce maritima centum milites cum baliſtariis fuiſſe* (§ III), & *quæ legatus xxvj die octobris MCCXVIII egerit* (§ VII, IX) *nuntiat; uterque ſolus refert, ducem Leopoldum v die maij MCCXXI domum abiiſſe*, [3] & *accurate de prœliis ix die martis, viij die maij, xxiv die iunij, viij, x, xxxj diebus iulij*, [4] *de ieiunio xxiv die iunij facto, & de carrocio xxvj die maij* [5] *conſtructo agit.*

Attamen Geſta M. & P. *multis rebus inter ſe differunt; ac primum quidem* Geſta M. *verborum copia non ſolum auctorem alterum, ſed etiam alios ſuperant; deinde autem accuratiſſime de rebus a « Domino legato » geſtis agunt.* Geſta M. *igitur a clerico, quamobrem de familia legati, ſcripta fuiſſe putari licet.* Geſta M. *enim de chriſtianorum tranſitu accuratiſſime agunt, quos ſ. Georgium ipſum in alterum Nili ripam duxiſſe, Oliverius autem, apoſtatam, dicit* (§ XV). *De Hiſpanis & Britannis chriſtianos tradituris* (§ XXXIV), *de pugna navali xv die aug. MCCXIX commiſſa* (§ XXXVIII), *de merſoribus mutilatis* (§ XXXVIII),

1 *Geſta M.* (§ LVIII) perpaucis verbis diſcordiæ inter legatum & Iohannem regem ortæ, mentionem faciunt, quæ neutri honeſta fuerit.

2 Eadem comparatio legitur in Oliverij, *Hiſtoria Damiatina*, 1407, & in Iacob., *Epiſt.*, III, 296. Qui vero, num chriſtiani, an Sarraceni, coccam illam fregerint, in dubio eſt; chriſtianos fuiſſe Burchardus, 380, Iacobus, *Geſta M.*, *Ioh. de Tulbia*, *Liber Duellij* putant, Sarracenos vero *Geſta P.* nuntiant (§ X). Neque probe ſcimus, quo menſe (*Geſta P.* & *M.* : nov.; *Ioh. de Tulbia* & *Lib. Duellij*: ſeptemb.) hoc factum ſit; ceterum conferas Makriſi, 14, 81, *Hiſtor. patriarch.*, 395.

3 Röhricht, *Beiträge*, II, 372.

4 *Epiſt. Iacob.*, III, 299; Oliver., 1411.

5 Wilken, VI, 249, nota 111.

de pacis conditionibus a ſoldano oblatis, de milite Theutonico, de epiſcopi Hungarici aliorumque procerum reditu, de pugnis ſub finem menſis ſeptembris factis (§ XLI-XLIII), *de lege militari a legato promulgata* (§ LIII), *de diſcordia inter legatum & regem poſt urbem captam exorta* (§ LIV), *apud* Geſta P. *nihil invenimus. Iſta vero de iis, quæ legatus fecerit & oraverit, de pugnis a xv die martis uſque ad vj diem aprilis, viij die iulij & xxix die auguſti MCCXIX, a medio octobri uſque ad urbis captionem commiſſis, breviora verba, quam* Geſta M., *faciunt; nomina vero eorum, qui xxix die auguſti fuerunt capti, valde corrumpunt.*

Neque tamen deſunt, quæ ſolis Geſtis P. *debemus. Ea ſola enim xv diem martij MCCXIX vocant, quem* Geſta M. *x calend. februarij fuiſſe dicunt* (§ XIX) & Geſta P., *captoſque dccc.* (§ XL, *p.* 109), *pro quinque millibus a* Geſtis P. *memoratis, notant. Cum Iacobo de Vitriaco* [1] *conveniunt* Geſta P., *quum inepte iocent, chriſtianos hoſtium merſores retibus capientes, Petri imitatos fuiſſe, quem Chriſtus hominum piſcatorem ipſe vocaverit* (§ LII *a*).

Secundum & tertium locum Ioh. de Tulbia & Liber Duellij *occupant, quorum prior, clericus ex Italia inferiori ortus, vocatur, alter vero auctor ex Alemannia natus eſſe videtur. Has vero relationes arctiſſime inter ſe cohærere, apparet, quæ ſolæ* (§ XI) *de illo canali, quem chriſtiani hieme anni MCCXVIII effoderunt,* [2] *de periculo illi canali xxx die nov. imminente* (§ XII) & *de reditu inhoneſto comitis de Niverno* (§ XXXVII) *aliquid referant. Attamen* Iohannes *ſolus de caliſo, de quo* Liber

1 *Epiſt.*, IV, 306; cf. *Eracles*, 344.

2 De illo canali, cuius Oliverius (1407) & Iacobus (*Epiſt.*), III, 297, breviter mentionem faciunt, conferas: *Chron. Abulphar.*, 459; Reinaud, *Extr.*, 396; Makriſi, 90. Auctor quidam arabicus in hunc modum verba facit: « L'an 620 « (1223) l'ennemi, monté ſur plu« ſieurs galères, vint débarquer de« vant cette ville & la livra au pil« lage. Les vaiſſeaux ſtationnés à « Raſchid ayant fait voile vers « Boura, l'ennemi ſe retira. » — « De cette ville (*Kais*, Kais du Hauf, « ſituée ſur mer entre Sawadah & « Adadah) à *Ferma* la diſtance par « terre était de ſix poſtes. On y « voit un grand tertre de ſable qui « avance dans la mer de Syni & « derrière lequel les Francs ſe met« taient en embuſcade pour ſur« prendre les paſſants. » (Quatremère, *Mém. ſur l'Egypte*, I, 337.)

Duellij, *in suo prologo*, *plura memoraverat*, *de impetu xxxj die iulij facto* (§ XXXV-XXXVI), *de morte comitis de Barro* (§ XXXVIII) *accurata refert*, *&* *præpositum S. Audomari & Sigmum de Monte xxix die aug. MCCXIX captos esse*, *nuntiat* (§ XLI). *De pugna xxvij die septembris commissa* (§ XLVII), *de tumultu in exercitu victorum orto* (§ LVII-LX) *summa cum diligentia agit.*

Liber *vero* Duellij *alia notat*, *quæ* Iohannes *omittit. Textum enim in capitula dispositum & nonnullis locis correctum præbet atque memorat*, *ducem Austriæ Leopoldum nominatum* (§ I), *crucesignatos die martis* post Ascensionem Domini *ex Syria profectos esse refert* (§ II), *&* *solus recte citat* (§ VIII) *:* « Saul percussit mille, David decem millia » (I *Sam.*, XVIII, 7).[1] *Solus* Liber *refert*, *civem Romanum pugna interfectum*, *Nicolaum de Antonia vocatum fuisse* (§ IX); *de pugnis xvij die aprilis*, *xxiij die iunij*, *xiij & xviij diebus iulij factis*, *de pœnitentia xxix die iunij habita accurata verba facit; solus nuntiat*, *califum fugatum*, *ira commotum*, *pileum in terram proiecisse* (§ XXXIII), *& mulieres christianorum natatores hostium crudelissime trucidavisse* (§ LII-LIII). *Idem*, *urbi Damiatæ xxix turres fuisse & lxxxvij alia munimenta*,[2] *& militum a soldano obsessis auxilio missorum ccv interfectos & lx captos esse*, *ccxj vero effugisse refert.*

Nonnullis aliis locis Iohannes & Liber Duellij *levioribus numeris tantum abhorrent. Pugna enim*, *xxx die novembris MCCXVIII commissa*, *vi* (Iohannes) *vel v* (Liber) *naves periisse & xx* (Iohannes) *vel xxx* (Liber) *marinarios interfectos esse*, *dicunt* (§ XII). *Prœlium*, *quod ix die martis factum esse* Iohannes *nuntiat*, *viij die eiusdem mensis commissum est*, *auc-*

1 Corrigit *Agathen* pro *Agneten* (§ XVI), sed male scribit *scalis* pro *galeis* (§ XIII) & *comes Tubernensis* pro *Nivernensis* (§ IX), *comes Belquilinus* (§§ XLIII-XLIX) pro (?) *Oremigius* (*Gesta*, § XLIII) vel de *Belmonte.*

2 Conferas Oliv., 1418; *Gesta*, § LVII. Hoc loco notare nobis liceat, s. Leonardi laudem & virtutem, cuius festo urbs capta fuit, aliquo modo pertinere ad successum, qua Christiani lætarentur; nam : « Ad invocationem desertorum semper est adiutor, eiusque « auxilio captivi vinculis liberantur! » (Walramus Naumburgensis, in Martène, *Ampl. Collect.*, I, 635-636.)


tore Libro Duellij (§ XIX-XX);[1] *prælium vero xviij die maij, xvij die aprilis factum esse*, Liber Duellij *memorat* (§ XXIV-XXV). *Si fidem habeamus auctori* Iohanni, *in pugna lxx milites hostium singulis christianis obstiterunt*, Liber *autem notat xl. Idem memorat octo millia* (§ XXVIII) *hostium*, Iohannes *vero cum* Gestis M. & P. *quinque millia.* Iohannes *nuntiat, episcopum Hungariæ, Agrenensem, xiv die septembris domum rediisse, quod iam ij die sept. factum esse*, Liber Duellij *refert* (§ XLII).

Quum igitur, quot & quibus quatuor nostræ relationes conveniant aut discrepent, monstraverimus, nunc restat, ut de ipsarum origine disputemus.

Erant sine dubio in castris christianorum nonnulli clerici, qui molesto otio usi, notas, diaria & epistolas scriberent, quibus res a christianis gestæ continerentur (A). *Ex his igitur commentarij accuratius dispositi post urbem captam exstiterunt* (A 1). *Hi vero, quum christiani hiemarent in urbe, sermonibus & narrationibus aliquorum peregrinorum, clericorum, equitum aucti & quodam modo confecti sunt* (A 2). *Itaque censemus, primum* Gesta P. *manavisse ex* A 1, *eaque, aliis quoque fontibus usa,* Gesta M. *secuta esse; ex* A 2 *vero* Iohannem, *quæ refert, hausisse, atque ex eodem* Librum Duellij *exscriptum esse, nonnullis tamen additis. Quosdam autem auctores fontes nunc amissos cognovisse, nemo negabit.*[2] *Sed nunc, quæ summa sit dissertationis nostræ, hoc schemate complectamur:*

1 Hoc prœlio Coradinus eminuisse dicitur (cf. *Gesta*, § xx), qui eodem tempore Hierosolymam subverti iussit (Abû Schâmah, apud Wilken, vi, 237).

2 Matth. Paris (*Chron. minor.*, ed. Madden, ii, 332) notat librum quendam Templariorum, Burchardus (*Mon. German. SS.*, xxiii, 380) fonte utitur adhuc ignoto; in *Annalibus Marbacensibus* (*Mon. German. SS.*, xvii, 174) citatur opus quoddam de bello in Aegypto gesto, quod in armario Neuburgensi asservetur; Reinerus Leodiensis (*Mon. German.*, xvi, 676) & auctor *Chronici Turonensis* (*Recueil des hist. de la Fr.*, xvii, 300-302) fontibus utuntur, qui alibi frustra quæruntur.



Hæ vero quatuor relationes, quamquam graviſſimæ ſint, rariſſime in ceteris Quinti belli ſacri fontibus citantur, eorumque veſtigia haud facile inveniri poſſunt.

In Annalibus Placentinis *Guelfis eadem verba legi, quibus prologus* Geſtorum *P. contineatur, iam ſupra* (p. xx) *demonſtravimus, neque tamen alio loco ſimilitudinem invenies alterius fontis cum altero. Præterea* (p. xxj, nota 2) *expoſuimus, in* Chronico *Burchardi* (380) *de prœlio navali inter Templarios & Sarra-*

cenos exorto, fere idem, quod in Geſtis *& in* Libro Duellij (§ X *&* V), *narrari.*

Aperte Geſta (§ VIII) *cum* Chronico Viconienſi[1] *eo conveniunt, quod in utroque fonte eadem verba:* « Quod unus mille & duo fugarent decem millia » *laudantur, quæ in I libro Samuelis,* XVIII, 7, *unde manarunt, longe aliter leguntur, & in* Libro Duellij (§ VIII) *recte proferuntur. Huc accedit, quod in* Geſtis *is, cuius auxilio chriſtiani in feſto ſ. Agathæ in alteram Nili ripam tranſirent, ſ. Georgius vocatur, in* Chronico *vero* Viconienſi *abbas Aegidius eos tranſduxiſſe dicitur.*

Neque vero omittendum eſt, quod in Libro Duellij (§ IX) *& in eius fonte principali, in Iohannis de Tulbia* Chronico,[2] *de pugna ſingulari a Iohanne rege cum principe quodam hoſtium egregie commiſſa, idem breviter legitur, quod in* Chronico Toloſani[3] *invenimus. Poſtremo huc ſpectant quædam ſubſimilia, quæ leguntur inter verba Iohannis de Tulbia*[4] *& Oliverij* (1419), *quum de præda urbis dividenda ſermones faciant. Prior enim dicit:* « Ceperunt dare porcionem ad eorum libitum *militibus* 24 « byſantios, *ſacerdotibus & turcopulis* 12, *clientibus* 6, *mulieribus* « *& pueris* 3. » *Alter vero:* « Annona, argentum cum perlis « & aliis rebus mobilibus non ſolum inter *clericos & milites,* ſed etiam inter *ſatellites, mulieres & pueros* dividebatur. »

Hi vero, quamquam nonnulla ſimilia inter ſe habent, nullo modo probari poſſe putamus, Oliverium Iohannis de Tulbia Chronico *uſum fuiſſe; alter enim ab altero plurimum abhorret. Ceterum ſatis conſtat, varios ſcriptores idem, quod factum ſit, narrantes, ſæpenumero ſimilibus vel fere iiſdem verbis fortuito uti, ita ut alius alium exſcripſiſſe videatur.*

In his fontibus Quinti belli ſacri edendis uſi fuimus primum codice Mutinenſi (Bibl. Eſtenſ., VI, H. S.) qui a capite CLXXI

1 Hugo, *Sacræ ant. monumenta,* II, 214; *Mon. Germ. SS.,* XXIV, 309.

2 § IX; in *Geſtis* vero nihil ſimile legitur, unde colligi poteſt, nos recte cenſuiſſe, Iohannem de Tulbia traditionibus quoque & ſermonibus peregrinorum uſum fuiſſe in chronico ſuo conſcribendo; ex hoc vero communi fonte Iohannes & Toloſanus narratiunculam hauſerunt.

3 *Documenti di ſtoria italiana,* 1876, p. 704.

4 P. 139.

totus iam a Muratorio editus fuit. Hic codex, iam ab Alfredo Dove [1] *& ante ab Huilliard-Bréholles accurate* [2] *descriptus, cuius folia in binas columnas dividuntur, duas habet partes. Prior, in cuius præfatione auctor opus suum:* « Breve compendium collectum ex variis cronicis & per ordinem digestum de temporibus, *&c.* » *vocat, quæ usque ad annum MCCXC gesta sunt,* 87 *paginis &* 308 *capitibus continet, quorum in ducentesimo vicesimo* Gesta obsidionis Damiatæ *incipiunt. Altera vero pars habet* 34 *folia manibus XIII, XIV & XV sæculorum scripta, eiusque in initio legitur:* Incipit liber cronicæ imperatorum latinorum & græcorum & regum longobardorum. *Collationem textus Muratoriani, cum codice ipso factam debemus liberalitati Domini Ludovici Lodi, bibliothecæ regiæ Estensis vicepræfecti.*

Cum hoc codice Mutinensi codicem Parisiensem, quem primus Huilliard-Bréholles laudaverat, contulimus.

Codicis Londoniensis [3] *auctor vocatur presbyter quidam Iohannes de Tulbia. Quum vero urbs* Tulbia *eadem sit, quæ nunc* Tolve *nominatur, chronici huius scriptor clericus fuit ex inferiore Italia ortus.* [4]

Quartus textus prostat in codice quodam Heidelbergensi, [5] *in Cisterciensium claustro Salem, Constantiæ urbi vicino, olim asservato, eodemque, ex quo Canisius celeberrimam* Historiam peregrinorum *edidit. In eadem codicis parte, a fol.* 171 b *usque ad fol.* 183 a, *eademque manu scripta, inest textus noster; paginis anterioribus*

1 Dove, *Die Doppelchronik von Reggio*, p. 18-23, 56. De indole vero *Memorialis potestatum Reggiensium* conferantur, quæ Winkelmann (*Göttinger Gelehrte Anzeigen*, 1873, p. 1842-1846) & Scheffer-Boichorst (*Jenaer Literatur-Zeitung*, 1874, n° 30, p. 455-457) disputarunt. In codice Parisiensi (Biblioth. nation., n° 9076, fol. 65*a*-79*b*), recentiori manu scripto, textus, a Muratorio editus, prostat.

2 *Chronicon Placentinum*, p. xvij.

3 British Museum, Harl., n° 108, membr. sæc. XIII, fol. 28 *b*-37 *b*.

4 Tulbia, alias *Tulba*, *Tulbiti* nuncupata (Ughelli, *Ital. sacra*, VII, 25; Jaffé, *Reg. pont.*, 3435), nunc vocatur *Tolve*, quæ sita est in provincia Basilicata, prope Potentiam & Acheruntiam (Acerenza), de qua videas Zuccagni-Orlandini, *Corografia dell' Italia*, XI, suppl., 247. Iohannis vero nostri nusquam invenimus vestigia.

5 Salem IX, 29, membr. sæc. XIII, fol. 175 *b*-183 *a*. Codicis nostri prima facta est mentio in Pertz, *Archiv*, IX, 583. Eum nobis maxima cum liberalitate præstitit

Deſcriptio terræ Agarenorum *ſatis cognita continetur* (*fol.* 171 b-172 b); *tum ſequitur capitulum* De diſtinctu locorum, *& fol.* 174 b: De Damietta & turre ſibi vicina; *a fol.* 175 b-183 a: Liber duellij chriſtiani in obſidione Damiate exacti. *Libro Duellij excepto*, *cætera omnia e Pſeudo-Iacobi* Hiſt. orient. (*Bongarſ.*, *I*, 1125-1127) *breviſſime excerpta ſunt*, *ſed fol.* 174 b *additur*, *arcem maritimam tres habuiſſe catenas*, *quo verba Libri Duellij*, « ſicut ſupra dictum eſt, » (§ III) *ſpectant. In fol.* 175 a *legimus :* « Venetianos corpus ſ. Marci Alexandria Venetiam traduxiſſe, ſed membra eius poſtmodum Augiam in « lacu Alemannico ſitam a Venetianis tranſvecta eſſe. » 1

Huius codicis auctorem ex Alemannia ortum eſſe, *veriſimillimum nobis eſſe videtur. Primum enim de ſ. Marci reliquiis Augiam tranſlatis accuratius refert*, *tum vero in narratione verbis franco-gallicis utitur*, *quod maxime Ciſtercienſium Alemanniæ morem fuiſſe*, *conſtat ; immo in clauſtro Ciſtercienſium Salem*, *ubi codex inventus fuit*, *ipſe fortaſſe ſcriptus eſt. Quod ſi verum vel veriſimile ſit*, *coniicere licet*, *unum ex fratribus cruceſignatum*, *& in obſidione Damiatæ conſtitutum*, *hunc libellum conſcripſiſſe*, *præſertim quum Eberhardus abbas*, *Innocentio III dilectus*, 2 *Honorij papæ iuſſu anno MCCXIII crucem prædicaverit in Alemannia* 3 *neque ſolum laicos*, *ſed etiam ex fratribus nonnullos*, *ut Terram Sanctam adirent*, *eum incitaſſe putandum ſit. An forte Eberhardus ipſe in Terram Sanctam ſive in Aegyptum profectus ſit*, *itaque auctor* Libri Duellij *eſſe poſſit?* 4 *Certe auctor noſter*, *quem Oliverij* Hiſtoriam *excerpſiſſe iam memoravimus*,

biblioth. Univerſ. Heid. præfectus dominus Prof. & Dr. Zangemeiſter.

1 De hac tranſlatione ſ. Marci conferas: *Tranſl. ſ. Marci* in *Mon. Germ. SS.*, VI, 449-450; Mone, *Quellenſamml.*, I, 61-67.

2 Winkelmann, *Phil. v. Schwaben*, p. 256, 300, 302, 379, 469; Mone, *Quellenſammlung*, III, 26; *Zeitſchrift für die Geſchichte des Oberrheins*, 1876, p. 347.

3 Lünig, *Reichſarch.*, XX, 13.

4 Eberhardus noſter, de quo accurate differuit Mone, III, 26-28, 663-664 (cf. *Zeitſchr. für die Geſchichte des Oberrheins*, 1878, XXX *a*, p. 56), ab anno MCCXVII prætermiſſo uſque ad martij menſem MCCXX in chartis non memoratur (*Zeitſchr.*, 1878, p. 59; *Wirtemb. Urk.-Buch*, III, 107), eumque Honorius XX die auguſti MCCXX vel MCCXXI hortatur, ut cruceſignatos Alſatiæ ad implendum crucis votum compellat (Rayn., *Annal.*, 1220, § 54; Man-

ipſe in caſtris chriſtianorum verſatus fuit, quum (§ LII-LIII) *fateatur, ſe cum mulieribus, captos merſores trucidantibus, colloquutum eſſe, atque pronuntiari poteſt, eum hoc loco Iohannis de Tulbia* Chronicon *in manu habuiſſe, unde* Librum Duellij *conſcripſerit.*

Quum Geſta M. & P. *arctiſſime verborum ſimilitudine inter ſe coniuncta ſint, Iohannis vero de Tulbia* Chronicon *a* Libro Duellij *verbis & factis ſæpenumero abhorreant, illa in unum redegimus, quæ varia ſunt, notantes, horum vero textus, alterum poſt alterum, poſuimus.*

VII

FRAGMENTUM PROVINCIALE DE CAPTIONE DAMIATÆ

(pp. 169-202).

Nunc de Fragmento *quodam* Provinciali *nobis agendum eſt, quo multa, quæ magni ſunt momenti, continentur.* [1]

Auctor huius fragmenti primum refert, ſoldanum Aegypti Nilum impedimentis variis obſtruxiſſe [2] *& paulo poſt principem quemdam eiuſdem exercitus, Imad ad-dinum,* [3] *filium illius Saif ad-dini, qui anno MCXCI, urbi Accon præfectus, in manus Chriſtianorum inciderat,* [4] *cum aliis contra ſoldanum ſe coniuraviſſe,*

rique, *Annal. Ciſterc.*, IV, 207; Potth., *Reg.*, 6343).

1 P. Meyer, præclarus ille, primus partem quandam huius fragmenti in *Recueil d'anciens textes bas latins, provençaux & français*, Paris, 1874, I, p. 138-141, & totum edidit in *Bibliothèque de l'Ecole des chartes*, 1877, p. 495-571.

2 Conferas Oliv., 1408; Iacob., *Epiſt.*, III, 295; Makriſi, ed. Hamaker, 13; *Chron. Syriac.*, 459; *Hiſtor. patriarch. Alex.*, in Reinaud, *Extr.*, 396. Oliverio (1408) auctore, hæc impedimenta removit ducis Auſtriæ probitas; Ernoul (418) vero narrat, hoc a camerario regis Franciæ factum eſſe.

3 De eo agit Makriſi, 14, 95-97; *Hiſt. patr.*, 397-399; Ibn Khallikan, *Biogr. dictionary*, I, 162; III, 240.

4 Röhricht, *Die Belagerung von Akkâ* in *Forſchungen zur deutſch. Geſchichte*, 1876, p. 489, not. 3, 511, 520. Eadem, quæ in fragmento noſtro de Imad ad-dino referuntur, in *Eracles*, 336 (ubi chriſtiani XXV die iunij MCCXIX flumen tranſiiſſe dicuntur) & in Ernoul (419), ubi vero nomen Meſtol omittitur, leguntur.

qua re Al-Kamili exercitum nocte iv februarij diffugiſſe, ita ut chriſtiani die feſti ſ. Agathæ divino auxilio adiuti,[1] *alteram Nili ripam occuparent*[2] *& caſtra ab hoſtibus deſerta omnibuſque neceſſariis plena ſpoliarent* (*p.* 169-171).

Chriſtiani igitur victores, progreſſi ante urbem, plus quam c. Saracenos occidunt. In nocte diei quinti februarij d. hoſtes ex urbe egrediuntur, cruceſignatos, qui dimidiam leucam ab urbe caſtra poſuerant, exploraturi. Sequenti die, Iohannes rex munimenta & valla inſpicit urbis,[3] *quæ vij die februarij undique obſidione cingitur.*[4] *Hæc vero præſidio xlv millium militum,*[5] *quorum in numero xv millia equitum & xxx millia peditum erant, & alimentis variis ſatis munita fuit*[6] (*p.* 172).

Chriſtiani paulo poſt navibus[7] *pontem conſtruunt ad inſulam medio in Nilo ſitam eumque tantæ latitudinis, ut terni vel quaterni equites tranſire poſſint, quem funibus, ancoris & truncis impactis undique muniunt; ab inſula vero uſque ad arenam, in qua, quum appulſi fuiſſent, caſtra poſuerant, & Friſones cum Teutonicis remanebant, pons alter conſtruitur.*[8]

Per tres hebdomadas ſoldanus Aegypti chriſtianos pugna laceſſere non auſus eſt, ſed haud multo poſt ſoldani frater Corra-

1 Nomen vero ſ. Georgij hoc loco non vocatur.

2 Auctor noſter hoc loco memorat, in urbe Damiatæ obſeſſos dyſenteria & in ore valde laboraſſe, quod aliis fontibus (*Eracles*, 344; Ioh. de Tulbia, *Geſta obſid.*, § XII; Oliv., 1417; cf. P. Meyer, 547) ſatis confirmatur. Diem vero transfretationis non ab omnibus auctoribus eandem notatam eſſe Hamaker, p. 98-101, fuſius exponit.

3 *Geſtis*, § XIX, auctoribus, Iohannes rex xv die martis valla urbis inſpexit.

4 In *Eracles*, 337, acies chriſtianorum obſidentium, quorum in numero Provinciales quoque memorantur, deſcriptas invenies.

5 Makriſi, 16; Oliverius, 1418; *Geſta*, § XVIII (§ XIX: l millia; Ioh. de Tulbia, § LV: millia), notant: lxxx millia; Iacobus (*Epiſt.*, IV, 303): plus quam xl millia (ibid., 306: xlv millia).

6 E *Geſtis* (§ XIX) intelligitur, alimenta ad duos annos pro l millibus virorum & xx millibus mulierum, infantibus exceptis, proviſa fuiſſe.

7 Navibus xxxviij uſi (*Geſta*, § XXI); cf. *Eracles*, 337; Oliver., p. 1420; Meyer, p. 547-549.

8 Quæ hic legimus, breviter inveniuntur in Ernoul, 420, Oliv., 1420; de « *ſabulo* » conf. Meyer, 546, 548.

dinus, duas leucas a caſtris eorum acies ſuas inſtruit.[1] *Eodem fere tempore Venetiani, Piſani & Ianuenſes pontem conſtruunt, & quatuor, ſcalis in quatuor, navibus impoſitis, urbem aggrediuntur;*[2] *ſed ſoldanus, ab obſeſſis ſigno ex urbe dato,*[3] *chriſtianos a tergo adortus, ut ſe recipiant, cogit. Hi quidem, multis baliſtariis ſtipati, hoſtes repellunt, ſed tamen Venetiani eorumque ſocij cedunt; hoſtes enim, intervallis interpoſitis, caſtella, quæ vocantur* échafauds, *ædificaverant,*[4] *& igni*[5] *græco ſcalas accendebant. Eodem igne v chriſtianorum catti paulo poſt comburuntur.*

In Ramis (xxxj die martis) hoſtes, chriſtianos denuo adorti, licias intrant & duos pontes capiunt, ſed, atroci prœlio commiſſo, repelluntur (p. 172-176).[6]

Poſt feſtum Omnium Sanctorum (nov. 1),[7] *chriſtiani machinas conſtruunt, quorum una in ſabulo vel in occidentali Nili ripa, ante portam de* Tænez[8] *collocatur, altera vero in colle quodam*[9] *præter Nilum, tertia, quæ ducis Leopoldi dicitur,*[10] *in altera Nili*

1 Ernoul (420), Ioh. de Tulbia (§§ XIX-XXI) & Oliv. (1409) referunt, hoſtes cum chriſtianis, flumen tranſgreſſis. primum ix die martis (*Geſta*, § XX, XVII) prœlium feciſſe.

2 Hic impetus viij die iulij factus eſt (*Geſt.*, § XXX; Oliv., 1412).

3 *Geſta* (§ XXX): « Signum dantes « ignem accenſum ſuper murcitam. »

4 Hoc nuſquam invenitur; de « *échafauds* » verbo conferas Meyer, 549.

5 Fortaſſe illæ quinque « veredreſcæ » ſunt, xxxj die iulij MCCXIX combuſtæ (Ioh. de Tulbia, *Geſta*, § XXXV), vel catti, x die iulij flammis conſumti (*Geſta*, § XXXII).

6 Ioh. de Tulbia, *Geſta*, § XXII; Oliver., 1410; Reinaud, 401.

7 Machinas alio ordine diſpoſitas eſſe (MCCXIX menſe mart.), legimus in *Eracles* (337); ſed tamen, quæ hic inveniantur, ab aliquo, qui obſidioni ipſi interfuerit, memorata eſſe, neminem fugiet.

8 Eſtne legendum Tanis an Faiz? Fâiz enim fuit frater Al-Kamili, de quo turris & porta Damiatæ nominatæ ſunt (*Eracles*, 337).

9 « Ancon el toron. » De hoc colli legis in *Epiſtola Iacobi* (d'Achery, VIII, 378-379): « Ex parte autem « oppoſita civitatis ſuper fluvium « Nili ad cuſtodiam portus & na- « vium mirabilem cum labore ma- « ximo conſtruxerunt munitionem, « omnes a maiori uſque ad minorem « ſupra collum & humeros ſabulum « deportantes & in uno loco congre- « gato quaſi in collis ſimilitudinem « erexerunt, terræ argilloſæ muro, « ſabulum concludentes. »

10 Dux Auſtriæ v die maij MCCXIX domum rediit (*Geſt.*, § XXIV).

ripa, neque tamen in ſabulo; quibus vero, a Leopoldo redeunte, Templariis traditis, turris quædam rotunda & albis lateribus firmiſſime ædificata, valde concutitur. Haud procul a Leopoldi ſcala, ingenti quidem, ſed parum utili, [1] *aliæ quoque machinæ diſpoſitæ ſunt, quæ Templariorum, Hoſpitalariorum & comitis de Niverno* [2] *erant* (*p.* 176-178).

Barones vero exercitus, quum vidiſſent machinis ſe nihil proficere, conſtruunt cattum & vervicem, utrumque ferro & terra cooperiunt, & iſtum, qui Romanorum eſſe dicebatur, in ripa valli contra turrim, turri albæ vicinam ponunt; ſed ab hoſtibus egreſſis comburitur. Eodem modo cattus periit in pugna commiſſa, qua miles quidam regis cecidit [3] (*p.* 178-180).

Primis menſis auguſti diebus, chriſtiani urbem aggrediuntur, [4] *ſed ingenioſi hoſtes impediunt, quominus ſcalæ apponi poſſint; licias enim, lancearum forma erectas, in muris uſque ad Turrim Emiri flumen ſuperminentes, collocaverant.* [5] *Signo igitur dato, ſoldanus chriſtianos adoritur, ſed Templarij maxima fortitudine reſiſtentes, plus quam cccc hoſtes occidunt, ita ut ceteri extra telorum iactum recedant. Victores capita hoſtium truncata in urbem iaciunt, ſed igni græco gravem iterum patiuntur iacturam* (*p.* 180-181).

Die lunæ (1 *april.*) *emirus quidam, magno præmio promiſſo, in cortice ſe inſui fecit, ut in urbem natando intraret. Audax ille, ſenex lxxx annorum, captus eſt, ſed, vinculis elapſus, peregrino qui neceſſitudini naturæ ceſſerat, longe a caſtris occurrit & ab*

1 Auctor noſter aperte ſcalam ducis intelligit, qua chriſtiani uſi, j die iulij arcem maritimam fruſtra aggreſſi ſunt (*Geſta*, § III; Oliv., 1403).

2 Comes ille xj die auguſti MCCXIX, « imminente periculo « cum chriſtianorum ſcandalo receſ- « ſit domum » (Oliv., 1406; Ioh. de Tulbia, § XXXVIII; *Lib. Duellij*, § XXXVII); Ernoul (425) narrat, eum, quum urbs caperetur, adhuc in exercitu verſatum, & traditorem habitum fuiſſe.

3 Cattus combuſtus eſt x (Ioh. de Tulbia, § XXXII : xviij) die iulij (*Geſt.*, § XXXII); de « Turri Alba » conferas Meyer, 550-551.

4 « Cattus Romanorum & regis « combuſtus eſt vj die aug. » (Oliv., 1418); ſeptem alios (Ioh. de Tulbia, § XXXVII : quinque) cattos periiſſe eodem tempore, e *Geſtis* (§ XXXVII) apparet. Numerus quoque quinque memoratur, quo de impetu xxxj die iulij facto legimus (Meyer, p. 552).

5 Quæ hic legimus, nuſquam inveniuntur.

eodem interfectus est. Rex interfecti corpus omnibus propofuit, ne fufpicarentur, fe illum hoftibus, magnum ut honorifice fepeliretur præmium oblaturis, vendidiffe (*p.* 182).[1]

Dum hæc gerebantur, peftilentia & morbis variis cives Damiatæ tantopere laborarunt, ut uno die duceni vel plus obirent neque vivi mortuos fepelire poffent,[2] *cadaverum enim fepultura fingulis byzantinis ftabat.*[3] *Bulbus quattuor denariis, facchari particula magnitudinem ovi columbini non excedens, x byzantiis, laguncula, aqua dulci plena, ij byzantiis emebatur;*[4] *in flumine enim urbi vicino aqua, quæ a chriftianis dulcis inveniebatur, falfa facta erat.*[5]

Nonnulli chriftiani Saracenis aquam & carnem vendentes[6] *& natatores, qui epiftolas, cibaria & vafa igni græco plena civibus afportarent, a crucefignatis capti funt.*[7] *Soldanus verō epiftolas obfeffis tranfmifit, columbis internunciis, quarum nonnullæ apud Templariorum molendinum falconibus captæ funt* (*p.* 183-184).

Impetum chriftianorum velocius flumen[8] *impedivit, qui fcalas muris apponere nequiverunt; unde omnes chriftiani cum hoftibus prœlium popofcerunt.*

1 Hæc omnia nova funt & fide digna. Natator alius Damiatam incolumis intraverat, & poftea urbi Cairo præfectus factus eft, alij vero merfores capti funt (xviij die aug., ut notat Ioh. de Tulbia, § XXXVIII, & in menfe fept., ut memoratur in *Eracles*, 344) retibus, quibus tintinnabula alligata erant (Iacob., *Epift.*, IV, 306; cod. Parif., p. 109). Quare hoftes cadavera camelorum cibariis implebant eaque Nilo flumine ad urbem agi faciebant (*Eracles*, 345, unde Marin. Sanut., 208, haufit, & Nuwairi apud Hamaker, p. 106). Auctorem vero noftrum hoc loco narrare, quæ paucis mutatis legimus in *Récits d'un ménestrel de Rheims*, ed. Nat. de Wailly, § 161-164, iam P. Meyer fatis expofuit.

2 Ioh. de Tulbia, § LV: « quod « unus alterum fepelire non poterat. »

3 Ioh. de Tulbia, § LV, idem refert; *Annal. Dunftapl.*, ed. Luard, p. 50: « Tanta fuit homi« num mortalitas, quod chriftiani « dederunt tria millia bifantorum « pro trahendis ad fluvium proxi« mum cadaveribus defunctorum. »

4 Pretia cibariorum notantur in Ioh. de Tulbia, § XVII; *Geft.*, § XVIII; *Eracles*, 328; Makrifi, 107.

5 Oliver., 1402.

6 *Geft.*, § XXXIV, § XLIX.

7 Conferas *Gefta* & *Lib. Duellij*, § XXXVIII.

8 Cod. Parif., p. 101: « Propter flu« minis inundationem (*Geft.*, § XXXIX: « propter currentiam fluminis) civi« tati appropinquare minime pote« rant (xxiv die aug.); » cf. P. Meyer, 554.

Rex quidem, barones & ordinum magistri noluerunt ad id assentiri; sed quum vulgus pugnandi cupiditate arderet, & regem eiusque barones ignavos & traditores vocaret,[1] *hic die sexta decima*[2] *in hostes se ingressurum indixit, Radulfo de Tabaria ad defendenda castra, cum quatuor millibus peditum & cccc equitibus, relicto.*[3] *Peregrinorum alij pœnitentiam faciebant, alij funes, quibus captos vincirent, alij pecuniam secum portabant, qua vestes & calcaria emerent. Dum classis cibariis onusta, flumen transire iussa, ventis repelleretur, exercitus progressus est, cuius in primo agmine Templarij, comes de Glocestria,*[4] *Franci & Angli proficiscebantur. Hostes vero recesserunt, castris desertis, dum christiani consisterent & deliberarent, quid faciendum esset;*[5] *alij, hostes facile vincendos dicebant; alij, quum pauci equites adessent, commonebant, ne longius in hostes progrederentur. Illi vero prœlium committere cœperunt cum Romanis & mulieribus aquam asportaturis, qui præter flumen collocati erant, eosque celeriter fugarunt. Quod cum vidisset Iohannes rex, Hospitalarios Romanis succurrere iussit; hi vero, Hospitalarios in fuga esse rati, ipsi fugerunt; neque patriarcha sanctam Crucem gerens, neque legatus, neque rex, fugientes ut insisterent, adducere poterat; Romanos ensibus non strictis*[6] *sequebantur Lombardi & Tusci. Itaque christiani in fugam dispersi sunt, qui, nisi Templarij in ultimo agmine constituti, unam dimidiam leucam impetus hostium sustinuissent, fere omnes periissent; rex, igne græco obrutus, loricam suam amisit & vix mortem evasit. Hac die obierunt ccl equites,*[8] *quorum in numero erant*

1 Oliv., 1412; *Gesta*, § XL; *Eracles*, 340.

2 Hoc temporis spatium nusquam notatur.

3 *Eracles*, 344; de Radulfo conferas *Ass. de Irlm.*, ed. Beugnot, II, 525; Du Cange, *Les familles d'outre mer*, ed. E. Rey, 456-457; Meyer, 555. Forma vocabuli *Tabaria*, arabice idem sonantis, nusquam nisi in gallicis narrationibus legitur.

4 Intelligendus est comes de Cestro (Oliv., 1412; Meyer, 555).

5 Idem narratur in *Eracles*, 344, Ernoul, 424.

6 Oliverius (1412) quoque narrat, Italicos primos fugisse, & Cyprios in dextro cornu instructos fuisse; a *Gestis* vero, § XL, refertur, Romanos & Latinos in media acie collocatos fuisse & Hispanos primos fugisse.

7 Oliv., 1412: « rex igni græco fere combustus fuit. »

8 In *Gestis* (§ XL) nuntiatur, Templariorum cecidisse l, Teutonicorum xxx, Hospitalariorum xxxij &

xvij ſigniferi; Templariorum xxx fratres, Hoſpitalariorum xiij baliſtarij occiſi ſunt. Capti vero ſunt: epiſcopus electus Bellovacenſis, frater eius Andreas de Nantolio, Gualterus camerarius, Adami filius, dominus Iohannes de Arcis, Andreas d'Eſpoiſſes, vicecomes de Belmonte, Iohannes d'Ag...; obierunt vero ex equitibus præter alios lxxx: præpoſitus S. Audomari, Guilelmus Tu...., Robertus de Pachi, Guilelmus de Eliſem, comitis de Gloceſtria mareſcalcus 1 (*pp.* 184-191).

Sequenti die (xxx aug.) 2 *hoſtes, caſtra chriſtianorum aggreſſi, repelluntur, qua re ſoldanus a fratre ſuo & chaliſo auxilium petit, vexilla capta & occiſorum chriſtianorum capitum pelles, quaſi trophæa mittens:* 3 *Deus vero impedivit, quominus caliſus ſoldano ſuccurreret. Soldanus igitur, poſt octavam ſ. Crucis (xxj die ſept.), denuo chriſtianorum caſtra adoritur* 4 *& telorum nimbo ſuperfundit. Eodem tempore Savaricus de Maloleone cum multis peregrinis appulſus eſt, iſque chriſtianos adiuvit in pugnis, quæ per dies iovis, veneris & ſaturni (xxvj-xxviij ſept.) committuntur.* 5 *Chriſtiani fortiſſime reſiſtentes hoſtes a ponte repellunt, qui pacis conditiones regi Iohanni & legato offerunt* 6 (*p.* 191-194).

Interea cives Damiatæ morbis variis ita abſumti ſunt, 7 *ut domus & plateæ mortuis plenæ eſſent, quamquam neque caro*

de exercitu v millia militum; Oliverius (1413) dicit, Hoſpitalariorum mareſcalcum & Templariorum xxx interfectos eſſe. Iacobus de Vitriaco (*Epiſt.*, III, 300) refert, trium ordinum ccc, de exercitu vero ij millia occubuiſſe (*Eracles*, 331: «ccc equites, iv millia militum;» Iacob. *Epiſt.*, IV, 305: «cc equites, m milites;» *Hiſt. patriarch.*, 403: «cccc equites, m milites»).

1 De principibus chriſtianorum hoc loco nominatis conferas, quæ P. Meyer, p. 556-560, congeſſit.

2 Oliv., 1413; Iacob., *Epiſt.*, III, 300.

3 *Geſtis*, § XLI, & Ioh. de Tulbia, § XLIII, auctoribus, caliſus ſoldano ſuccurrit. Coradinus vero fere vj die februarij MCCXIX in Aegyptum venerat (Ibn Khallikan, III, 240).

4 Ioh. de Tulbia, *Lib. Duellij*, §§ XLVI-XLVII.

5 Savaricum ſub finem ſeptembris in caſtra chriſtianorum veniſſe, ſatis conſtat. (*Geſt.*, § XLIII; Ioh. de Tulbia, § XLIII; *Eracles*, 343; Oliv., 1413; Oger. Panis, p. 141; Albericus, p. 909.)

6 *Geſta*, § XLIII, Oliv., 1414. Iacobus (*Epiſt.*, IV, 301) & *Eracles*, 339, 341-342, confirmant, ſoldanum bis cum chriſtianis de pace egiſſe; conf. Meyer, 561.

7 Ernoul, 424; Oliv., 1413, 1414, 1416.

neque frumentum eis deesset. Itaque soldanus noctu d viros, magna præmia pollicitus, misit urbem intraturos (nov. ij). [1] *Castra christianorum prope hortum S. Lazari ingressi, tabernacula domini Guidonis de Gibelet prætereunt,* [2] *sed tumultu exorto, lx in urbem elapsis, c eorum occisi, xl vel lx capti sunt.* [3] *Christiani mane diei sequentis capita occisorum pro tabernaculis Saracenorum & cadavera in fossam* [4] *coniecerunt, quo facto obsessi vexillum album sustulerunt* (*p.* 194-196).

Vigilia festi s. Leonardi, legatus [5] *nonnullos ex suis, scalis munitos, ad urbem misit, qui, rege eiusque baronibus ignorantibus,* [6] *muros ascenderunt, nullo vulnerato vel interfecto,* [7] *eosque exercitus sequutus est. In illa nocte flumen iij pedes altius crevit, quam unquam ascenderat, quo soldanus, quominus obsessis succurreret, prohibitus est.* [8] *Principes hostium turres ascenderunt & signum ediderunt soldano,* [9] *qui protinus lx milites usque ad fossam misit; hi vero, baneriis christianorum visis, reversi ad soldanum, retulerunt urbem captam esse, quo nuntio allato ille fere amens factus est.* [10]

1 Ernoul, 425, idem refert.

2 De Guidone conf. *Eracles*, 322, 366; eius loco Ernoul, 425, vocat comitem de Niverno.

3 Milites cccc a soldano missos fuisse legimus in *Hist. patr.* (Rein., *Extraits*, p. 403), Iacob., *Epist.*, IV, 306, ccc in *Eracles*, 340, ccxl in Oliv., 1414, cc in *Epistola Aegidij*, 874, & in Ioh. de Tulbia *Chronico*, §§ LII-LIII; dc fuisse nuntiatur in *Gestis*, § LII, & dcc in arabicis chronicis (Reinaud, 406, Wilken, 283, not.) invenies. *Capti* fuisse dicuntur: xc (*Gest.*, LII), lxxx (Cod. Paris., p. 110), lxij (Ioh. de Tulbia, §§ LII-LIII), lx (*Lib. Duellij*, §§ LII-LIII), xl (*Epist. Hermanni*, in *Chron. Mailros*, ed. Fell, 197), *interfecti* vero: ccv (*Lib. Duellij*, §§ LII-LIII), cxxxviij (Iacob., *Epist.*, IV, 306), cxj (*Epist. Herm.*, 197). *Effugisse* vero legis: ccxj (*Lib. Duellij*, §§ LII-LIII), cxxx (*Epist. Herm.*, 197), cxj (Ioh. de Tulbia, §§ LII-LIII), lxiij (*Epist. Ægidij*, 874), liij (*Eracles*, 345), xxx (*Epist. Iacobi*, IV, 306). Ceterum conf. P. Meyer, 562.

4 *Gesta*, § LII; Ioh. de Tulbia, §§ LII-LIII.

5 Legatus (*Eracles*, 345-346: rex Iohannes) hunc impetum faciendum iussisse omnino traditur (*Gesta*, § LIV; Iacob., *Epist.*, IV, 302; Oliv., 1415; Ernoul, 426).

6 Ioh. de Tulbia, § LIV; Oliv., 1415.

7 Oliver., 1415; *Epist. princip.* (in Martène, V, 1479).

8 *Gesta*, § LVI.

9 Ioh. de Tulbia, § LIV.

10 Ioh. de Tulbia, § LVI; *Gesta*, § LVI; Oliv., 1415; Iacob., *Epist.*, IV, 302.

Christianis urbem ingredientibus occurrit intolerabilis fœtor: [1] *domus & viæ copertæ erant mortuis, in muris conspiciebantur mortui arcus tensos manibus tenentes. Principes in turribus versantes, tempore deliberationis præterlapso, ad meridiem victoribus se tradiderunt.* [2] *Omnino capti sunt iv millia* [3] *militum, quorum ccc tantum genibus corpora sustentabant, & ingens thesaurus auri & argenti inventus est. Rex nobilissimos cccc ex captivis, quibus christianos captos redimeret, reservavit* (*p.* 196-199). [4]

Legatus, unumquemque, in præda colligenda fraudaturum, excommunicatum iri pronuntiavit, & quosdam elegit, qui iuramento interposito pollicerentur, se prædam æque distributuros esse. [5] *Sacerdos ita quisque & eques vicenos quaternos, turcopulus duodenos, puer senos, mulier ternos bysantios accepit.* [6] *Ex tabulis in urbe inventis, quibus numerus militum inscriptus erat, colligi poterat, xlij millia peditum & xiv millia equitum obsidione cinctos fuisse* (*pp.* 199-200). [7]

Crucesignati, ab urbe Accon provecti navibus, xxix die maij ad Damiatam appulsi sunt mercurij & iovis diebus. Primo comes de Sarroponte dux & capitaneus eorum factus est, dum rex Iohannes & dux Leopoldus die xxxj maij [8] *in castra eorum venirent. Die s. Bartholomei* (*xxix aug.*), *arce maritima capta, christiani v die februarij in alteram Nili ripam transierunt* [9]

1 *Gesta*, § LIV; Oliv., 1418; *Lib. Duellij*, § LII-LIII.

2 Hoc nusquam alibi invenies.

3 iij millia: Iacob., *Epist.*, IV, 303, Oliv., 1418; cf. Meyer, 565.

4 Iacob., *Epist.*, IV, 304: « cccc « maiores tamen admirati (Oliv., « 1418: ccc) & alij, qui se in turres « receperant, sunt reservati. »

5 Oliv., 1418-1419.

6 Hæc omnia ex Iohannis de Tulbia *Chronico*, p. 139, excerpta sunt.

7 Cf. p. xxx, 5.

8 Cf. quæ p. xij, 4, notavimus.

9 Makrisi, 99, 104, diem transfretationis vocat iij, & Muhaddab ad-din (Ibn Khallikan, IV, 143) notat: « The ennemy landed before « Damiette on tuesday the 12th of « the first Rabi 615 (8 iuni 1218): he « landed on the eastern bank on tues« day the 16th of Ju'l-Kaada, in the « name year (5 febr. 1219). This « fortress was taken on tuesday « the 26th of Shaaban 616 (6 nov. « 1219) and was recovered from « them on wednesday the 16th of « Rajab 618 (8 sept. 1221). From « the time of their landing till that « of their departure three years, three « months and seventeen days elap« sed. It is a remarkable coincidence, « that the landed on a tuesday, bloc-

& quinto die post festum Omnium Sanctorum (*v nov.*) *urbem ceperunt*,[1] *quam christiani iam bis antea aggressi fuisse leguntur. Multi christiani, ante captam urbem, exercitum ignavia ducti effugerunt;*[2] *sed iis, qui remanserunt, Deus gratiam suam præbuit, ut eis urbem capere liceret; ut pro mortuis & pro se Deum roget, lectorem auctor admonet* (*pp.* 200-202).[3]

Postquam igitur, quæ in fragmento *nostro narrantur, exposuimus, breviter explicare nobis liceat, etsi res sit, mutilato textu, difficillima, a quo & quo tempore confectum esse videatur.*

Narrationi nostræ aliquem subfuisse fontem, ex quo manarit, negari non poterit, & qualis fuerit ex nonnullis, quæ notaturi sumus, intelligendum esse putamus. Quum enim auctoris nostri plurimum intersit narrare, quæ Iohannes rex eiusque barones dixerint & egerint, de legato vero brevioribus verbis agat, libentissime cum P. Meyero consentientes, putamus, illum in prætorio vel in familia regis sive baronum versatum fuisse. Huc accedit, quod auctor stilo theologico, si clausulam (201-202) *omittis, minime utitur, rerum vero militarium peritus esse videtur, quum de constructione pontium, machinarum bellicarum dispositione & de pugna xxix die augusti MCCXIX commissa accuratissima referat, unde colligi potest, auctorem non fuisse* clericum, *sed* equitem, *neque tamen ex Italia ortum, quum Lombardorum &*

« kaded the town on a tuesday and « took it on a tuesday. According « to a tradition, God created on a « tuesday all things disagreeable! » Christiani vero diem Martis prædicant « in qua Christus baptizatus « fuit & omne bonum contulit chris« tianis » (Ioh. de Tulbia, § LV).

1 Hoc die christianos urbem cepisse, satis constat (*Gest.*, Ioh. de Tulbia, *Lib. Duellij*, § LIV; Oliv., 1415; Iacob., *Epist.*, IV, 383). Makrisi, 106, III, & Muhaddab ad-din in Ibn Khallikan, *Biogr. Diction.*, IV, 303: sextum diem novembr. vocant; *Eracles*, 345: « mensem ianuarij MCCXX. » Ceterum animadvertendum est, omnia, quæ hic leguntur, ex Oliverij *Hist. Dam.*, 1411-1412, 1415, excerpta esse.

2 Pariter vituperant christianorum quorundam ignaviam Reinerus in *Mon. German. SS.*, XVI, 676; *Annal. Rudb.*, ibid., 781. Legatus vero, aliquem sine literis publicis domum redire, vetuit (*Gesta*, § LIII), quarum speciem videas in *Groot Charterbook van Vriesland*, I, 86, 89.

3 Similibus verbis Ioh. de Tulbia opus finit: « Et vos omnes, qui « legitis & intelligitis hanc hystoriam, pro anima presbyteri Ioh. de « Tulbia orate, qui hoc composuit. »

Tuſcanorum ignaviam acerbiſſime vituperet. Quod ſi veriſimile ſit, auctorem equitem fuiſſe regi vel alicui baronum familiarem, minime putandum eſt, eum fonte aliquo latino ſermone ſcripto uſum fuiſſe, ſed P. Meyero, grammatica quadam ratione uſo,[1] *conſentientes, veriſimillimum eſſe cenſemus, textui noſtro ſubeſſe fontem, ab equite quodam* gallico *ſermone ſcriptum, quem textum a peregrino quodam provinciali, fortaſſe* clerico, *in provincialem linguam verſum, a quo clauſula ſupra laudata adiuncta eſſe videatur.*

Hoc vero fonte principali, gallico *ſermone ſcripto, quæ chriſtiani uſque ad v diem februarium MCCXX geſſerunt, continebantur, neque tamen chronologico ordine diſpoſita, qui in* fragmento *ipſo plane negligatur. Eques noſter, quæcumque ex diariis peregrinorum, clericorum & equitum congerere poterat & ipſe audiverat vel viderat, conſcripſit, neque ei, morte vel aliquo modo impedito, hanc materiam rudem & indigeſtam in ordinem redigere licuit. Si vero hac in re non erravimus, ex eo quod a ſcriptore horum commentariorum nonnulla, quæ Ernoul, Iohannes de Tulbia & Oliverius referunt, iiſdem fere verbis repetuntur, intelligi poteſt, hunc equitem genere & alacritate in toto exercitu fortaſſe conſpicuum & omnibus placabilem, maximo ſtudio undique materiam ſuam petiviſſe, & liberaliter accepiſſe; multi enim alij ſcriptores, quæ aliis debent auctoribus, eiſdem verbis repetunt, nihil novi addentes; plurimæque epiſtolæ de eadem re, — ut exemplum afferamus, de Ulixibona MCXLVII capta,*[2] *— inter ſe nihil differunt niſi inſcriptione.*

Si quis vero quærat, quorum in fontium ordine, Quintum bellum ſacrum ſpectantium, Fragmentum *noſtrum ponendum ſit, hoc loco animadvertendum eſſe putamus, fontes principales in duos ordines dividi neceſſe eſſe, utpote enim vel a* clericis, *vel ab* equitibus *conſcripti ſint.*

Priores enumeramus eos, qui in prætorio domini legati *ipſius confecti, quæ hic dixit & egit, & peregrini latini geſſerunt,*

1 *Bibl. de l'Ecole des Chartes,* 1877, p. 509.

2 Ulrich Coſack, *Die Eroberung von Liſſabon,* 1147, Halle, 1875 (*Diſſ. inaug.*), p. 4.

ſumma cum diligentia exponunt, multa alia, quæ ab aliis crucesignatis egregie geſta ſunt, ut expugnationem arcis maritimæ, breviter commemorantes (Geſta P. & M., *Ioh. de Tulbia*, Lib. Duellij). *Alij vero clerici, quorum principes* Iacobus de Vitriaco & Oliverius *vocandi ſunt, aut quæ* ipſi *viderunt & fecerunt, aut quæ* populares *geſſerunt, neque tamen orationes, vel vere habitas, vel fictas, inſerentes, aut theologica quadam eloquentia, aut nudo ac ſimplici ſtilo uſi, referunt.*

Alterius vero ordinis ſunt fontes, quibus quæ Iohannes rex vel duces electi dixerint & geſſerint, maxime memorantur, nonnullis omiſſis, vel falſo ordine chronologico diſpoſitis, quæ aliunde nobis nuntiantur, quibus autem maxime, quæ ad rem militarem ſpectant, & in caſtris hoſtium deliberata vel facta ſunt, exponuntur (Eracles, *Ernoul*, Récits du méneſtrel de Reims). *Horum in fontium numero ponendus eſt textus, quem Anonymus provincialis redegiſſe videtur. De iis vero, quæ in omnibus aliis chronicis & fontibus de rebus a chriſtianis in Quinto bello ſacro geſtis, referuntur, in ſequentibus huius collectionis voluminibus, quanta diligentia & induſtria poſſimus, nobis agendum erit.*

Codex, *ex quo P. Meyerus hunc textum fragmenti provincialis, inſigni doctrina & ſtudio edendum curavit, in bibliotheca Armamenti Pariſienſis, ſub nº* 5991 *aſſervatus,* [1] *primis ſæculi XIV annis ſcriptus, ſed murium dentibus nonnullis locis corroſus eſt. Conſtat nunc quatuor plagulis in binas columnas diviſis, quarum in ſingulis liij lineæ ſcriptæ ſunt; codex vero plenus ſex plagulas ſaltem habuiſſe videtur, in quibus initium fragmenti, id eſt inſcriptio &, quæ crucesignati uſque ad februarium MCCXIX geſſerunt, continebantur. Præter fragmentum vero,* Epiſtola *ſatis nota* Iohannis Preſbyteri *ſed mutilata,* Fabula Peiri cardinalis Unaciutatz & Catalogus epiſcoporum orbis terrarum, *in codice noſtro leguntur.*

1 Cod. latin., nº 5991, cuius videas accuratam deſcriptionem in *Biblioth. de l'Ecole des chartes*, 1877, p. 498-500, 505.

VIII

PROPHETIÆ CUIUSDAM ARABICÆ IN LATINORUM CASTRIS ANTE DAMIATAM VULGATÆ.

VERSIO QUADRUPLEX.

Poſtremo nobis diſputandum eſt de prophetia quadam, quattuor recenſionibus nobis aſſervata, quas literis A 1, *A* 2*:* Prophetia Hannan (*prov. & gall. textus, pp.* 205-213), *B* 1, *B* 2*:* Prophetia filij Agap (*latinus & gall. textus, pp.* 214-228), *ſignificare liceat, quibus accedit quinta* (*C*) *interpolationibus & additamentis aucta; cuius prophetiæ primo ſumma illuſtremus.*

Orietur vir quidam in oriente [1] *& ſtella cometa in occidente, lanceæ & ſcuto rotundo ſimillima,* [2] *quo tempore chaliforum opes exhaurientur.* 3 *Tum vero princeps quidam, ex Arabia ortus, Babyloniam ſibi ſubiugabit,* 4 *eumque ſequuti Turci Aegypto potientur.* 5 *Eodem tempore vel paulo poſt, rex nobilis ac ſtrenuus de Francia natus, Aegyptum ingreſſus vaſtabit & urbem Bilbaim capiet;* [6] *princeps Saracenorum croceum vexillum gerens Damaſcum occupabit,* 7 *eiuſque affinis quidam ſoldanus Tabariam diruet,* [8] *& apud collem qui dicitur Kurun Hattin,* 9 *chriſtianos*

1 A 1 p. 206 nominat illum *Demie*, A 2 : *Damian*, ſub quo nomine nomen matris Mahometi *Amina* latere apparet.

2 Carolus Magnus intelligendus eſſe videtur.

3 Bellis civilibus exortis.

4 Moëzz ad-din Allah (972), primus Aegypti chalifus, ex Arabica gente Fatimitarum exortus.

5 Aſad ad-din Schirkuh, anno MCLXIV Turcorum & barbarorum copiis adiutus, qui dicuntur Uzzes (Quatremère, *Mémoires ſur l'Egypte*, I, 15; *Rec. d. hiſt. arméniens des cr.*, 316, 381), Aegyptum occupavit (Ibn Khallikan, *Biogr. dictionary*, I, 625-628; Boha ad-din, 30-31; Ibn el-Atir, 532 ſeqq.; Kemal ad-din in : Röhricht, *Beiträge*, I, 324-326).

6 Latin. rex Amalricus. C 227.

7 Nur ad-din Ali, ut recte notavit Albericus 910 (C 228 falſo : Saphadinus), intelligendus eſt, qui vero iam anno MCLIV Damaſco potitus fuerat (Ibn el-Atir, 495; Ibn Khallikan III, 338-339), quam Saladinus anno MCLXXIV cepit (Ibn el-Atir, 614).

8 C 224 falſo : Tripolis; nomen urbis Tabaria ſeu Tiberias in B 1 deeſt.

9 Kurun Hattin prope Tabariam ſitum; A 1 & A 2 nomen huius collis omittunt.

devincet, captos inde in fervitutem deducturus. Idem foldanus Afcalonem, Darum, Baruthum, Sidonem & omnes regni Hierofolymitani urbes & caftella vi expugnabit, Tyro excepta, & Arabum tribus Tai & Kelb debellabit. [1] *Denique urbem Hierofolymam capiet, &, in campo Accaronis five in planitie inter Accaronem & Caifam fita, maxima fiet cædes; fed rex præpotens ex occidente veniet & hanc urbem expugnabit eumque fequetur alter rex, qui hoftes in urbe captos trucidabit, fed urbem Hierofolymam de hoftium manibus liberare non poterit.* [2]

Annis vero xxviij & dimidio [3] *vel potius xxix prætermiffis,* [4] *hoftium macro viro duce venient exercitus* [5] *& in æftate* [6]

1 Nomina harum tribuum fatis apparent ex: *Tai & Culey* (A 1, p. 216), *Tai & Eculey* (A 2, p. 216), quæ a C, p. 224, valde caftrantur. Quatremère (Makrizi, *Hift. des fult. maml.*, II, 154) de tribu Taï notat: « Chez les Arabes, une grande divifion des peuples du défert était défignée par le nom de Taï. C'était à cette réunion de tribus qu'appartenait le célèbre Hâtem fi vanté pour fa générofité admirable. De là vient que les Syriens employèrent le mot Taï pour indiquer un Arabe & quelquefois un mufulman. » Quum vero temporibus Saladini gens Tai, eique vicina gens Kulaib five Kelb, prope urbem Aleppum habitarent, cenfendum eft, prophetam noftrum in animo habere occupatam a Saladino Aleppi urbem, anno MCLXXXIII (Boha ad-din, 57, Ibn Khallikan, IV, 509; Gœrgens-Röhricht, *Arabifche Quellenbeitræge*, I, p. 49-50).

2 B 1, p. 217, nomen Ierufalem omittit. Aperte Philippus, rex Franciæ, & Richardus, rex Angliæ, intelligendi funt.

3 A 1, p. 210: « Au chinkiefme felot, chou eft a dire au chinquiefme tans de Sarazins par vj oires. » Oliver., 1428: « In illo anno, quo pafcha erit tertio die aprilis, » quæ verba in prophetia noftra non inveniuntur.

4 Albericus, p. 910, recte: « Anno undetricefimo ab Acra recuperata. » Quum vero urbs Accaron anno MCXCI capta fuerit, hoc loco annus MCCXX intelligendus eft.

5 A 1, p. 210, vocat hoftes Saracenos ultramontanos five Tataros ultra montes Cafpios habitantes &, p. 211, § 25, Francos. Hunc virum macrum Pelagium effe legatum, fatis apparet; eum iam menfe feptembris MCCXVIII in caftra Chriftianorum veniffe, e *Geftis obfidionis Damiatæ*, p. 77, § 6, cognofcitur.

6 A 1, p. 211: menfe *maji*; A 2, p. 211, C, p. 226, *Chron. Turon.*, p. 300: menfe *iunii*; B 1, p. 218, Alberic., p. 910: menfe *iulij* five eodem menfe, quo anno DCXXII vel fexcentis annis ante, error Iflami exorfus fuerat, unde colligi poteft, auctorem *Chronici Turonenfis* relationem A 2 & Albericum B 1 ante oculos habuiffe. Eandem novit Oliverius, p. 1428, qui, in

regnum ſoldani ſubvertent, ita ut Damiata eiuſque palmeta, Cahira, Tanis & Xois [1] *atque omnes Aegypti urbes in cineres*

prophetia, Saladinum vocari nigros oculos & croceum vexillum habentem, profert (B I, p. 215). Præterea in *Chronico Turonenſi*, p. 300, legimus: « Quod lex Machumeti *ſexcentis* annis tantummodo duraret — & quod de Hiſpania veniret, qui eam penitus aboleret. » Hoc quidem in prophetia non inveniri, ſed e contextu & tenore prophetiæ facile cognoſcitur. Quamquam enim plerumque prophetatum fuerit, *mille* annis prætermiſſis, Mahumeti religionem interituram eſſe (Steinſchneider in: *Zeitſchr. der Deutſch. Morgenl. Geſellſchaft*, XXVIII, 655-659; XXIX, 163 ſeqq.), tamen Innocentius III ſententiam ſimilem iam anno MCCXIII protulit: « Quod finis huius beſtiæ appropinquat, cuius numerus ſecundum *Apocalypſim* Ioannis intra DCLXVI (eundem numerum ad Mahumetum pertinere putat Thaddæus Neapolitan., ed. Riant, p. 45) clauditur, ex quibus pene ſexcenti ſunt anni completi » (Beyer, *Mittelrhein. Urkundenbuch*, III, p. 11-12; Potthaſt, *Regeſta pontific.*, N° 4725). Certe anno MCCXXII Tartarorum invaſione ingenti erant terrore concuſſi (*Journal aſiatique*, oct. 1860, p. 277 ſeqq.; Abulfeda, ed. Pariſ., 91 : « De exordio Iſlami nunquam tantum ſubiere muſlimi periculum ! »); ſed chriſtiani Iſlami interitum ſæpiſſime fruſtra exſpectaverunt (Röhricht, *Beitræge*, II, 128, nota 47; 182, nota 2; I, 79, nota 235), quamquam Saraceni ipſi, traditionem quandam ſequuti profitentur : errorem religionem Iſlami præceſſiſſe eumque ſequuturum eſſe. Chriſtiani putarunt, Mahumeti religionem interituram eſſe anno MCCCI (Döllinger in Raumer, *Hiſtor. Taſchenbuch*, 1871, n. 44), MCCCV (*Annal. Eberh.* in *Mon. Germ. SS.*, XVII, 605; *Contin. Weich.*, ibid., IX, 811; cf. Menco, ibid., XXIII, 568), MCCCXXXII (Miélot in: Reiffenberg, *Le chevalier au cygne*, I, 234), MCCCCLIV (Henricus Diſſenh., in Böhmer, *Fontes*, IV, 76) & MDLXXXVIII (Rauchwolff, in Feyerabend, *Reyſsbuch*, ed. 1584, p. 332 a); nonnulli peregrini protulerunt, Saracenos ipſos religionis ſuæ interitum exſpectare (Stephan von Gumppenberg, in Feyerabend, *Reyſsbuch*, 241; Schiltberger, ed. K. F. Neumann, § 54; F. Fabri *Evagatorium*, I, 21). Memoria dignum eſſe videtur, quod incolæ Aegypti noſtris quoque temporibus credere dicuntur, ſummum iudicium apud urbem Damiatam habitum iri (Klunzinger, *Bilder aus Oberægypten*, Stuttg. 1877, p. 400). Maxima harum prophetiarum pars nititur in vaticiniis illis apocryphis, quorum in numero habendæ ſunt *viſiones Danielis* (Luitprand., in *Mon. German. SS.*, III, 355), quibus continebatur, fore ut Aegypti ſimulacra corruant (G. von Zezſchwitz, *Vom Röm. Kaiſerth.*, p. 101, 193 ſeqq., notæ 147, 199, p. 242-248; cf. Ieſ., XIX, I); has conſequuti auctores poſteriores de idolis Saracenorum fabulabant (Röhricht, *Beitræge*, II, 54-55, nota 91; p. 305; Steinſchneider, *Polemiſche Literatur*, 310-313; Antoninus Mart., ed. Tobler, in *Itin. Hieroſ. latin.*, I, 113).

1 Nomina harum urbium in fontibus valde caſtrantur.

redactæ ſint & Aegyptus nomen Terræ Nigræ vere gerat; [1] *in Foro Camelorum* [2] *magnam cædem factum iri. Tum vero rex quidam,* [3] *cuius regnum ultra montes ſitum eſt, cum magna vi copiarum Damaſcum & Tadmor* [4] *capiet, ſed regnum eius unum tantum annum & aliquot menſes* [5] *durabit. Alter vero*

1 Vocem hieroglyphicam *Kemi*, qua Aegyptus intelligitur, iam ſ. Hieron, *In Geneſ.*, IX, 18, & Plutarch., *De Iſide*, 33, recte *Terram Nigram* interpretati fuerant.

2 Quod nunc vocatur: *el-Rumeilijeh* (Helffrich, 390; Sepp, *Ieruſalem*, II, 720).

3 Albericus, 910, *Chron. Turon.*, 300: rex David (quod nomen & Iacobi de Vitriaco & templariorum epiſtolis Honorio III quoque innotuit: cf. Albericus, 911), Oliverius, 1416: rex Nubianorum (in Nubia religio chriſtiana ſatis floruerat; cf. Quatremère, *Mémoires*, II, 96 ſeqq.); aperte Iohannes preſbyter, fabuloſus ille orientis rex chriſtianus intelligitur, de quo videas: Abel Rémuſat, *Mémoires de l'Acad. des inſcript.*, 1822, VI, p. 413; Aſſemani, *Bibliotheca oriental.*, III, 486; Ullmann und Umbreit, *Theolog. Studien und Kritiken*, 1837, III, 354; d'Avezac, in *R. des Mém. de la S. de Géogr.*, IV, 547-565; Reuter, *Alexander III*, III, p. 641-643; Benjamin of Tudela, ed. Aſher, I, 122; II, 162-165; Steinſchneider in Geiger, *Zeitſchr. für das Judenthum*, III, 287; Bruhn in *Zeitſchr. der Geſellſchaft für Erdkunde*, Berlin 1876, p. 279-315, & Zarncke, *Der Preſbyter Johannes*, in *Abhandlungen der königl. ſächſ. Geſellſch. d. Wiſſ.*, 1876, 1879, VIII, 1-186, 825-1030 (ubi eiuſdem aliæ diſſertationes citantur), eiuſque additamenta in: *Sitzungsberichte der königl. ſæchſ. Geſellſch.*, 1877, 1878, & in: *Neues Archiv für ältere deutſche Geſchichtswerke*, II, 611-615. Ceterum conferantur quæ Haithon & Odoricus (L. de Backer, *L'extrême orient au moyen âge*, Paris, 1877, p. 118, 141); Harff (*Pilgerreiſe*, ed. Groote, p. 110), Iohannes de Marignola (Dobner, *Monum. Bohem.*, II, 91 ſeqq.), Gilbert de Lannoy (*Archæologia*, XXI, p. 393; cf. *Le chevalier au cygne*, I, 368, 412; Gieſeler, *Kirchengeſchichte*, I, 658-659; Tobler, *Golgatha*, 535 ſeqq.) diſputaverunt. Unde nomen: «preſbyter Iohannes» venerit, non liquet; Zarncke, p. 869, nullius momenti eſſe putat. Num forte πρεσβύτερος Ἰωάννης, nomen auctoris *Apocalypſeos* (Euſebius, *Hiſtoria eccleſ.*, III, 39), quem nunquam mortuum eſſe (*Evang.* Ioann. XXI, 23; ſ. Auguſtin. ad locum; Photius, cod. 227; cf. Wegſcheider, *Einleitung in das Evang. Iohann.*, 62; Credner, *Einleitung I. A.*, 220-221) ubique credebatur, cauſa huius nominis fuit?

4 Præterea vocantur Baalbek & Haman (A 1, p. 213, id eſt *Hamah*) vel Camella (B 1 & 2, p. 221, id eſt *Hims*); cf. Iacobi de Vitriaco *Epiſtola*, p. 591 b; Albericus, 911 ad 1221; Zarncke, *Der Preſbyter Iohannes*, p. 14.

5 B 1 & 2, p. 220, § 27: *duo*; C, p. 226-227, § 27, *quattuor* menſes. Albericus, 911 ad 1221: (rex David) « circa partes illas *fere bien-*

rex veniet e Calabria cum magno exercitu,[1] *Meccam atque imperium Mahumeti ſubvertet. Hunc ſequetur Antichriſtus « & fluvius Nili non curret multum, & mali miſcebuntur cum bonis »*,[2] *deinde quattuor annis & quattuor menſibus*[3] *prætermiſſis, a ſolis occaſu ſtella orietur;*[4] *ſummum iudicium adeſt.*

In alia recenſione[5] *legimus, regem David & Calabriæ in templo*

nium » (moratus eſt), &, p. 912 ad 1222 : Tartari « cum audiſſent Damiettam eſſe perditam, per inſulas maris prout melius potuerunt, in patriam ſuam receſſerunt, & tota fama, quæ de illis ſparſa fuit, in brevi evanuit. » Damiata v die nov. MCCXIX a chriſtianis capta & viij die ſeptembr. MCCXXI reddita eſt; itaque inter hos terminos fama Iohannis vel David regis divulgata fuiſſe videtur (Zarncke, *Der Preſb. Ioh.*, p. 5-22), præſertim quum Alberico (910), *Chron. Turon.* (300), & *Annal. Dunſtapl.* (II, 53 ſeqq.) teſtibus, prophetia noſtra *poſt* (Oliver., 1416: *ante*) captionem Damiatæ in lucem prodiiſſet. An duæ recenſiones ſive redactiones prophetiæ noſtræ, quarum altera *ante*, altera *poſt* captionem emerſerit, ſtatuendæ ſunt?

1 Friderici regis adventum cruceſignati iam exſpectaverunt poſt arcem maritimam captam (Röhricht, *Beiträge*, I, 58, not. 49; cf. Böhmer, *Acta imperii ſelecta*, p. 642-643, n° 934) ſive anno MCCXVIII menſe auguſto, & MCCXXI martij & auguſti menſibus (Röhricht, *Beitr.*, I, p. 8-9; Iacobi de Vitriaco *Epiſt.*, 591 b) & anno MCCXXII (Oliv. 1428; Iac. de Vitr. *Epiſt.*, 592). In B 1, p. 221, § 32, rex « *a Zaniel* » venturus dicitur; aperte verbum arabicum : *ſchamâl* ſive ſiniſtrum (latus), id eſt ſeptentrio ſubeſt, & ſub verbo *Zoniza* (B 1, p. 222) vel *Zanzani* (B 2, p. 221) nomen illius putei a muſulmanis celebrati : *Samſam*, latet, unde peregrini Meccam profecti bibere ſoliti ſunt.

2 B 1, p. 222, § 34, ubi nomen *Mexadcigen* ex *Maſikh ad-dedjdjâl* (Meſſias-mentitor ſive Pſeudo-Chriſtus) aperte corruptum eſt, ut Steinſchneider & Wetzſtein, viri doctiſſimi, mihi confirmant; fortaſſe traditor pro *Maſikh ad-dedjdjâl* male legerat in codice *Maſikh addeigân*, quod ex literarum arabicarum *dj* & *g*, *l* & *n* ſimilitudine facillime explicatur. Albericus, 920, ad ann. MCCXXVII nuntiat, hoc anno antichriſtum in martio decem annorum eſſe, fratrem Petrum de Boreth epiſtola quadam pronuntiaſſe.

3 C, p. 224, dicit *tres* menſes.

4 De ſtella oriente multa nobis narrantur; anno MCCXXII menſe ſeptembris ſtella cometa viſa eſt (Ryccardus de S. Germano, 342); eodem anno terræ motus & tempeſtates vehementiſſimæ fuiſſe dicuntur ab Alberico (912) & Rogerio de Wendover (IV, 82-83); & anno MCCXXIX menſe ſeptembris ſummum iudicium imminere, magiſter Iohannes Toloſanus in epiſtola ſua prophetaverat (Ryccardus, 331-332; Roger de Wendover, IV, 180-182).

5 A 1, p. 213, § 27.

urbis Ierusalem funditus destructæ[1] *conventuros esse, & arbores siccas rursus floribus ornatum iri.*[2]

Hæc prophetia, Pelagio & Iacobo de Vitriaco auctoribus, in castris christianorum ex Arabica lingua in latinam versa fuit[3] *neque cum* Libro Clementis *commutanda est.*[4] *Auctor eius vocatur ab A* 1, 2 *& C Hunain ibn Ishak, quo pseudonymo aperte intelligendus est præclarus ille physicus & philosophus, qui iam anno DCCCLXXIII post Christum mortuus fuerat.*[5] *Unde apparet, pseudoprophetam nostrum, libro suo, ut maiorem auctoritatem præberet, nomen illud præclarum inscripsisse, quod vero in B* 1 *frustra quæritur; auctorem Saracenum vocat C;*[6] *A* 1 *vero,*[7] *eum nec Iudæum nec Saracenum esse, profitetur. Nobis vero auctor christianus quidam fortasse, de Syria vel Aegypto natus, esse videtur, cuius libellus paulo post expugnationem Damiatæ sed ante cladem christianorum a Saracenis augusto MCCXXI acceptam compositus est. Textus fortasse integer nobis esse videtur B* 1,[8] *quem fere verbo tenus sequitur B* 2*; ab hoc A* 1, *cui A* 2 *simillimus est, nonnullis locis abhorret, maxime vero C, cui insunt interpolationes & additamenta varia. Textum vero arabicum, quem*

1 De destructione urbis per soldanum Damasci anno MCCXIX facta, vide Gœrgens - Röhricht, *Arab. Quellenbeitr.*, I, 190-191.

2 Aperte ad *arborem siccam* hæc pertinent, quæ apud Hebron vel apud Taurum in Persia fuisse legitur (Ludolf von Sudheim, 58, eumque sequutus Ioh. de Hildesheim, p. 31) & reviresсere putabatur in consummatione temporum (*Beitræge*, I, 111-112; L. de Backer, p. 364-367; Zezschwitz, *Vom Kaiserthum deutscher Nation*, 164-166; Zarncke, *Der Presbyter Iohannes*, p. 1010-1011).

3 *Annal. Dunstapl.*, 62; Albericus, 910; Zarncke, p. 4.

4 Iacobi *Epistol.*, 590-591; *Liber Clementis* prorsus alius est (Eusebius, *Histor. eccles.*, III, 3, 24; VI, 14; s. Hieron., *Catalog. script. eccles.*, de Petro; Sozomenus, *Histor. eccles.*, VII, 19; Clemens Alexandr., *Eclog. ex Theod. excerpt.*, § 49, 50; Grabe, *Spicileg.*, I, 76; Fabricius, *Codex apocryph. Novi Testam.*, I, 941-942; Paul Meyer, p. 512-513, nota 2; Steinschneider, *Polemische Literatur*, 201, § 164.

5 Ibn Khallikan, II, 478-479; Steinschneider in Rohlfs: *Deutsch. Archiv für die Geschichte der Medicin*, 1878, I, p. 446.

6 P. 223.

7 P. 205.

8 Fortasse codex noster idem est, quem Pelagius Legatus e castris Damiatinis in Angliam misit (*Annal. Dunstapl.*, II, 53 seqq.).

noſtro ſubfuiſſe putandum eſt, in bibliothecis adhuc fruſtra quæſivimus, nec eum omnino inveniri nobis ſperare licet.

CODICIBUS *pluribus ad quadruplicem prophetiæ textum edendum uſus eſt vir cl. Paulus Meyer:*

Prophetiam *enim* Hannan *gallicam exhibet codex Pariſ. (Bibl. nat. f.* 25,247, *m. ſ. XIII, in*-8), *f.* 143*b*-149*a*, *provincialem autem fragmentum illud, de quo ſupra ſermo eſt, quodque aſſervatur Pariſ. in Bibl. Armam.*, 5991, *m. ſ. XIV, f°.*

Textum latinum unicus tantum præbet codex, Londini (Gray's Inn 14, *m. ſ. XIII, ff.* 118*b*-119*b*), *aſſervatus,*[1] *cuius verſionem gallicam in quodam* Hiſtoriæ *Ernoldi, anno* 1231 *exaratæ, codice (Pariſ., Bibl. Nat., fr.* 781, *m. ſ. XIII, ff.* 148*b*-149*b*) *reperimus.*

Iſtam deinque poſteriorem prophetiæ noſtræ editionem, quam paginis 223-228 *damus, quamque Academia Inſcr. gallica, in Wilhelmi Tyrij continuatione, iam anno* 1859 *ediderat* (Rec. des hiſt. occid. des Croiſ., II, *pp.* 515-519, Rothelin, *c. XII-XIV*), *hiſce continebatur codicibus, qui omnes Wilhelmi Tyrij continuationem ad annum* 1261 *prolatam exhibebant.*

a. *Pariſ., Bibl. Nat., fr.* 9083, *m. ſ. XIV, in f.*
b. « « « « 22495, « « «
c. « « « « 22496, « « «
d. « « « « 24209, « « «
e. « « « « 24497, « « «
f. *Lugd., Acad.* 733, *m. ſ. XV, in*-4.[2]

Quibus addendus eſt codex bibl. publicæ Bernenſis, n° 307 (*m. ſ. XIV, in*-4), *qui prophetiam* ſolam, *ff.* 76*a*-77*a*, *exhibet.*

Huiuſce Lugdunenſiſque codicum lectionibus, utpote deterioribus, uti noluit v. cl. P. Meyer.

1 Secundum quem J. Allen Giles (Incerti ſcript. *De bello ſacro*, Lond., 1846, 8°, pp. 77-78) prophetiæ initium uſque ad verba: « O Aſcalona . . . » edidit.

2 E quibus adhibuit Academia codices a, b, d, f: plures alij, ad hanc continuatorum Wilhelmi Tyrij claſſem pertinentes manuſcripti prophetiam exhibent, quos, utpote minimi pretij, conferre neglleximus.

ADDENDA.

P. xix, nota 2.—*Turrim maritimam, de qua nonnulla diſputavimus*, unam *habuiſſe catenam, ſatis apparet ex verbis auctoris arabici Khalil Dhaher, quæ Silveſtre de Sacy*, (Chreſtomathie arabe, *édit.* 2, 1826, *II, p.* 7) *vertit : « En cet endroit ſont* deux « tours *bâties, l'une dans Damiette, l'autre en face de celle-ci « ſur la rive occidentale du Nil. Les vaiſſeaux qui y prennent « terre, paſſent entre ces deux tours, auxquelles eſt attachée une « chaîne, afin qu'aucun bâtiment ne puiſſe y paſſer ſans avoir « obtenu la permiſſion du commandant de la place. » Hæc non confirmantur gallica verſione* Relationis *illius, Innocentio III a patriarcha Hieroſolymitano* (*Monacho*) *miſſæ* (*Hopf*, Chron. gréco-rom., 33).

P. xxj, n. 4. *Eis, quæ de urbe Damiata, p. xj, nota* 4, *notavimus, addatur :*

De commercio urbis Damiatæ, ſæculis XV & XVI florente, conferas Gilbert de Lannoy Œuvres (*ed. Potvin, Louvain* 1878), *p.* 130-139, & *Heyd*, Geſchichte des Levantehandels im Mittelalter, *Stuttg.* 1879, *I*, 423 *ſeqq.; II*, 6 *ſeqq.;* 428 *ſeqq.*

P. 25, *lin.* 8-10. — *Sententia, quam eques chriſtianus protuliſſe fertur, primo a Iacobo de Vitriaco tradita fuiſſe dicitur, his verbis: « O bone morelle, per multas dietas velociter in guerris* (&) *tyrociniis portaſti me contra Deum verſus infernum ; modo emenda mihi, ut hac una die portes me in Paradiſum ! »* (*Etienne de Bourbon, éd. Lecoy de la Marche, Paris* 1877, *p.* 92).

P. 181. — *Pro* Dauſan, *legas* Bauſan *id eſt* Beauſéans *ſive templariorum* vexillum balzanum*; cf. Jac. de Vitr.*, Hiſt. or., *p.* 118, *Innominatus, n° V* (*Neumann*, Pilgerſchriften, *Wien*, 1866, *in*-8), *p.* 264.

I

[*PHILIPPI OXONIENSIS* (?)]

ORDINACIO

DE PREDICACIONE S. CRUCIS

IN ANGLIA

(1216)

CODICES MANUSCRIPTI:

A. Antwerpiæ, Muf. Plantinianum, n^{0} 56 (ol. Oxon., Coll. Omn. Anim.).

α Gloffa coæva eiufdem codicis (membr. f. XIII, in-4).

B. Oxoniæ, Balliol. Coll. n° 167 (membr. fæc. XIII, in-f.).

[PHILIPPI OXONIENSIS]

(?)

ORDINACIO

DE PREDICACIONE S. CRUCIS

IN ANGLIA.

* * *

f. 57 a, c. 1. f. 212 b, c. 2. *Incipit brevis ordinacio de predicacione ſancte Crucis laicis facienda, que verborum ornatam non reſpicit compoſicionem, ſed pocius lucidam & manifeſtam veritatis oſtenſionem, & lingue facundia racionis regimine moderata, calami ſolum materiam predicandi colligentis — ſuppleat brevitatem.*

OBSIDA preſſuris humana fragilitas ſuarum virium ſepe conſiderat parvitatem, & nihil in ſe, niſi [1] tenebras anguſtiarum & hoſtium inſurgencium eſtus cernit; ſed cum mentem ad ſuperni preſidij lumen & ad perpetue retribucionis dona erigit, Deo firmiter adherens, per ipſum vires plus & plus colligit ſucceſſive & triplicis hoſtis inquietationes potenter elidit, id eſt, quod ſecun-

1 *B* ubi.

dum carnem eſt amarum, convertens in id, quod ſecundum ſpiritum eſt dulce, & pompe mundane umbratilem reſpuens vanitatem, ad ipſum veniendi, *a quo eſt omnis ſalus, qui eſt via, veritas & vita* (Ioann., XIV, 6), ſemitam breviſſimam ſibi eligit imitandam, ut mors vite temporalis ſit quaſi ianua & introitus regni celorum & vite A f. 57 a, c. 2.
indeficientis. Cum igitur quanto magis aliquid eſt bonum & plus delectabile, tanto magis ſit appetendum, & ad ipſum eo magis ſit accelerandum, ad eum, quo nihil eſt melius, vel delectabilius in cruce, que eſt via apud celos breviſſima, eſt properandum dilacionem fugiendo cum ferventi deſiderio. Ne igitur ad eum veniendi queras dilacionem per effectus evidenciam non obſervans illud mandatum, « *Diliges Deum tuum ex toto corde*, &c., *a quo pendet tota lex & prophete* » (Matth., XXII, 37 & 40), eum ſequere, qui dicit : « *Servus non eſt maior domino ſuo* » (Ioann., XIII, 16), & alibi, « *Ubi ſum ego, ſcilicet in cruce, illic & miniſter meus erit* » (Ioann., XII, 26), quia, qui mihi miniſtrat, me ſequatur, in cruce ſcilicet, in qua moriendo Dominus genus redemit humanum ; dicit enim in Evangelio : « *Niſi granum frumenti cadens in terram*[1] *mortuum fuerit, ipſum manet ſolum* » (Ioann., XII, 24). Chriſtus dicitur granum frumenti, quia eo fruemur, & dicitur granum, quia, ſicut granum frumenti eſt candidum interius & rubicundum exterius, ſic Chriſtus interius candidus per innocenciam & virginitatem, & rubicundus fuit exterius in cruce per proprium ſanguinem. In grano frumenti eſt quedam rima quaſi inter duo, que uniuntur, ſic ſunt in Chriſto due nature, ſcilicet Dei & hominis, que in eo uniuntur. Chriſtus enim eſt verus Deus & verus A f. 57 b, c. 1.
homo, quia eſt gigas gemine ſubſtancie. Sicut granum frumenti molitur in mola inter duos lapides, ſic Chriſtus in cruce inter duos populos, ſcilicet Iudaicum & Genti-

1 Cadens in terram *add.* α.

lem, quia Iudei adiudicaverunt Chriſtum morti, & Romani eum interfecerunt, qui fuerant Gentiles. *Granum cecidit in terram*, ſic Chriſtus in uterum Marie virginis. *Niſi mortuum fuerit ipſum, manet ſolum*, ita niſi Chriſtus mortuus fuiſſet, ipſe manſiſſet ſolus abſque hominis conſorcio in gloria, quoniam in morte ſua redemit in cruce genus humanum, & aperuit ianuas celorum iuxta illud, *Tu devicto mortis aculeo*, &c. Granum autem [1] dividitur, quando interior medulla exit & germinat granum & deſinit eſſe
213 a, c. 1. granum, unde quodammodo moritur in illa deſicacione, ſic & Chriſtus dividebatur quodammodo in duo, ſcilicet corpus & animam, quando anima exiit a corpore & aperuit ianuam celi & deſiit eſſe homo, unde Chriſtus moriebatur in illa diviſione corporis & anime; convenienter igitur appellatur Chriſtus granum & non ſimpliciter granum, ſed frumenti granum. Item : Per Chriſtum & Ma-
f. 57 b, c. 2. riam intravit vita, ſicut per Adam & Evam mors. Maria autem fuit in cruce, quia in maximo cruciatu, quando vidit filium ſuum pendere in cruce, unde Yſaias, ultimo capite (Ieſ. LXVI, 7), « *Antequam parturiret, peperit; antequam veniret partus eius, peperit maſculum.* » Quis audivit unquam tale, quis vidit huic ſimile? Parturit autem mulier, quando laborat & nimios habet dolores, antequam puer egreſſus fuerit [2] ab utero. Sic non fuit de beata Maria virgine, que peperit ſine dolore, ſed poſtea, quando affligebatur videns filium ſuum unicum, innocentem, ſine cauſa in cruce poſitum, deſpectum, a diſcipulis ſuis derelictum, tunc parturivit. De ea competenter igitur dixit Yſaias (LXVI, 7) : « *Antequam parturiret, peperit, antequam veniret partus eius, peperit maſculum.* [3] »

Item : Sicut per mulierem, ſcilicet Evam, que facta fuit de viro, ſcilicet de Ada, abſque coniunccione femine,

1 Autem *add. B*, α; — 2 *B* ſuus; — 3 *Antequam...... maſculum add. A.*

oportuit homines mori, ſic oppoſito modo per virum, ſcilicet Iheſum Chriſtum, qui de muliere, ſcilicet Maria, abſque coniunccione maſculi, debemus omnes per Dei graciam vivere & habere vitam eternam. Item : Alia eſt racio ; per coſtam intravit mors, quaſi per Evam, *que facta fuit de coſta Ade* (Geneſ., II, 21 ſeq.), ſic e contrario[1] per latus vita, quia per ſanguinem Chriſti, qui exivit de A f. 58 a, c. latere eius. Item : Per accionem mors, quia per comeſtionem, ſic e contrario per paſſionem vita, quia paſſio Chriſti in cruce induxit vitam.

Item : Per delectacionem Ade & Eve in comeſtione pomi mors, ſic e contrario per amaritudinem Chriſti & Marie in cruce vita. Item : Adam & Eva comedebant pomum, ut ſimul tenerent corpus & animam, quia propter hoc comedunt homines, ut vivant. Ergo cum contraria contrariis curentur, debuit medicina eſſe per mortem[2], quia per diviſionem corporis & anime; ſalus igitur noſtra debuit eſſe per mortem. Item : Mors inducebatur per virum cum peccato, ergo vita debuit induci per virum exiſtentem ſine peccato (Cf. Rom., V, 14; I Corinth., XV, 22, 45). Ille ergo, ex quo per ipſum debuit eſſe reparacio generis humani, non potuit eſſe de progenie Ade & eſſe purus homo, quia omnes de progenie Ade, qui fuerunt pure homines, naſcebantur cum originali peccato. Oportuit igitur, ipſum eſſe Deum & hominem, & oportuit, ipſum hominem eſſe de genere Ade, quia, ex quo Adam deliquit, neceſſe fuit humano generi, quod vel ipſe, vel aliquis de ſuis ſatisfaceret pro illo delicto, quia, ſi aliquis homo novus crearetur a Deo, qui redimeret genus humanum, tunc non reſtitueretur genus humanum ad priſtinam libertatem, quia ſemper teneretur humana creatura A f. 58 a, c. 2 ei obedire & ſervire; oportuit ergo, ipſum eſſe Deum & hominem & de progenie Ade.

1 *A* ergo ; — 2 per mortem *add. B*, *α*.

Item : Genesis, XV (13-18), dictum est « *Abrahe & semini tuo* [1] *subiecto servituti : quarta generacione revertuntur huc,* » quia quedam fuit generacio, nec de viro, nec de femina, ut Ade, quedam de viro & non de femina, ut Eve, quedam & de viro & de femina, ut hominum, qui modo sunt, quedam de femina & non de viro, ut Christi. Tres primo generaciones prenominate precesserunt incarnacionem, in nativitate autem Christi consummavit Deus quartam generacionem, & impossibile fuit, plures esse, ut patet, per quadrimembrem divisionem predictam.
213 a, c. 2. Completum est igitur, quod dictum est: « *Quarta generacione revertuntur huc,* » quia Christus liberavit semen Abrahe a servitute. Item : Qui sibi minuit, ut sanetur a dolore, non extrahit sanguinem a loco infirmo, sed a loco sano, sic humana natura, cum infirma esset, non extraxit sanguinem a loco infirmo, ut sanaretur, sed a loco sano, scilicet a corpore Ihesu Christi in cruce, quod sanum fuit & mundum a peccatis, & sic mundabatur a peccatis & a morte eterna genus humanum, unde Iohannes, in primo ca[pite],[2] « *Sanguis Ihesu Christi mundat nos ab omni peccato* » (I Ioann., I, 7).

f. 58 b, c. 1. Item : Per virum & mulierem Adam & Evam mors intravit in ameno loco, pulchro & delectabili, scilicet in paradiso, sic e contrario per virum & mulierem, scilicet Christum & Mariam, vita in loco tedioso, deformi & horribili; item : mors in ligno pulchro, vita in ligno, id est in cruce deformi; item : mors infra ambitum paradisi, vita extra castra, unde ad Hebreos ultimo, « *Exeamus ad eum extra castrum improperium eius portantes; non enim habemus manentem civitatem* » (Hebr., XIII, 13 seq.).

Item : In pulchro ligno paradisi sub pallio vite occultabatur mors, ita e contrario in ligno deformi & horribili sub pallio mortis abscondebatur vita, sicut etiam in cruce

1 *A* suo; — 2 *A* prima canonica.

ſignatis ſub pallio laboris, qui eſt quaſi mors, latet vita. Item : Per hominem, factum de terra virginali, ſcilicet per Adam, mors, ſic per hominem, factum de muliere virgine, ſcilicet per Chriſtum, vita. Item: Sicut Adam & Eva operati ſunt mortem in medio paradiſi & lucifer in medio celi, ſic Deus, rex noſter, *operatus eſt ſalutem in medio terre* (Pſalm., LXXIII, 11), ſcilicet, in Ieruſalem, que eſt umbilicus terre. Ioël, III (32) : « *In monte Syon & in Ieruſalem erit ſalvacio,* » ubi agnus in cruce vicit *leonem rugientem*, id eſt *diabolum, qui circuit*, &c. (1 Petr., V, 8). Item : Sicut aqua veniens cum impetu mundat & purgat foſſata, ſic crux mundat corda peccatorum. Sitis ergo in cruce, ut *mundemini ab omni inquinamento carnis & ſpiritus*, ut dicit Apoſtolus (2 Cor., VII, 1). A f. 58 b, c.

Item : In quarto Regum (VI, 4 ſeq.) dicitur, quod quidam ad Iordanem cedebant ligna, ut edificarent ſibi domum; ferrum « *ſecuris unius hominis cecidit in aqua, & ipſe clamavit ad Helyſeum dicens : Heu, heu, Domine mi, hoc ipſum mutuo acceperam. Dixit autem Helyſeus : Ubi cecidit? At ille monſtravit ei locum. Precidit ergo Helyſeus lignum & miſit illud ad locum illum, natavitque ferrum ad lignum & ait : Tolle; qui extendit manum & tulit illud.* » Per Helyſeum ſignatur Chriſtus, per lignum crux, per ferrum, quod fuit durum & frigidum, ſignificatur peccatorum frigidus in caritate & induratus in peccatis. Quoniam ſicut ferrum illud de lutoſo fundo aquarum ſurſum movebatur ad lignum & ſic ad Helyſeum, ita peccator de profunditate malicie, que eſt tum in gula, tum in luxuria & in aliis, movetur ad crucem & ei adheret & ita pervenit ad Chriſtum, unde illud, *hec eſt ſcala peccatorum*, &c., & in Evangelio, « *Si exaltatus fuero a terra,* » &c. (Ioann., XII, 36).

Qui pugnat, eſt in metu mortis, nec debet onerari, ſed debet onus ab eo tolli, ut ipſe ſit agilis. Merito ergo debet A f. 59 a, c

ecclesia exonerare suum pugilem, qui pro ipsa pugnat, & sustinere pondus ipsius, & ideo cruce signatis iuste remittit Dominus papa penam peccatorum & obligat universalem ecclesiam pro ipsis, qui mundari possunt per propriam eorum contricionem, devocionem, confessionem, laborem, per orationes & eleemosynas, que fiunt ab universis Christianis pro peregrinis Terre Sancte.

Item: Si aliquis esset oneratus pluribus lapidibus, & quidam acciperet ab eo unum lapidem & alius alium & tercius tercium & sic deinceps, ipse totaliter exoneraretur, similiter cruce signatus deoneratur a pena peccatorum per Dominum papam & universalem ecclesiam; « *quemcunque enim solverit super terram, erit solutus & in celum* » (Cf. Matth., XVI, 19). Notandum, quod dicitur super terram, non dicitur infra terram, nec in terra. Super terram est, qui terrena negligit, in terra est, qui in terrena cor suum affigit, & de talibus dicit apostolus, « *Gloria eorum in confusione, qui terrena sapiunt* » (Phil., III, 19), hoc est, habent delectacionem & saporem in terrenis. Et Iohannes in Apocalypsi (VIII, 13): « *Ve, ve, habitantibus* A f. 59 a, c. 2. *in terra!* » Genes., III (6), « *Vidit mulier*, scilicet Eva, « *quod lignum esset bonum ad vescendum & pulchrum oculis aspectuque delectabile, tulit de fructu illius & comedit, & dedit viro suo, & comedit.* » Sed precepit Deus prius Ade (Gen., II, 16), « *Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem sciencie boni & mali ne comedas!* » Unde Eva respondit serpenti: « *De fructu ligni, quod est in medio paradisi, precepit nobis Deus, ne comederemus & ne tangeremus illud, ne forte moriamur* » (Genes., III, 3). Recto ergo iudicio Dei dividebantur corpora Ade & Eve ab animabus suis, quia ipsi contra Dei preceptum dividebant pomum per morsum, unde mors a morsu derivatur. Oportuit igitur, eos mori, & nos omnes per ipsos, & in eodem fuit culpa

& pena, quia in divisione, culpa in divisione parcium pomi, pena in divisione corporis & anime.

Item: Qui comedit rem venenosam, mori debet, & Adam & Eva comederunt pomum eis venenosum, quia contra Dei preceptum, ergo necesse fuit, eos mori.

Item: In divisione pomi habuerunt Adam & Eva delectacionem, sic e contrario in divisione corporis & anime habebant amaritudinem & eorum sequaces similiter.

Item: Sicut Eva seduxit Adam, ita quod oportuit, eum A f. 59 b, c. 1.
mori, sic caro seducit quandoque spiritum, itaque necesse est, eum quasi mori, quia erat[1] in morte eterna.

Item: Sicut Eva pomum vetitum porrexit Ade, sic caro diversa, que sunt vetita, offert anime. Quicquid enim est vetitum homini, signatur per pomum predictum & per Adam spiritus, per Evam caro.

Item: Sicut per cibum pomi, factum contra preceptum Domini, intravit mors, ita per cibum, qui est caro & sanguis Christi, factum ex precepto Domini, intravit vita, & quotidie intrat. Iohannes, VI (33), « *Panis Dei, qui de celo descendit & dat vitam mundo.* » Dixerunt ergo ad eum, « *Domine, semper da nobis panem hunc* » (Ioann., VI, 34). Dixit autem eis Ihesus, « *Ego sum panis vivus; qui venit ad me, non esuriet, & qui credit in me, non sitiet ultra* (Ioann., VI, 35), *& ita omnis, qui videt filium & credit in eum, habet vitam eternam* » (Ioann., VI, 40), & infra eodem capite, « *Nisi manducaveritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis; caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus; qui manducat carnem meam & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo* » (Ioann., VI, 54-56). Qui autem in illo est, est in forti castro, circumdatus undique tam forti muro, quod diabolus ad eum non potest habere accessum, & ideo dicit Iohannes in Apocalypsi, « *Scribe, Beati mortui, qui* A f. 59 b, c. 2.

1 *A* quoque . . . erit.

in Domino moriuntur » (XIX, 13). Caro autem Chrifti non eft cibus ventris, fed cibus mentis. Dicit enim Auguftinus, Crede & manducafti, & Dominus dicit, « *Omnis, qui videt filium & credit in eum, habet vitam eternam* » (Ioann., VI, 40), unde Abacuc, « *Iuftus ex fide vivit* » (II, 4), & infra eodem capite, « *Qui manducat carnem meam & bibit meum fanguinem, habet vitam eternam* » (Ioann., VI, 54). Ad credere igitur fequitur utrumque iftorum & manducare & habere vitam eternam, fed « *qui indigne fumit, iudicium fibi manducat & bibit* » (1 Cor., XI, 29), unde facerdos, impenitens exiftens, in mortali fumit corpus Chrifti ad fui dampnacionem & ad fuorum parochianorum fidelium falutem,
B f. 213 b, c. 2. qui non funt in mortali; ille eciam fumit corpus Chrifti tantum facramentaliter & illi fpiritualiter. Si vero facerdos non effet in mortali, ipfe tunc fumeret corpus Chrifti & facramentaliter & fpiritualiter. Confeccio autem facramenti eft fupra humanam intelligenciam, declaretur tamen, qualicumque modo fit. Homo aliquis exit quandoque a domo fua contra[1] adventum Domini fui & permittit Dominum fuum intrare in locum fuum, fic eft de pane quodammodo, quia ibi, ubi fuit panis in fubftancia pereunte, fubftancia panis per vim facrorum verborum eft
A f. 60 a, c. 1. verus Deus & verus homo, & remanent ibi accidencia panis, que fuerint quafi hofpicium & locus, panis fcilicet albedo, rotunditas, fapor, quantitas, duricies, & illa accidencia teruntur dentibus, & corpus Chrifti, quod ibi eft, fub illis accidentibus eft cibus anime & non corporis. Accidencia autem illa miraculofe remanent abfque fubiecto. Competentem igitur medicinam previdit Deus contra caufam mortis, fcilicet cibum mentis, contra cibum ventris.

De circumftanciis Crucis.

Quando milites funt in bello, ipfi habent arma fua, forciora exterius, ut loricam, & debiliora interius; Chriftus

1 *A* citra.

e contrario habuit arma ſua debiliora exterius, ſcilicet carnem, & forciora interius, ſcilicet deitatem, que latuit ſub carne.

Item: Quando Eva accepit pomum de ligno, clauſit manum ſuam verſus lignum, Chriſtus e contrario in cruce avertebat manus ſuas a ligno & manus habuit apertas, ut innuat, quod debemus avertere manus noſtras a rebus prohibitis; per pomum autem ſignificatur qualibet res prohibita.

Item: Chriſtus in cruce inclinat ſe ad oſculum offerens pacem peccatori, dilatat brachia in cruce ad amplexum. Dicit enim « *Non veni vocare iuſtos ſed peccatores* » (Luc., V, 32), & alibi dicit, « *Maius gaudium in* A f. 60 a, c. 2
regno celi ſuper uno peccatore » (Luc., XV, 7). Apertum eſt eius latus ad operiendum eius ſecretum.

Item: Unicus fuit clavus defixus & transfixus per pedes Chriſti, quia per pedes ſignificatur corpus, quod nunc huc, nunc illuc vertitur, ſicut pedes nunc huc, nunc illuc ferunt corpus. Dileccio autem unius, ſcilicet Dei, principaliter debet eſſe in corde, & ideo unicus clavus in pedibus fuit, qui cor ſignificat, in quo eſt caritas una, in qua una fundantur omnes alie virtutes. Sicut enim multi rami ex una radice prodeunt, ſic & multe virtutes ex una caritate prodeunt, que defixa eſt in corde. In deſignacione igitur unius caritatis fuit unicus clavus in pedibus.

Item: Per manus ſignificantur opera, quia manibus operamur, unde duo fuerunt clavi in manibus ad ſignificandum, quod duo debent eſſe opera noſtra bona, vel in vita activa, vel contemplativa.

Item: Ternarius fuit clavorum in deſignacione Trinitatis.

Item: Dominus in cruce inclinavit ſe ad terram & direxit in terram viſum ad ſignificandum, quod ipſe fuit

in cruce pro eo, quod fuit in terra, ſcilicet pro homine peccatore. Petrus autem in cruce ſurſum direxit viſum ad ſignificandum, quod ipſe fuit in cruce pro eo, qui fuit ſurſum in celo, ſcilicet pro Chriſto.

. f. 60 b, c. 1. Item: Dominus in cruce inclinavit ſe ad aquilonem ad ſignificandum, quod ipſe fuit in cruce pro peccatore, qui ſignificatur per aquilonem, quia, ſicut aquilo frigidus eſt, ſic peccator frigidus eſt in amore Dei, unde Yſaïas (I, 14), « *Ab aquilone panditur omne malum.* »

Item: Maria mater Domini ſtabat ad crucem ex parte aquilonis inter aquilonem & Chriſtum exiſtentem in cruce ad ſignificandum, quod ipſa eſt mediatrix inter peccatores & Chriſtum; recipit enim fugientes ad ſe cum contricione & devocione, & pro eis intercedit tanquam mater ad filium. Quem enim mundus reſpuit, &, qui vilis eſt mundo, ut ſunt inveterate meretrices, Deus ad ſe venientem recipit.

Item: Dominus in cruce deſcribit nobis totam vitam noſtram, ut imitemur eum, quia omnis Chriſti accio noſtra eſt inſtruccio. Unde per Yſaiam, XLIX cap., « *Deſcripſi te in manibus meis* » (Ieſ., XLIX, 16), id eſt vitam tuam, & in Evang. dicit, « *Ubi ſum ego,* » &c. (Ioann., XVII, 24), quia « *non eſt ſervus maior domino ſuo* » (Ioann., XIII, 16). Non extendamus ergo manus vel pedes, nec cor, nec aliquod membrum ad aliquod prohibitum, ſed refrenemus omnia membra noſtra ab illicitis pro Chriſto, & tunc ſequimur Chriſtum.

. f. 60 b, c. 2. Item: Fiſſuras clavorum habuit pro nobis Deus, ut ſic haberet perpetuum memoriale noſtri, unde dicit per
f. 214 a, c. 1. Yſaiam, XLIX, « *Numquid oblivîſci poteſt mulier infantis,* &c. *ecce in manibus meis deſcripſi te* » (Ieſ., XLIX, 15 ſeq.), porro, « *Quid eſt homo, quod memor es,* » &c. (Pſalm., VIII, 4). Non vult igitur Dominus, quod vos pereatis, quos ipſe pro vita ſua redemit, ſed eſt memor veſtri, qui tociens per baptiſmum incidiſtis in laqueos diaboli per peccata

veſtra & carnalia & ſpiritualia, unde mittit vobis hic mundacionem & purgacionem a peccatis, ut crucem ſumatis ad ſuccurſum Terre Sancte, & ſic per crucem intrabitis in regnum celorum & ſic videbitis aſpectu deſiderabilem & ineffabiliter delectabilem. Unde « *Beati mundo corde,* » &c. (Matth., V, 8).

Item: Sicut pannus abluitur prius amara lexiva & poſtea aqua dulci & calida, ſic anima prius abluitur per tribulacionem amaram & poſtea per lacrimam, que ſequitur tribulacionem, que etiam calida effecta eſt per contricionem & recordacionem preteritorum. Per motum enim in complexu natum [1] excitatur calor naturaliter, lacrime autem per veram cordis compunccionem effluentes dulces & delectabiles erunt in conſpectu Dei; exemplum patet in beata Maria Magdalena. Patere eciam poteſt, A f. 61 a, c. 1 quod minus placent lacrime Deo ex vera penitencia procedentes per hoc, quod Dominus videns Ieruſalem flevit ſuper eam dicens, « *Si cognoviſſes & Tu* » (Luc., XIX, 42). Plangebat enim Dominus peccatores, qui exultant in rebus peſſimis, qui, ſi ſuam damnacionem previderent, ſeipſos vix plangere ceſſarent, ſed ipſi in perverſitate ſua dies ſuos ſic ducunt, quod ipſi in temporalium habundancia ſibi pacem ſuam prefigunt, que pocius non eſt pax, cum ipſa, quanto magis eſt affluens, tanto plures cordium inquietaciones influere facit, & a Deo plus & plus animam alienat. Fugiamus ergo fiſcum rerum temporalium, ut evolemus ad eterna, recolentes illud Gregorij, « *Satis eſt alienus a fide, qui ad agendam penitenciam tempora ſenectutis exſpectat; metuendum namque eſt, ne, dum ſperat miſericordiam, incidat in iudicium.* »

De carne & eius deliciis.

In libro Regum dicitur, quod due mulieres oppreſſe fame comederunt puerum alterius illarum, & reliqua

1 *A, B* complexio nato.

poſtea noluit ſuſtinere, quod ſuus puer comederetur. Rex autem illius terre comminabatur Heliſeo mortem, quia noluit deprecari Deum, ut fames ceſſaret (2 Reg., VI,
f. 61 a, c. 2. 26-33). Per alteram mulierem ſignificatur caro, cuius puer comeditur. Hoc eſt, opera pereunt, ſcilicet per gulam, vel luxuriam, vel aliud peccatum carnis; per reliquam mulierem ſignificatur quelibet fidelis anima, que non vult ſuſtinere, quod ſuus puer devoretur, hoc eſt, quod ſua opera pereant propter delicias carnis. Per Helyſeum ſignificatur Chriſtus.

Item: Triplex eſt menſa corporis per cibos anime, per ſacramenta utriuſque in celo, ubi nullus eſt defectus. Reficiantur igitur in hoc ſeculo tam cibis, quoad corpus, quam ſacramentis, quoad animam, ſecundum doctrinam Dei ut reficiamur ad menſam celeſtem in eternum cum gloria indeficiente.

Item: Eger dives in principio morbi, quoniam recuſat medicum, dum curari poteſt, & differt, donec, ſuperveniente morte, curari non poteſt, & tunc recuſat eum medicus; ſic eſt de peccatore, qui ſequitur carnem. Reſpuit enim medicinam Dei, quando Deus ſe offert ei & vocat eum ad ſervicium ſuum, & differt peccator, donec, morte ſuperveniente, veniat iudicium, & tunc reſpuit eum Dominus.

Item: Sanguine Chriſti calefiebant clavi in cruce; ſic debent peccatores accendi in caritate ad ſervicium Chriſti
f. 61 b, c. 1. per ſanguinem Chriſti. Per clavos enim ſignificantur peccatores racione frigiditatis & duriciei, & per malleum infigitur clavus in cruce; ſic per ponderoſitatem culpe inpingitur peccator in cruciatum pene gehennalis.

Item: In Evangelio legitur, quod quidam porci vexati erant a demonibus & currebant in mare (Luc., VIII, 26-36); ſic eſt de quibuſdam hominibus, qui ſic vivunt ſecundum carnem per demonum ſuggeſtionem, quod vivunt

ſicut porci & currunt in amaritudinem inferni, que ſignificatur per amaritudinem maris. « *Tolle ergo grabatum tuum* » (Ioann., v, 8), id eſt carnem tuam ſurſum a terrenis, quia eſt de deliciis carnis ſicut de cauda anguille, que fugit, dum creditur retineri, & intellige, quid dicit gloſſa ſuper predictum locum Evangelij, ſcilicet, niſi quis more porci vixerit, in eum diabolus non accipit poteſtatem, niſi ad probandum, non ad perdendum.

Item : Quanto plus comprimis aquam inter manus, tanto plus effluit & minus retinetur, ſic eſt de deliciis carnis & ſeculi.

Item : Peregrinus itinerans, qui ſemper ſequitur impul- B f. 214 a, c. 2
ſum venti, raro habet congruum hoſpicium, ſic, qui ſequitur omnem motum carnis, raro habet hoſpicium in celo.

Item : Columba non comedit carnem, ſic nec bonus ſequitur voluptatem carnis.

Item : Columba cum roſtro ſeparat granum frumenti a palea, ſic bonus ea, que ſunt Dei, qui eſt granum A f. 61 b, c. 2.
frumenti, ab ea, que ſunt carnis.

Item : Lignum, quod ſepius fuit accenſum & ſepius extinctum, facilius accenditur, quam lignum viride, quod nunquam fuit accenſum, ſicut eſt de homine carnali, qui ſepius exercuit uſum libidinis, quam ille, qui ſemper fuit caſtus.

Item : De divite & luxurioſo & quocumque ſequente delicias carnis. Caym interfecit Abel, hoc eſt poſſeſſio luctum & penitenciam; Caym enim interpretatur poſſeſſio & Abel luctus.

Item : Per diem Veneris pro deliciis carnis in comeſtione pomi, facta contra Dei preceptum, intravit mors, & eodem die, ſcilicet die Veneris, per carnis amaritudinem intravit vita in cruce, & aperiebatur ianua celi.

Item : Quidam ruſticus guloſus comedit pellem ventris de inteſtinis bovis, & propter tenacitatem pellis remanſit

magna pars pellis inter dentes illius ruſtici, & ipſe non potuit amovere pellem a dentibus & petiit auxilium ab uxore ſua; ipſa autem volens eum iuvare cum cultello acuto abſcidit ruſtici ſuperius labium. Similiter carnalis voluptas abſcidit ab homine delicioſo ſuperius labium, ſcilicet intencionem ad ſuperna, & facit, quod homo non
f. 62 a, c. 1. cogitat de Deo, ſed de eis, que carni placent; « *caro enim concupiſcit adverſus ſpiritum* » (Gal., v, 17).

Item: Sapiens cocus in ollam ſordidam & fetentem tam parum ponit, ſicut poteſt; ſic & homo peritus tam parum ponit in ventrem ſuum, ſicut poteſt, quia omnis cibus & potus in ventre peioratur.

Item : Cum piſcis, qui dicitur lucius, & eſt in aquis ſicut lupus, viderit rete, figit ſe in lutum &, licet pungatur, non exibit ad rete ; ſic dives & delicioſus, cum viderit crucem, figit ſe in terrenas voluptates & carnales, quaſi [1] in lutum, & licet a predicatoribus per ſermonem Dei pungatur, non exibit ad rete Dei, ſcilicet ad crucem.

Item : Magni piſces non tranſeunt per medium rete, ſed capti permanent ; ſic divites non pertranſeunt rete diaboli, ſed capti remanent in eo. Parvi vero piſces pertranſeunt rete & effugiunt ad ſalutem; ſic & pauperes pertranſeunt temptaciones diaboli & veniunt ad crucem & ſic ad Deum, qui eſt auctor ſalutis. Retia diaboli ſunt gula & luxuria, ſuperbia, invidia, avaricia, iracundia, periurium, falſum teſtimonium, lingua mendax, &c.

Item : Multi dant totum florem etatis ſue diabolo & in fine dant furfur Deo ; Dominus enim per ſuam miſericordiam meretricem inveteratam & a mundo deſpectam ad ſe venientem recipit (Luc., VII, 37-50; Ioann., VIII, 3 ſeq.), quia dicit Dominus, « *In quacunque hora peccator,* »
f. 62 a, c. 2. in Ezech. ſcilicet, XIX (XVIII, 23), « *Nolo mortem pecca-*

1 *A* quoque.

toris, &c., *nolo mortem morientis, ſed volo, ut convertatur & vivat.* »

Item : Sicut ſpica frumenti fulgure percuſſa fetet & nullius eſt, ſic & homo percuſſus fulgore luxurie fetet & nullius eſt & eſt obſcurus in peccatis & vacuus a gracia Dei & Dei luce, ſicut ſpica illa nigra eſt & vacua.

Item : Homo in hieme videt hanelitum ſuum, in eſtate nequaquam; ſic homo in adverſitate & in miſeria ſeipſum videt, in proſperitate diviciarum & carnis voluptate nequaquam.

Item : Sicut aqua cadens in terram non revertitur ad vas, unde exivit, ſic nec peccator inpenitens revertitur ad Deum, a quo poſt baptiſmum receſſit.

Item : Acus comparatur penitenti, quia pungit, & confitenti, quia habet foramen apertum, & reſurgenti a peccatis, quia penetrat & conſuit pellem, que eſt de mortuo animali.

Item : Peccator in tot diſtrahitur partes, ad quot illicita diſtrahitur animus illius per conſenſum, oppoſito modo eſt ſalus, quando tota intencio eius contraitur in caritate ad Deum & conſuitur per penitentie acum ad ipſum.

De vocacione hominum ad crucem.

Sicut dominus noſter Ieſus Chriſtus, quando corporaliter fuit in terris, circuivit ſuam Galileam querendo infirmos, ut eos curaret, ſic facit modo Spiritus Sanctus, vocans infirmos ad crucem, ut ſic iterato ſanet eos, quoniam Spiritus Sanctus monet ſemper interius, ut ſurgatis A f. 62 b, c. 1.
ad crucem. Sed caro, mundus, diabolus monet, ut ſurgatis B f. 214 b, c. 1. ; ſcit enim diabolus, quod Spiritus Sanctus eſt ei contrarius. Scindite laqueum diaboli, carnis, & mundi trahentis vos ad infernum & ſurgite per virtutem Spiritus Sancti ad crucem & ſic ad celum !

Item : Dominus noſter pendens in cruce dixit, « *Sicio* » (Ioann., XIX, 28); ſitivit autem illud, propter quod paſſus eſt, ſed paſſus eſt propter ſalutem peccatorum, dicit enim, « *Non veni vocare iuſtos ſed peccatores* » (Matth., IX, 13). Sitivit ergo ſalutem peccatorum & adhuc eam ſitit. Surgat ergo aliquis & det ei bibere, hoc eſt, offerat Chriſto & corpus & animam; valde enim miſer & avarus eſt, qui Chriſtus ſicienti & potum petenti negat dare. Accipiat ergo in humero ſignum ſancte crucis & dicat in corde ſuo : Tibi, Domine, propter me clamanti meipſum commendo !

Item : Matth., XXVII, « *Dederunt ei vinum cum felle mixtum &, cum guſtaret, non bibit* » (34). Per vinum ibi [1] deſignatur quecunque delectacio, « *vinum enim letificat cor hominis* » (Pſalm., CIII, 16), ſic ergo ibi datur intelligi, quod, ſi tibi a mundi nativitate vel diabolo dantur delicie carnales vel ſeculares, quas ſequitur amaritudo & eis eciam commixta eſt, cum guſtaveris eas, non debes eas bibere nec in eis balneare, ſicut porcus pinguis in fetenti luto. Sed abiicias eas & ſequaris Chriſtum, redemptorem
A f. 62 b, c. 2. tuum, ſurge ergo a deliciis & curre ad crucem, unde panem accipies vite (Ioann., VI, 48; XXI, 13). « *Surge, qui dormis,* » &c. (Epheſ., V, 14).

Item : Porcus comedit glandem & nunquam ſurſum reſpicit ad quercum, a qua habet glandem, ſed ſemper oculos ſuos & os ſuum figit in terram; ſic & malus, quamvis omnia bona ſua habeat a cruce, nunquam tamen reſpicit ad crucem, ſed ſe totum in terrenos figit affectus. Omnia bona noſtra ſunt a cruce, quia baptiſmus eſt a ſanguine & aqua, que effluxerunt a latere Chriſti & noſtra redempcio & noſtra ſalus & maxime bona clericorum. Ne ſis ergo porcus, ſed ſurgas & erigas oculos

1 Ibi *add. B, α.*

cordis ad crucifixum pro te ſuſpenſum in cruce, & ſequere me! Euſtachius & Gaufridus, milites Flandrenſes & fratres, ad invicem venerunt in Terram Sanctam, & in amplicando Gaufridus grave vulnus recepit &, antequam ipſe ſanaretur, Chriſtiani cum Sarracenis bellum inierunt, cum ipſe Gaufridus, infirmitate vulneris gravatus, intereſſe non potuit & ideo rogavit fratrem ſuum Euſtachium, quod ipſe non intraret bellum, ſed per xv dies exſpectaret, donec per Dei graciam, ſanitate recuperata, conſortes bellum inirent. Reſpondit autem Euſtachius tanquam verus miles Chriſti cupienſque *diſſolvi & eſſe cum Chriſto* (Phil., I, 23) : Differre nolo, quin invadam inimicos A f. 63 a, c. 1. crucifixi, « *kar grant avantage aueroie de venir à Deu xv. iurs plus tot ke vus,* » & ivit in bellum & martyr Dei factus eſt. Hoc audito a matre ipſorum, ipſa laudavit Deum, quod ipſe ita reſpexerit eam, quod ipſa filium talem peperit, qui ei fuit placabilis. Socij Iacobi de Aventhnes militis dixerunt : Socij noſtris omnes moriuntur, recedamus a Saracenis, & Iacobus dixit, « *Iou ireie plus volentiers là u nus home ne me coneſtreit.* » Ex quo ergo morituri eſtis, ſurgite ſcilicet, ut in morte & per mortem inveniamus vitam!

Item: Si quis habens talentum non ipſum poſſet ſemper retinere, ſed oporteret de neceſſitate eo carere, & ipſe pro ipſo bono talento bonam aliquam civitatem vel aliquod maius bonum iuſte & pacifice poſſet habere, nonne fatuus eſſet, ſi ipſum pro penitus nihilo daret, vel ipſum amittendi ſpe in ambiguo retineret? Talentum tibi commiſſum habes, ſcilicet vitam temporalem, qua de neceſſitate carebis, quoniam mori eſt tibi inevitabile. Ex quo ergo poteſtis pro ea habere gaudium eternum & Deum, quo nihil eſt melius, fatuus es, ſi reſpuas, moriaris ergo in cruce pro Chriſto, & ipſum habebis! A f. 63 a, c. 2. Surge ergo, *ſume crucem meam*, &c. (Matth., XVI, 24).

Homo factus eſt, ut particeps eterne glorie ſit. Dominus vocat te per apoſtolos & prophetas & nos predicatores, ut per crucis ſumpcionem habeas id, propter quod factus es. Surge ergo, &c.

Item: Quilibet fidelis petit a Domino remiſſionem peccatorum & pacem eternam. Dominus noſter offert tibi fideli, quod ab eo petis, dummodo contricio & confeſſio perveniant. Surge ergo, &c.

Item: Quid dices in tremendo die iudicij Domino querenti: Quare noluiſti ad Me venire, quando te mandavi? Cave, ne dicat tibi, « *Amen, amen, dico tibi, neſcio te* » (Matth., XXV, 12), & ne dicat illud horribile tibi, « *Vade, maledicte, in ignem eternum* » (Luc., XIII, 25-27). Ut ſis ergo ſervus obediens Domino tuo & ſecurus in die tremendo, venias ad mandatum, qui dicit, « *Sequere me* » (Marc., II, 14), & cuius nuncius ego ſum, & auctoritate eius te moneo, ut eum ſequaris. Rumpe ergo laqueos falſitatis & ſurge in vera fide & ſume crucem, ut poſſis dicere in die iudicij : Domine, pro me fuiſti in cruce, & ego in cruce pro Te, Tu fuiſti mortuus pro me, & ego pro Te! Surge ergo, ſerve Dei & quia ſervus eius, ideo obedire teneris ei!

Item: Dominus cognovit ſecreta cordium. Si ergo aliquis noſtrum ſit talis, qui propter regnum Anglie vel Gallie temporale vellet ſumere crucem, coniuro eum per
A f. 63 b, c. 1. aſperſionem ſanguinis Iheſu Chriſti, quod ipſe ſumat crucem pro regno celorum, quod eſt eternum & infinitum melius. Intelligite, quod « *Dominus eſt ſcrutator cordium* » & erit iudex noſter (Sap., I, 6). Videte, ne vobis dicat in iudicio: Vos preelegiſtis terrena, & pro eis propoſuiſtis celeſtia; quod abſit, & ne dicat nobis in opprobrium illud, quod eſt in cantico : « *Surgant opes noſtre & opitulentur vobis* » (cf. Deuteron., XXXII, 38), &c. Surge ergo, &c.

Item: Zacharias, » *Revertat ad Ierusalem in misericordiis,* B f. 214 b, c. 2.
& edificabitur domus mea in ea » (I, 16).

Item: Dominus noster conqueritur per Micheam (VII), quod diabolus tot rapit in magna quantitate ad infernum, quod Dominus noster paucos habet & colligit eos, sicut qui « *colligit racemos post vindemiatores.* » Michea vij. capite : « *Ve mihi, quia factus sum, sicut qui colligit in autumpno racemos vindemie* » (Mich., VII, 1). Diabolus enim ad se rapit in infernum superbos, invidos, avaros, iracundos, accidiosos, gulosos, luxuriosos, periuros, falsos testes, detractores, homicidas, qui inpenitentes moriuntur, & tot falsos Christianos, quos Dominus pauci [1] habet. Secus ergo esse cum Christo & evadere a laqueis diaboli, surge cum vera contricione & devocione & recipias sigillum crucis super te, & eris hereditas Christi ei per crucem confirmata quasi per cartam, & in te habitabit quasi in templo suo. Dicit enim apostolus, « *Templum sanctum Dei, quod estis vos* » (1 Cor., III, 16), & in Dominica oratione petitur : « *Pater noster, adveniat regnum tuum,* » scilicet veniat ad te; si ergo homines sunt eius regnum, A f. 63 b, c. 2.
ipse in eis regnabit. Ut ipse ergo in te regnet, & tu ipsum habeas & gloriam eternam, sume crucem & sequere Ihesum!

Item : In Cantico ult. cap., « *Pone me ut signaculum super cor Tuum, ut signaculum super bracchium Tuum, quia fortis est, ut mors, dileccio.* » Dominus noster Ihesus Christus hic invitat te ad sumpcionem crucis & in corde & in opere. Dicit enim : *Pone me,* scilicet crucifixum, tribus clavis ferreis, lancea perforatum, flagellatum, ab hominibus derisum, super cor tuum per compassionem & fidem ut signaculum; crux enim est sigillum Domini, quod maxime timet diabolus, quia in cruce vincebatur

1 *A, B* quod . . . paucos.

& adhuc vincitur, ſed « *quia fides ſine operibus mortua eſt* » (Iac., III, 16), ideo additur : *ut ſignaculum ſuper brachium tuum*, hoc eſt ſuper opus tuum. Eſto igitur peregrinus, ſequere, « *quia fortis eſt, ut mors, dileccio* » (Cantic., VIII, 6), quia dicit Dominus, tam fortis eſt, erat dileccio, qua te, peccator, amavi, quod ipſa animam meam ſeparavit a corpore, & non aliud facit mors, quam illud idem, quia, ut redimeret te ad vitam, ſuſtulit mortem; Ioh., tertio capite : « *In hoc cognovimus caritatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit* » (I Ioann., III, 6). Tanta ſit ergo dilectacio tua ad Chriſtum, quod ipſa ſepararet animam tuam a carnalitate & deliciis carnis, ſicut mors animam ſeparat a corpore. Surge ergo & ſequere preceptum Domini & aſſume ſignaculum Domini, ſcilicet
f. 64 a, c. 1. crucem & in corde & in opere, & offeras Deo corpus & animam, que Ipſe tibi tradidit!

Item : Quamvis acetum ſit amarum, tamen reddit bonum ſaporem ſalſe, ſic & paſſio Domini, quamvis amara ſit, tamen ipſa per compaſſionem dulcorat cogitaciones noſtras & ſermones & opera & reddit eis ſaporem, quia dilectacionem. Et ſicut acetum eſt penetrativum & pungitivum, ſic paſſio Domini penetrat dura corda hominum & pungit per compaſſionem. Compateris ergo Chriſto exiſtenti in cruce & dulcora opera tua per crucis amaritudinem, ut tu habeas dulcedinem eternam!

Item : Dictum eſt Ioſue (Ioſ., VIII, 18) poſt ſubverſionem Iericho : « *Leva clipeum, qui in manu tua eſt contra urbem Hai!* » Quidam clipeus eſt rotundus, ſic & quilibet fidelis habebit coronam in celo, quod ſignificatur per coronam Chriſti; quidam clipeus habet quatuor angulos, ſicut & crux. Supremus angulus eſt fides, qua tendimus in Deum, qui eſt « *ignis conſumens* » (Deuteron., IV, 24) peccata, ſicut ignis conſumit ſtuppam, & quia eſt ſupernus, ideo dicitur « *ſurſum corda* » (Ioſ., II, 11). Infimus angulus eſt

timor Domini, habitus pro peccatis; Iob. (XXXI, 23), «*Semper timui Dominum, quasi fluctus tumentes super me.*» Terre autem motu veniente, si terra aperiretur, timeret A f. 64 a, c. 2. quilibet absorberi a terra, multo forcius clangor tubarum Domini & apercio inferni timeri debent. Tercius angulus est abstinencia contra prosperitatem, ne sit homo habitans in terra sicut talpa. Quartus est paciencia[1] in tribulacione «*secundum multitudinem dolorum meorum*» (Psalm., XCIII, 19), & : «*Si dicebam, motus est pes meus*» (Psalm., XCIII, 18), ut sis ergo securus ab inferno, «*leva clipeum,*» hoc est, crucem! que sint in manu tua per effectum, scilicet, «*in opere contra urbem Hai*» (Ios., VIII, 18), adhereas cruci! Dominus in Evangelio, «*Beati estis, cum maledixerint vobis,* &c., *gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in celis*» (Matth., V, 11 seq.)!

Item : Amos (IX, 6), «*Edificavit Dominus ascensionem suam in celo*» per lapidem in sepulcro, per ferrum & ligna in cruce, per vulnera & sanguinem eius, unde in Cantici cap. V (9 seq.), «*Qualis est dilectus Tuus, dilectus meus candidus & rubicundus!*» quia candidus per innocenciam & rubicundus per sanguinem.

Item : Exempla aliqua quoque interserantur, tum ut magis reddant auditores attentos tum propter remocionem tedij, tum ut per exempla aliorum magis moveantur ad contricionem, tum ut magis fallacem mundi vanitatem contempnant, ut aliquod huiusmodi verbi gracia. Tres fratres milites fuerunt in bello contra Albigensos, & multi fideles interficiebantur, unde duo illorum fratrum flentes dicebant tercio : Proh dolor, hodie omnes moriemur! Tercius autem confortans fratres suos : Moriamur A f. 64 b, c. 1. pro eo, qui pro nobis mortuus est; «*kar io ne sai meilur marchié ke pur un iur de penance aler à Deu.*» Surge ergo

1 *B* sapiencia.

audacter & ſume crucem ! Quidam miles captus fuit a Saracenis & ſuſpenſus ad murum, ubi ſaxa cadebant, que Chriſtiani proiiciebant ad deſtruendum murum, & Chriſtiani proiicere ceſſabant illuc lapides, quia militem timuerunt occidere ibi ſuſpenſum. Quod videns miles coniuravit per aſperſionem ſanguinis Iheſu Chriſti Chriſtianos, quod ipſi propter eum non ceſſarent, & ipſi ideo non ceſſabant, ſed proiecerunt lapidem, qui per Dei graciam percuſſit funes & pannos, per quos pendebat miles ad murum, rupit eos, & miles liberatus eſt & ſalvus cucurrit
. 215 a. c. 1. ad Chriſtianos. Nolite ergo diffidere de Chriſto, ſed firmam fidem habentes in Chriſtum & deſiderium ad eum veniendi, ſurgite per aſperſionem ſanguinis, quam, pro nobis effudit, & ſequimini eum in cruce! Quidam miles, in bello Saracenorum, vulneratus quatuor militibus, audivit, quod medici dicerent, illa vulnera eſſe mortalia, & ipſe cepit arma ſua, que ipſe depoſuerat, & dixit : « Dominus meus Iheſus Chriſtus paſſus fuit pro me quinque vul-
f. 64 b, c. 2. « nera, & ego redibo in bellum & paciar pro eo quintum « vulnus, quia quater paſſus ſum, » & cum armatus eſſet, rediit in bellum & multos occidit Sarracenos & cadens, quinto vulnere recepto, reddidit ſpiritum Chriſto. Surge tu ergo, qui vis reddere ſpiritum Chriſto, &c. Quidam miles in campo erat contra Saracenos & dixit equo ſuo : « Morelle, morelle, pluries tuliſti in bellum cum laude & « victoria, ſed nunquam ſicut hodie, quia hodie feres me « ad vitam eternam » &, pluribus ab eo occiſis, factus eſt martyr in Domino. Surge ergo & eſto martyr Chriſti, ex quo ſis, quod neceſſe eſt, te mori, &c.

Quidam miles Hugo nomine de Bello Campo in bello Saracenorum portans veram Crucem occiſus eſt & dixit : « Nunquam fui in bello campo niſi hodie, & tamen no- « minor de Bello Campo ; ſurge, ut venias ad bellum « campum ! » Hoc eſt Ingeram de Boves, quod miles dixit :

«*Viulte eſt de chevaler ke l'em porte plus toſt hors à l'us les* «*piez ke la teſte,*» & ſurrexit & accepit crucem; multi milites de cognatis ſuis & alij illud videntes & audientes ſimiliter ſumpſerunt crucem.

II

GESTA

CRUCIGERORUM RHENANORUM

INDEX CODICUM MANUSCRIPTORUM.

B. Lond., Br. Muſ., Burney 351 (membr. ſ. XIII).
V. Lugd. Batav., Voſſ. 95 (ch. ſ. XV).

GESTA

CRUCIGERORUM RHENANORUM

* * *

I. *De proceſſu navium.*

f. 2 r°, c. 2. ANNO gracie milleſimo ducenteſimo ſeptimo 1217
p. 221, c. 2. decimo Guilelmus, comes Hollenſis, &[1] ....
p. 222, c. 1. comes de Wide, cum aliis cruceſignatis Theutonie ac Friſie, ad Terram [Sanctam] proficiſci deſiderantibus, apud Vlerdingen congregati ſunt.

Quarto igitur calendas Iunij dicti iam peregrini ſe & Maj. 29
ſua Deo commendantes, oppanſis velis, cum trecentis fere navibus leti mare conſcendunt, vehenteſque ad portum Anglie, qui Dirthmude[2] dicitur, Guilelmum, Hollenſem comitem, in dominum milicie communiter ſuſcipiunt, ſub quo leges & nova iura ob pacis obſervanciam ſunt ſtatuta. Tercio nonas eiuſdem menſis perve- Iun. 3.
niunt ad mare Britannicum, ubi inter rupes in mari latentes[3] navis de Monnheim confracta eſt, unde, reliquis navibus anchoras in fine poſterne apud Sanctum Mattheum figentibus, homines[4] naufragio probati[5] de rupe,[6] quam aſcenderant, ſunt educti. Hinc perveniunt ad por-

1 *B. recenti manu* G[irardus]. — 2 *Sic B. melius quam V.*: Dirchumde. — 3 *B. & V.* latentibus. 4 *B.* fratres. — 5 *Codd.* naufragi probatos. — 6 *B. recte ſupplet.*

1217 tum Phare in regno Legrenensi. Ibi naves in portu relinquentes, petunt limina gloriosi Apostoli Iacobi in Compostella.

Iun. 29. Item: In martyrio Petri & Pauli naves repetuntur, & mare ascendunt. Ubi, orta tempestate sevissima, separate sunt naves, & comes Hollensis portum peciit cum pluribus navibus in regno Portugalensi, in cuius introitu tres naves fracte sunt. Comes vero de Wide cum reliquis V., f. 2 vº, c.
navibus intravit portum in eodem regno. Deinde circa
Iul. 15. idus Iulij graviora passi, parcialiter intrant portum Ulixibonensem. Est enim Ulixibona optima civitas, in monte sita, in eo [1] scilicet loco, ubi auriferus Thagus mari occidentali copulatur.

Hanc civitatem construxit Ulixes, cum a Troia post eius destruccionem discessisset, nunc autem ibi veneratur beati corpus Vincentij levite & martyris. Cum itaque dicti iam crucesignati per aliquot dies in hoc loco morarentur, exspectantes alias naves, accesserunt ad eos Severus, episcopus Ulixibonensis, episcopus Eborensis, [2] Martinus, commendator milicie de Palmela, templarij, hospitalarij cum aliis nobilibus, suas eis continuas tribulaciones & angustias ex nimia vicina Sarracenorum lamentabiliter exponentes, asserebantque, castrum esse in foribus ipsorum a Sarracenis inhabitatum, [3] quod Alkazer, [4] id est *omnium carcer* dicitur, a quo fuissent olim Christiani violenter eiecti & captivati, [5] addentes, hoc castrum in pensione ad mille capita christianorum suo regi de Marroch singulis annis esse obligatum. Sicque pecierunt, ut V., f. 2 vº, c
intuitu christiane religionis ab incolis huius loci valida manu dignarentur eos liberare, cum hoc castrum esset clavis & admirabile incentivum erroris totius Hispanie.

1 *B.* deo. — 2 *V.* Ulixiborensis. — 3 *Vacuum est in B.* 4 *V.* Albarez. — 5 *Vacuum in B.*

Ad hec prefati comites, conſilio cum diſcretis viris habito, 1217.
diſcentes [1] etiam a nautis, iuramento firmantibus, viam maris ex natura temporis, ſuos ventos habentem, eis eſſe precluſam, & preſenciam [2] eorum Terre Sancte minus fore utilem, maxime cum Romanorum rex & Romani, cum multis principibus Alemannie hoc tempore non
[…]. 223, c. 1 tranſirent. Elegerunt itaque medio tempore in obſequio divino deſudare & inimicorum fidei fines invadere, quam apud locum aliquem quieſcendo tanquam ſervi inutiles ocio vacare.

Ab hoc tamen [3] propoſito diſcordabat Werdenſis abbas & omnes fere Friſones & eciam quidam alij, qui proxima
ſexta feria poſt feſtum beati Iacobi ad Ulixibonam cum Iul. 28.
octoginta navibus vel paulo plus receſſerunt, & ſicut poſtea per effectum patuit, ſolus ex eis eo tempore non transfretavit; multi tamen [4] nebula palpabili cecati ad portum Algazer [5] preter propoſitum inviti cum aliis applicuerunt.

[…] 3, r°, c. 1. II. *De obſidione caſtri Algazer & pugna ibidem facta.*

Tercio igitur [6] calendas Auguſti a iam dictis comitibus Iul. 30.
obſeſſum eſt caſtrum, quod in dulcedine terre ſuper multitudine piſcium ac ferarum eſt ſitum, nec [7] longe poſt advenerunt per terram prefati epiſcopi cum magno comitatu & fratres de Gladio cum aliis nobilibus, impletoque protinus foſſato, inſtrumenta [8] bellica contra muros ſunt erecta; [9] acceſſerunt foſſores, ut muros deiicerent, & Sarraceni e contrario fodientes noſtros impediebant. Attamen tam illorum quam iſtorum labore
circum feſtum apoſtoli Bartholomei ex turribus una Aug. 24.

1 *B.* diſcedentes — 2 *B. ſupplet.* — 3 *V.* tum. — 4 *V.* tum. — 5 *V.* Algazor. — 6 *B. ſupplet.* — 7 *V.* ut. — 8 *V.* inſtructa. — 9 *V.* eiecta.

1217. cecidit, nec tamen [1] patuit aditus; interior namque pars muri perſtitit, qui propter latitudinem, decem & octo pedes continentem, non poterat attingi. Proxima B., p. 223, c. 2
Septemb. 9. vero ſequenti [2] feria poſt nativitatem Beate Marie, convenerunt ad muros quattuor Sarracenorum reges in multitudine nimia, ad centum milia taxata. Iſti prope chriſtianos ad unam leucam [3] fixere tentoria, volentes eos fugare aut penitus captivare. Chriſtiani de pugna propter V., f. 3, r°, c.
equorum indigenciam diffidentes, foſſato citiſſime facto, ſe & ſua precluſerunt, ſed omnipotens Deus, qui *ſuperbis reſiſtens humilibus ſuam dat graciam* (Iac., IV, 6), dignatus eſt ſuos confortare in tantum, ut in ipſo medie noctis ſpatio nobis in auxilium mitteret Petrum, magiſtrum [4] milicie Templariorum, citra [5] mare Deo militancium; mane
Septemb. 11. autem facto feſtivitatis Prothi & Iacinti, in elacione maxima predicti reges a parte orientali ad pugnam ſunt ordinati. At chriſtiani, minores quidem numero, ſed forciores merito, ſuas acies debito ſtruxerunt ordine a parte occidentali; illi viribus, iſti fide confident. At Martinus, commendator Palmele, parvus quidem corpore, ſed non impar leoni cordis ferocitate, vexillum dextra vibrans ruiture [6] gentis medium prorupit in agmen, cui non minor ipſo iungitur in pugna Petrus, milicie Templi prelatus, quos audacter ſequitur non ſegnis turba ſuorum. Hic equus [7] opponitur equis, hic enſibus enſis. Hic clipeus clipeis, hic obruta caſſide caſſis. Quid multis moramur? B., p. 224, c. 1.
Virtus divina ſuperbos humiliavit humileſque ſuos victores effecit; nam unus ibi regum in primo congreſſu cecidit, & ceterorum interfectorum non eſt numerus [8] V., f. 3, v°, c.
preter captivos, qui infiniti erant. Nec reticendum, quod, dum captivi per exercitum ducerentur, querebant ſigna

1 *V.* tum. — 2 *B.* & *V. falſo* ſexta *pro* ſequenti, *quod Annal. Colon. max. præbent.* — 3 *B.* leugam. — 4 *V.* magnum. — 5 *V.* circa. — 6 *V.* ructure. — 7 *B.* equis. — 8 *T.* unus.

victorum, afferentes, candidiffimam aciem, cruces rubeas gerentes, fuorum catervam in fugam convertiffe. Infuper & galee, quas per mare contra noftros adduxerant, funt fugate, relinquentes noftris equos, kemmelinos & tentoria cum tota fuppellectili fua. [1] Deinde noftri, comite Girardo femper duce, ad infultus murorum funt reverfi, & interfecti funt tam de chriftianis quam de Sarracenis, ifti lapidibus, illi fagittis. Hic Weftfali & Saxones fuam audaciam more fuo profuderunt, & Rhenenfes, ingenio & facto non impares, ad eam viriliter convolabant, Nuffienfium quoque [2] clipei fub alba cruce rofei in muro fuccidendo non modicum funt incenfi. Erexerunt eciam noftri inftrumenta diligenti ftudio inventa, [3] que de heuenho [4] nuncupantur. 1217

Circa feftum vero Undecim Milium Virginum per foffores cecidit altera turris. Tunc demum perterriti [5] infelices illi caftrum reddiderunt, dantes fe & fua in manus[6] peregrinorum eo pacto, quod finguli, totidem chriftianos de captivitate reftituturi, vitam redimerent. Sed dominus caftri, Abur dictus, cum pluribus obfidibus fuper pacto fervando acceptis baptifmum peciit, nec longe poft in errorem priftinum eft reverfus. Invente funt in hoc caftro tam de viris quam de mulieribus, parvulis & maioribus, circiter tria milia perfone, que omnes venumdate funt & inter peregrinos partite; hic a matris ubere infans eft raptus, & fponfus a fponfa, prout fors dictavit, eft divifus. Nec [putamus] [7] omittendum, quod quidam ex chriftianis, odorem lucri fectantes, contra interdictum muros tranfcenderunt, purpuras cum ornamentis aureis & argenteis diftrahentes. Sed admonicione fub pena excommunicacionis facta, finguli, quod rapuerant, retu-

Octob. 21.

V., f. 3 v°, c. 2.

B., p. 224, c. 2.

1 *V.* fuperlecti. — 2 *V.* quorum. — 3 *V.* invecta. — 4 *V.* heveho. 5 *V.* preteriti; *B.* preterriti. — 6 *V.* manum. — 7 Vacuum *in V.* & *B.*

1217 lerunt ſibique [1] communiter [2] diviſerunt. Quidam tamen [3]
eorum, pulchretudine rei rapte ſeductus, obediencie iura
temerare preſumpſit, qui, dum cibum capere debuiſſet,
ad primam ſtatim bucellam pene ſuffocatus periculum
per confeſſionem, miſerante Deo, evaſit & poſt hec ſub-
Novemb. 1. lata fideliter reſtituit. Poſt feſtum Omnium Sanctorum
univerſus exercitus chriſtianorum, cum reddidiſſent caſ-
trum fratribus de gladio, reverſus eſt Ulixibonam, ubi V., f. 4 r°, c. 1.
toſtularia [4] bonis omnibus redundabant. [5] Et ecce miracu-
lum ſemper advertendum. Singule enim regiones & loca
copiam peregrinis prebebant omnium, ſed in ſola eorun-
dem patria [6] poſt ſuum diſceſſum penuria eſt ſubſecuta,
ſpecialiter autem Deus clericis providit; nam in Ulixi-
bona theologum litteratiſſimum invenimus, qui, relictis B., p. 225, c. 1.
temporalium çuris, ſoli contemplacioni ſtudioſius inten-
debat, per cuius doctrinam in dulcedine ſacre pagine
refocillati ſumus.

III. *De expedicionibus in Terra Sancta factis.*

Cum itaque apud Ulixibonam per hiemis ſpacium quieſ-
cerent, patriarcha Iheroſolimitanus cum copioſiſſima
multitudine peregrinorum, qui per terras venerant, in
tranſmarinis partibus vigilabat. Feria namque ſexta poſt
Novemb. 3. feſtum Omnium Sanctorum idem patriarcha cum ligno
crucis Dominice ſecutus eſt exercitum, qui preceſſerat ſic
Recordanam. Hoc autem lignum dulce poſt Terre Sancte
amiſſionem per manus chriſtianorum eſt ſervatum, ſed,
imminente bello contra Sarracenos, ſano conſilio divi-
ſum eſt ob hanc cauſam, ut pars una deferretur ad pre-
lium, ubi propter hominum peccata perdita eſt, reliqua V., f. 4 r°, c. 2.
vero pars uſque ad hec tempora diligencius eſt cuſto-

1 *B.* pro que quod. — 2 *V.* comiter. — 3 *V.* tum. — 4 *B.* tortularia; *V.* torcularia. — 5 *V.* redundabat. — 6 *V.* priora.

dita, cui rex Ungarie & dux Auſtrie nudis pedibus 1217
occurrentes oſculati ſunt, obviam euntes ſoldano Babylonie, cuius filius Coradinus, pugnaturum ſe contra chriſtianos, iactaverat. Venientes itaque noſtri ad fontes Tubanie, premiſſis exploratoribus, ſigna hoſtilia cognoverunt. Sequenti vero die prope montes Gilboe venientes Nov. 4.
Bethſanam proceſſerunt, ubi caſtra fixerat adverſarius & ille trium regum preſenciam fugiens terram vaſtandam
B., p. 225, c. 2. reliquit chriſtianis. Unde Dei populus Iordanum, qui prope eſt, tranſiens in vigilia Martini, in ipſo pacifice Nov. 10.
corpora lavit. Deinde [2] ſecus mare Galilee peragrando loca, in quibus Salvator converſatus eſt, conſpeximus & per Capharnaum, infirmos noſtros portantes, noſtri Achon reverſi ſunt cum multitudine captivorum & preda magna. Epiſcopus autem Achonenſis, predicator dulciſſimus, parvulos omnes, quos vel prece, vel precio obtinere potuit, baptizavit & inter religioſos applicare diſpoſuit. In ſecundo equitatu ventum eſt ad montem Thabor, ubi
V., f. 4 v°, c. 1. impuberem Sarracenum, viam [3] nobis nunciantem, ſacerdotes baptizabant. Dominica vero adventus Domini Dec. 3.
prima peregrini ad laborem ſunt invitati & in primo inſultu ſtraverunt caſtellanum deſcendentem & amiraldum unum cum ſociis ſuis. Sed non multum ibi morantes ab impugnacione caſtri receſſerunt, averſionis ſue cauſam ignorantes, ſed credendum, Deum ſibi ſoli gloriam reſervaſſe; nam ipſi poſtea Sarraceni caſtrum predictum famoſiſſimum propriis manibus devaſtarunt. In tercio equitatu, cum patriarcha & ſacri epiſcopi non interfuerunt, exercitus Domini fines Thyri & Sydonis iuxta Sareptem adivit. In vigilia natalis [Domini] [4] & ſequenti nocte maximam Dec. 24.
tempeſtatem paſſus eſt & omnium fere neceſſariorum

1 *V* prudentiam. — 2 *V.* denique. — 3 *B.* vera.

4 *D. in codd.*; *ſupplemus ex Annalibus Col. max.*

1217 penuriam, que niſi abbreviata fuiſſet, hiemis aſperitas quam plurimos extinxiſſet.

1218 Poſt hec milicia quadrifarie diviſa; rex Ungarie, rex B., p. 226, c. 1
Cypri, a patriarcha & nobilioribus licet fruſtra ad manendum invitati, cum magna parte exercitus Tripolim ſunt profecti, ubi modico poſt tempore Cypri adoleſcens mortuus eſt. Alia pars exercitus, gule deſerviens, remanſit in Achone, expectans paſſagium vernale. Rex Iheroſolimitanus & dux Auſtrie vitam cum rebus pro Domino laudabiliter fundens cum epiſcopo Traiectenſi & Monaſ- V., f. 4 v°, c. 2
terienſi aliiſque epiſcopis caſtrum Ceſaream [1] viriliter ſimul & utiliter firmaverunt. Templarij vero cum paucis auxiliatoribus peregrinis & hoſpitali de domo peregrinorum caſtrum Filij Dei, quod olim diſtrictum, nunc caſtrum Peregrinorum appellatur, edificare ceperunt, quod poſitum eſt inter Cepha & Ceſaream iuxta mare. Terra autem circumiacens mire eſt fertilitatis, & portus piſcatoribus utilis ſe adiungit. Nec ſilendum, quod, dum propter agros exhauriendos foderetur, inventus eſt murus, ſub cuius fundamento argentum & nummi monete modernis incognite ſunt inventi.

IV. *De paſſionibus navigancium.*

His itaque in Domino citra mare & ultra feliciter peractis, iam Martius nautas evocaturus inſtabat, & ecce populus navalis, qui apud Ulixibonam hiemaverat, ad
mare properare feſtinat, &, conſilio habito, ordinatum B., p. 226, c. 2.
eſt, ut comes de Wide in navi ſua duas [2] ferendo laternas cum duodecim navibus precederet, & comes Hollamenſis
unica lucerna in ſignum ſequencium pro tutela medius V., f. 5 r°, c. 1.
viginti quattuor coggonibus adiungeretur. [Sabbato] [3] igi-

1 *Codd. legunt* ſe. — 2 *In B. margini inſcriptum eſt.*

3 *V. legit* Sabbon ; *B. præbet verbum, quod legi non poteſt.*

tur in paſſione velis oppanſis, ordinate mare conſcen- 1218 Mart. 31.
dimus, venienteſque ad portum Cadix. Comes de Wide
a via recta devians ipſum portum poſt crepuſculum cum
paucis intrat navibus ibique caritati opus laudabiliter
exercens, fratres ſuos, qui duabus navibus ibidem nau-
fragium paſſi ſunt, ſalvi tamen rebus & corpore, cum
magno labore & timore paganorum litora undique cin-
gencium colligebat. Interea comes Hollenſis maiorem
partem navium, que iam ſtrictum mare pertranſierant,
cum decem & octo navibus comitatur. [1] Huius autem
maris latera adſtricta & in Europam terminata, mon-
tibus altiſſimis ſimeas nutrientibus precinguntur, caſtris
eciam ac villis, oppidis & civitatibus [circum]ſepta,
quoque mercatoribus nota, decorantur; longitudo ipſius
navali curſu metienda ſex horarum ventum expoſtulat,
latitudo vero orizuntha in apprehenſione hominis equi-
tantis intelligibilem parumper excedit. Cumque iam
V., f. 5 r°, c. 2. primi mare [2] aliud ſecura puppe ſulcarent, ecce due naves
paganorum, diverſis rebus onerate, ex improviſo noſtris
B., p. 227, c. 1. occurrerunt. Nec mora; in hoſtes vertitur prora, ſtatim-
que inimici capiuntur, & naves aquis & ignibus periture
relinquuntur. Poſtquam autem ex preda tanta exhylarati,
de comitis tamen abſencia magis anxij, longius proce-
deremus, ventum eſt ad montem, qui caput Martini
nuncupatur, & ſequenti die, videlicet in cena Domini Apr. 12.
aër ſevior [3] apparuit, nubes ut argentum puriſſimum
bene politum rutilabant, & omne vaporabile inventum
eſt reſolutum, ortaque eſt tempeſtas modernis inaudita,
que etiam diebus quattuor continuo perduravit. Illic na-
vium malos ruere vidimus, [4] vela ſciſſa, & bachi, [5] ruptis
cordis, de navibus ſunt ſoluti; minatur mare mortem,
terra, circumquaque Sarracenis occupata, martyrium pro-

1 *V.* cominatur. — 2 *V.* maris. — 3 *V. omittit.*
4 *V.* videlicet. — 5 *B.* batchi.

1218 mittebat. Naves itaque ſui gubernaculi freno carentes cum procellis rapte ſunt & ad diverſos portus querendos longe lateque ſunt diſperſe. At tamen Nuſſienſes cum paucis navibus ad vocacionem patroni ſui beati Quirini aliorumque ſanctorum interventu, apud inſulam prope Minorke Kiporoure [1] dictam, Saraceno monſtrante, quem quidam V., f. 5 v°, c.
April. 13. detinuerant captivum, portum in Paraſceve feliciter adierunt. Confugerant autem mercatores ad eundem portum
April. 15. ob eandem cauſam, qui nobiſcum in die Paſche ſacratiſſimo chriſtiani corpori & ſanguini communicarunt.
April. 16. Secunda feria, ductoribus ab eiſdem acceptis, greſſus noſtros verſus Meſſanam leto pede dreximus, venienteſque B., p. 227, c.
prope Siciliam divina potencia totius boni cauſa, que iam nos aquarum & aëris commocione tribulatos probaverat, ſuos adhuc igne caſtigare diſponebat; proxima
April. 23. namque nocte poſt octavas Paſche coruſcaciones ſubito ſuper nos orte ſunt, & ecce tonitrus in ſono ac motu acutiſſimus omnes noſtros in extaſim rapuit, & aliqui, quos deditos ſomno putabamus, in Domino dormierunt, multi eciam ex fulminum uſtionibus cicatrices in memorale perenniter tenuerunt.

V. *De expedicione ad Damiatam.*

Anno gracie milleſimo ducenteſimo octavo decimo coggones innumerabiles ad portum Achonenſem applicuerunt, ſine quibus non expediebat exercitum navalem in Egyptum dirigere. Rex & patriarcha cum flore Auſtrie hoſpitalibuſque & templariis conſilio Spiritus Sancti expe- V., f. 5 v°, c. 2.
dicionem in Babyloniam, fide interpoſita, voverunt, prefigentes peregrinis, qui pericula maris plenius experti ſunt itineris, [2] labores in exaltacionem [3] ſancte crucis. Unde

1 *V.* Biporo. — 2 *Codd.:* iterini laboris exaltacionem (*V.* exaltacione) S. Crucis. — 3 *V.* quum.

accidit, ut in Aſcenſione Domini, quando [1] naves egredi 1218 Mai. 24. debebant, prout iuraverant, ex inſperato viginti tres coggones ſubſequentes applicarent.

Porro cum maiores, cum ligno ſancte crucis precedentes congregacionis locum apud Diſtrictum ſervarent, ., p. 228, c. 1. claſſes minorum & humilium, Chriſto [2] duce, Damiatam infra triduum applicuerunt, & mirum dictu, qui tardius Achon a tergo reliquerant, per duas quidam hebdomadas quidem & ſupra, aliqui eciam per menſem, vel amplius mari ſunt detenti, Domino autem humilium affectum dirigente, Friſones & Theutonici cum aliis numero paucis terram audacter conſcendunt. Pagani, noſtris obviantes, Friſonicis corruunt telis, ceteriſque viriliter repulſis tentoria inter mare & Nilum decentiſſime ſunt ordinata.

., f. 6 ro, c. 1. Damiata, id eſt, omnium civitatum Egypti domina, in ripa Nili iuxta mare magnum in inſula immo ſuperflorida [3] eſt ſita. Hec pratis ſemper virentibus, hortis ac pomeriis, palmis & arboribus nobiliſſimis iocundatur; muri civitatis turrium fortitudine ſuperbientes foſſatis ac fluviis circumcinguntur. Verſus occidentem, ubi per Nilum preſtatur aditus, pro cuſtode in medio fluminis huius poſita eſt turris, que clavis Damiate & porta totius Egypti poteſt nuncupari; nam muro civitatis ad hanc turrim cathena Nilum claudens protenditur, que ſolis mercatoribus, ad replendam Egyptum feſtinantibus, ad effuſionem thelonei ſolita eſt aperiri.

VI. *De expugnacione turris Damiate.*

Advenientibus autem patriarcha, rege & duce Auſtrie, ., p. 228, c. 1. in divino labore glorioſo contra turrim erecte ſunt machine, petraria & trabucoli, ſed hec omnia vix pulverem

1 *V.* procedentes. — 2 *V.* Chriſtiano.

3 *V. & B. legunt* tempore vel *ſimile, quod nihil valet.*

1218 de turris eiuſdem ſuperficie viſa ſunt excuſſiſſe. Quid ergo viri virtutis agerent! Miro ingenio magniſque laboribus & expenſis ſcale due ſuper naves, quas verius pontes nuncupandas cenſeo, extenduntur, ſed heu! feſtinancia V., f. 6 r°, c. precipitavit opus; nam, cum ad turrim iam applicari debuiſſent, fracti ſunt mali, milites quoque & nobiles ſarianti, a predicto ponte cadentes, pro nobis melius pugnaturi celeſti curie per martyrium ſunt oblati. Ex hoc facto Sarraceni, in Deo ſuo Mahumeth animati, pugnam nobis minabantur.

E contra templarij, in armis imperterriti, militeſque hoſpitalarij cum peregrinis in occurſum eis veniunt & inveniunt, ſed ad primum congreſſum filij perdicionis terga vertunt inglorij, quoſdam tamen nobiles noſtri reliquerunt occiſos. Deinde blaſphemia ceſſante, quam cum ſuis predicatoribus patriarcha compeſcuit, ad novas ſtructuras, prioribus forciores, reverſum eſt. Theutonici ergo, ad omnia promptiſſimi, & Friſones hortatu magiſtri Oliverij Colonienſis ſcolaſtici ex puris eleemoſynis duos emptos coggones ſubtiliter coniunxerunt, in quibus ſuper quattuor malos pontem & propugnaculum miro artificio diſponentes, ipſas eciam naves contra ignem & machinarum V., f. 6 v°, c. 1
lapides munierunt, completoque iam opere, mille ſexcen- B., p. 229, c. 1
tarum marcarum in eius complecione excrevit debitum. Ad quarum perſolucionem [1] famoſiſſime Colonie civis Henricus de Hernothe quindecim marcas auri & decem argenti contulit, qui non longe poſt, centuplum recepturus, vitam in Domino feliciter conſummavit. Similiter flos Theutonie, id eſt comes Adulfus de Berge, Francorum omnium caput & Friſonum, in cuius conſilio totus ſpem ſuam ponebat exercitus, felici fine deceſſit, cuius oſſa apud hoſpitale Theutonicorum venerabiliter ſunt

1 *Locus perverſus videtur; B. habet in margine* excrevit debitum; *V. omittit.*

locata. Infiniti eciam alij & theologi in parienſi fonte 1218
nutriti ex inordinata dieta, diſſenteria comitante & calore cunctis febribus forciore, corpora ſua Terre Sancte, animas vero filio Virginis reliquere. Poſt predictum comitem ſemper memorandum, comes Gerardus de Wide in milicie dominum a Teutonicis communiter [1] eligitur.
V., f. 6. v°, c. 2. At ille non minor animo, quam corpore viros & milites ſtrenuiſſimos ad officium predicte navis ordinavit ſingulos ad ſuos labores ſagaciter deputando, poſt hec, oracione ad Dominum fuſa, & ad Crucem ſanctam proceſſione devotiſſime peracta, navis chriſtiana in aſpectu [2] terribilis ſed decora die Beati Apoſtoli Bartholomei cum magno Aug. 24.
labore ad turrim trahitur. E contra pagani ad omnia ſubtiliſſimi ad deſtruendum pontem machinas collocant.
B., p. 229, c. 2. Cumque [3] ſtructura, in Domino iam iamque triumphatura, ad ſummitatem turris applicaretur, [4] ſcala, cordis ſuis parumper laxatis, turri demiſſius eſt ſuppreſſa, de qua vexillifer ducis Auſtrie, primum aſpirans introitum, decidit & ſic pro ſociis ad filium Virginis exorandum eſt deſtinatus. Nec mora, Sarraceni ſuper noſtros lapides & ſagittas pluere viſi ſunt &, quod gravius eſt, ignem ſine menſura proiiciunt, ad cuius attactum ſcala impetuoſiſ-
V., f. 7, r°, c. 1. ſime eſt ſuccenſa. Nunc dolor, nunc planctus, ploratus & ululatus a noſtris ad terram toto corpore, ad Deum ſolo corde profuſis [5] eſt auditus, patriarcha eciam Iheroſolimitanus coronam capitis ſui harena & pulvere humiliter conſpergebat.

Et ecce, ignis diabolicus per lacrimas Sanctum Bartholomeum ſic invocancium eſt exſtinctus. Ad pugnam itaque filij Dei redeunt, lancea & cuſpide inimicos invadunt, ſicque haſte per minima fracte in aëra more telorum volancium reſiliunt. Ad ultimum, hora veſperorum facta,

1 *V.* comiter. — 2 *B. ſupplet.* — 3 *V.* omnique. — 4 *V.* applicarentur. — 5 *B.* profuſi.

1218 Friſo quidam, flagello mirabili munitus, ſuperveniens & alter clava ſua non impar hoſtes propulerunt, ſed [1] miles quidam, iuvenis Leodienſis diœceſis, Spiritus Sancti virtute confortatus, turrim prius aſcendens intravit. At pagani Dei potencia percuſſi, ad inferiorem turris locum confugiunt, ſed adhuc faciunt, quod poſſunt; nam fumum palpabilem contra noſtros, ſed fruſtra, procreant; B., p. 230, c. 1. quo ceſſante, tunc demum reſidui in manus ſe chriſtianorum dedentes, [2] de turri centum circiter ſunt extracti; V., f. 7 r°, c. 2. multi vero ex eorum ſociis, fugam petentes, in Nili fluminis alveo ſunt ſubmerſi. Exultate igitur & in Domino letamini omnes, qui terram Chriſti, ſanguine ſanctificatam, diligitis; via & enim nobis & porta in Iheroſolimam per filium Virginis eſt aperta!

Mons [3] Thabor & alia caſtra chriſtianis infeſta per manus inimicorum ſunt deſtructa. Inter paganos quoque [4] pluſquam civilia bella geruntur, & regna eorum, prognoſticon ſue deſolacionis, undique dividuntur.

Poſt captam turrim in profunda Nili fluminis ſitam Sephedinus inveteratus, dierum malorum dolore tactus nimio, exheredator & peremptor fratrum ſuorum & regnorum uſurpator, mortuus eſt & in inferno ſepultus. Poſt-
Octob. 9. modum in feſto Sancti Dionyſij Sarraceni, galeis & loricis armati, improviſi venientes & principia caſtrorum, ubi Romani tentoria fixerant, invadentes, modica chriſtianorum manu repulſi ſunt, recurrencium celeriter ad galeas, V., f. 7 v°, c. 1. qui gladios perſequencium ac fluminis voraginem vix evadere potuerunt, & ſicut a Sarracenis poſtea didicimus, ad mille circiter quingentorum numerum in Nilo
Octob. 26. ſunt ſubmerſi. In feſto autem Sancti Demetrij, qui Beati B., p. 230, c. 2. Dionyſij frater uterinus fuiſſe dicitur, ſummo diluculo caſtra templariorum invaſerunt hoſtes &, modicum nobis

1 *V.* ſcilicet &. — 2 *V.* debentes. — 3 *B.* & *V.* montes. — 4 *V.* quo.

damnum inferentes, per expeditos equites noſtros ad 1218
pontem, quem procul a nobis in ſaniori parte fluminis conſtruxerant, ſunt refugati & ad quingentorum numerum ibidem interfecti ſunt. Et quia chriſtiani populi multitudo Deo placere probabatur, huiuſmodi [1] flagello meruit caſtigari. In vigilia Sancti Andree Apoſtoli nocte Nov. 29.
media fluctus intumuerunt marini, excurſus uſque ad caſtra fidelium terribiliter facientes & ſemper creſcentes, ab alia vero parte fluvius inundans occupavit improviſos; natabant tentoria, periere cibaria, piſces fluviales & marini, quaſi [2] nihil timentes, ſe cubiculis ingerebant, quos noſtris manibus prendidimus. Et niſi pietate ineffabili ſuis Dominus pepercillet, in foſſato, quod tamen in
V., f. 7 v°, c. 2. alios uſus factum fuerat, mare iunctum flumini homines cum iumentis, naves cum armis & victualibus in hoſtem detraxiſſet. Quod tamen [3] periculum quattuor illi coggones, ſuper quos ad capiendam civitatem edificata ſunt propugnacula, nequamquam evadere potuerunt, ſed cum quinta navi, que cum eis erat, vi ventorum precipitati
B., p. 231, c. 1. ad propoſitam ripam ante oculos noſtros ſunt igne greco combuſti, pepercitque Dominus Friſonum & Teutonicorum laboribus, quibus in capienda civitate deſudaverant. Naves onerarie, que in portu maris ſtabant, [4] ruptis repente funibus, perierunt, duravitque [5] per triduum hec tempeſtas continuum.

Quo elapſo, conſolans ſuos Dominus imperavit ventis & mari, & reddita eſt ſerenitas. Invaſit eciam multos de exercitu peſtis quedam gravis, contra quam phyſici nullum poterant invenire remedium; dolor repentinus pedes invaſit & vincturas crurium, caro corrupta gingivas [6] & dentes obduxit maſticandi potenciam auferens, tibias
V., f. 8 r°, c. 1. horribilis egritudo fuſcavit, & ſic longo tractu doloris

1 *V.* humaniori. — 2 *V.* qui. — 3 *V.* tum. 4 *V.* ſtabat. — 5 *B.* duravit. — 6 *V.* ginguias.

1218-1219 afflicti, cum multa paciencia migrarunt ad Dominum.
Quidam autem uſque ad tempus vernale durantes, bene-
ficio caloris evaſerunt periculum. Poſt dictam tempeſta-
tem naves iterum parabantur ad tranſitum fluminis, que
cum magno periculo ſurſum aſcendentes inter civitatem
& turrim captam machinis & igne greco cum iaculis
plurimum ſunt impedite.

Unde accidit, ut una ex navibus templariorum, vi tor-
rentis[1] rapta, prope ripam civitatis precipitaretur ad hoſtes,
qui cum barbotis & uncinis ferreis ipſam impugnaverant, B., p. 231, c. 2
ignem grecum cum lapidibus de turribus proiicientes.
Et cum ſic prevalere non poſſent propter defenſorum
audaciam, navem [2] aſcendentes ad templarios aſcende-
runt, ubi cum diutiſſime pugnaretur, tandem navis per-
forata, ſive ab hoſtibus, ſive a noſtris, neſcitur, profun-
dum peciit ſubmergens Egyptios cum chriſtianis adeo,
ut mali ſummitas ſuper aquam vix appareret, & ſicut
Samſon moriens plures ſtravit quam vivens, ſic & iſti
martyres [3] plures ſecum traxerunt in aque voragine, quam
gladiis interficere potuiſſent, cumque cives Damiate in- V., f. 8 r°, c. 1.
fortunium ſuum quinque diebus planxiſſent, exinde pon-
tem reparantes aperturam adeo reliquerunt anguſtam, ut
naves noſtre ſine periculo tranſire non poſſent. Theuto-
nici vero & Friſones, zelo iuſte indignacionis accenſi, cum
minima navi, galia nuncupata, pontem viriliter invaſe-
runt, & viri non plures quam decem cum Dei auxilio
contra omnem Babyloniorum multitudinem pontem
aſcendentes, cetu chriſtiano ſpectante & hanc probitatem
plurimum extollente, fregerunt & ſic cum quattuor navi-
bus, ſuper quas erat pons fundatus, cum triumpho reverſi
ſunt, viam liberam & apertam ſurſum velificantibus relin-
quentes. Sarraceni poſt hec periculum ſibi [4] imminens

1 *Codd.* currentis *pro* torrentis. — 2 *V.* nave. — 3 *Codd.* mattes. — 4 *V.* ſic.

B., p. 232, c. 1. attendentes, ripam, nobis oppositam, fossatis & argillosa 1219
materia cum propugnaculis ligneis altis munierunt, machinas & petrarias ibidem locantes, per locum illum transeundi spem nobis auferre gestiebant. A casali vero, quod miliario fere distat a civitate, ubi hec nova municio im-
V., f. 8 v°, c. 1. minabatur, per transversum fluminis navium immersiones fecerunt cum palis infixis gurgiti.

Apostolice vero sedis legatus, desiderium habens bonum obsidendi civitatem, naves, superius congregatas, urgebat ad transitum. Unde coggones propugnaculis & castellis, viris eciam armatis muniti,[1] galeis navibus sequentibus, Christo[2] duce, per scripta pericula in transione[3] evaserunt, hostes autem, dissimulato metu, tres ordines armatorum stacioni navium nostrarum composuerunt. Unam peditum super ripam cum clipeis, quos tarchias appellant, lineariter[4] ordinarunt, secundam post dorsum illorum similem priori, terciam equitum longam & terribilem, ictibus lapidum & telorum vexancium stacionem christianorum. Sane in festo Sancte Agathe, cum coadunatus Febr. 5.
esset populus fidelium, qui die sequenti erat transiturus, pluvie & venti multum discriminis nostris contulerunt, sed pius Deus, respiciens ad castra suorum, quod secun-
B., p. 232, c. 2. dum causas inferiores difficile videbatur, facillimum effe-
V., f. 8 v°, c. 2. cit, sue virtutis innovans miracula. Post mediam siquidem noctem tantum pavorem soldano Babylonis & catervis eius incussit, ut, relictis castris, Egyptiis [ignorantibus],[5] quos ad resistendum ordinaverat, in sola fuga spem poneret. Quidam autem apostata, qui, multo iam tempore christianam legem transgressus, soldano militaverat, stans in ripa gallice clamabat :

Quare moramini ? Quid trepidatis? Quid hesitatis ?[6]

1 *V. & B.* munitis. — 2 *V.* Christiano. — 3 *V. & B.* in transiones. — 4 *V.* ligne autem ; *B.* lineanter. — 5 *Supplemus ex Oliverij Historia Damiatina, p.* 1408. — 6 *Corrigendum videtur e textu Oliverij, pro* esuritis, *quod codices præbent.*

1219 Soldanus abiit! &, hoc dicto, in navem chriſtianorum ſe recipi poſtulavit, ut in poteſtate eorum poſitus fidem dictis faceret. Mane autem inchoata diei feſti miſſa: *Gaudeamus omnes in Domino*, cum nunciaretur principibus, ſoldanum fugiſſe, Egyptios quoque receſſiſſe, noſtri certatim & alacriter abſque impedimento tranſierunt, ſed, quia, ut ſuperius relatum eſt, foſſatis & limoſa materia cum propugnaculis hoſtes munierant loca, tanta in aſcenſu fuit difficultas, ut vix equi ſine ſeſſoribus & ſellis eiecti poſſent aſcendere. Templarij preduces in aſcenſu equorum, erectis ſignis, peruici curſu ad civitatem veniunt, ſternentes perfidos, qui, audacter de portis egreſſi, venien- V., f. 9 r°, c. 1.
tibus occurrerunt. Sic noſter exercitus tentoria & manubias fugiencium diripuit, tarchias plurimas & omnes galeas cum barbottis & aliis navibus, que infra caſale uſque ad B., p. 233, c. 1.
civitatem inveniebantur, cum aliis ſpoliis victores occupaverunt. Multi bellatores, relictis uxoribus ac filiis, territi propter inopinatum tranſitum, de Damiata fugerunt, & ſic per gyrum firmiter obſeſſa eſt civitas. Sed quo modo ſcriptum eſt: « *Extrema gaudij luctus occupat* » (Proverb., XIV, 13), ſic & ve [1] ſucceſſibus eciam felicibus a caſibus adverſis! Agente ſiquidem quorumdam falſorum fratrum perfidia factum eſt, ut hoſtes, reſumptis viribus & animis, adveniente Coradino cum Alappinis & maxima multitudine, obſidentes civitatem chriſtianos periculoſius obſiderent &, niſi [2] per divinum conſilium prima caſtra, que erant inter mare & fluvium, retenta fuiſſent maxime per Friſones & Theutonicos, portus nobis ablatus fuiſſet, & negocium plurimum periclitatum vacilaſſet. Sed ut miraculum prefati tranſitus commendaretur & ſoli Chriſto [3] V., f. 9 r°, c. 2.
aſcriberetur, ad tantam Sarraceni devenere temeritatem, ut diluculo ſabbati ante terciam Quadrageſime Domini-

1 *V.* ne. — 2 *V.* ubi. — 3 *V.* Chriſtiano.

cam, nobis talia non ſuſpicantibus, cum multitudine 1219 Mart. 9.
gravi propius accederent & in ipſo ſe foſſato precipitarent, ſed auxilio divino cum gravi damno equitum & equorum ſuorum repulſi ſunt.

Anno gracie milleſimo ducenteſimo nono decimo
., p. 233, c. 2. regina civitatum Iheroſolima deſtructa eſt a Coradino, Saphadini filio, foris & intus; muri eius cum turribus preter Templum Domini & turrim David in acervos lapidum ſunt redacti, de ſepulcro Domini glorioſo deſtituendo conſilium habuerunt Sarraceni & per litteras comminati ſunt, quas civibus Damiate ad ipſorum ſolacium tranſmiſerunt. Sed huic temeritati propter loci reverenciam nemo preſumpſit manus opponere, ſicut enim in alcorano, libro legum eorum, ſcriptum, hunc Ieſum Chriſtum, Dominum noſtrum, credunt de Maria virgine conceptum & natum, quem ſine peccato vixiſſe prophetam & plus quam prophetam profitentur, cecos illuminaſſe, leproſos mundaſſe, mortuos ſuſcitaſſe, firmiter aſſerunt, virum ad celos aſcendiſſe, cognoſcunt.
., f. 9 v, c. 1. Unde quando tempore treugarum ſapientes ipſorum Iheroſolimam aſcendebant, codices euangeliorum ſibi exhiberi poſtulabant & oſculabantur & venerabantur propter mundiciam legis, quam Chriſtus dedit, & propter lectionem maxime euangelij Luce : « *Miſſus eſt Gabriel angelus* » (Luc., I, 26), quam litterati inter eos ſepius repetunt & retractant. Lex autem eorum, quam, Diabolo [1] dictante, miniſterio Sergij monachi, apoſtate & heretici, Machometus Sarracenis dedit, arabice ſcriptam: *a gladio cepit, per gladium tenetur & in gladio termi-*
., p. 234, c. 1. *nabitur*. Machometus iſte illiteratus fuit, ſicut ipſe proteſtatur in alcorano ſuo &, que prenominatus hereticus dictavit, ipſe promulgavit & per comminaciones ſtatuit

1 *Reſtituendum cenſemus e textu Oliverij pro lectione Codicum* diſcipulo.

1219 obſervari; luxurioſus enim fuit & bellicoſus ideoque de immundicia & vanitate legem ſtatuit, quam carnaliter viventes in parte voluntatis firmiter obſervant. Et ſicut legem noſtram veritas & mundicia muniunt, ita & errorem ipſorum timor mundanus & humanus & voluptas carnalis firmiſſime cuſtodiunt.

Mart. 31. In die palmarum anno preſcripto inimici noſtri multa V., f. 9 v°, c. 2 comminacione premiſſa, qua ſe ipſos & nos una die perderent, collocucione terribili, innumerabili equitum & peditum conſtructo exercitu ſuper nos irruerunt, foſſatum noſtrum undique invadentes & maxime pontem templariorum & ducis Auſtrie, quem ipſe cum Theutonicis defendendum ſuſceperat. Hoſtes vero, cum electis militibus de equis deſcendentes, cum chriſtianis atrociter pugnaverunt, hinc & inde multis occiſis & pluribus vulneratis. Tandem prevaluerunt adeo, quod, pontem aſcen- B., p. 234, c. 2. dentes, partem ex eo combuſſerunt.

Dux autem Auſtrie precepit ſuis, ut, ponte relicto, aditum darent inſtantibus, ſed intrare non preſumpſerunt propter miliciam noſtram, que ſuas acies in ſubſidium municiones defendencium ordinaverat; mulieres aquam, panes & vinum bellatoribus noſtris intrepide miniſtrabant, oracioni ſacerdotes inſtabant, vulnera ſauciorum ligantes ac benedicentes. Eo die pro palmis baliſtas geſſimus & arcus pro ramis arborum, lanceas & gladios cum clipeis tulimus; adeo nos inſtantiſſime vexabant, qui ad V., f. 10 r°, c. 1. perdendum nos ſtudio liberande civitatis convenerant. Inſtabat iam vernale paſſagium, receſſurus erat dux Auſtrie, qui per annum & dimidium Chriſto [1] fideliter militaverat, princeps devocione plenus humilitate, obediencia & largitate Deo gratus, qui preter alios ſumptus incomparabiles, quos in negociis bellicis ac privatis eleemoſynis

1 *V.* Chriſtiano.

expenderat, domui Theutonicorum ſex milia marcarum 1219
argenti vel amplius ad comparandum preſidium creditur
contuliſſe.

In calendis Maij magiſtra peregrinorum multitudo cepit Mai. 1.
recedere, nobis in ſupremo periculo derelictis, ſed pater
benignus & miſericors Deus incredulorum oppreſſione
nos non permiſit gravari, donec novo milite roboratos,
[&] victualium eciam equorum & armorum copia ſuo-
rum fidelium letificaret conventum. Inſtaurato igitur fide-
lium numero in die Aſcenſionis Domini more ſuo per Mai. 16.
terram & aquam irruerunt perfidi & ſic multociens attemp-
B., p. 235, c. 1. tantes prevalere nequiverunt, particulariter eciam prope
V., f. 10 r°, c. 2. caſtra noſtros provocabant, damna inferentes ſed am-
pliora recipientes. Pridie vero calendas Auguſti omnem, Iul. 31.
quam habere poterant, copiam adducentes, poſt aſſultus
diutinos [1] tandem foſſatum contra miliciam templi tranſ-
euntes, ad licias violenter rumpentes, pedites noſtros
verterunt [2] in fugam, adeo ut totus noſter exercitus iam
periclitaretur. Milites de Francia tercio conati ſunt eos
a foſſato propellere, ſed non potuerunt; Sarraceni ſiqui-
dem inter menia noſtra, fractis municionibus ligneis, equi-
tum ac peditum acies ordinarunt. Clamor ortus eſt in-
ſultancium; omnis eorum multitudo preparavit ſequelam.[3]
Timiditas orta eſt chriſtianis, ſed ſpiritus, qui induit Gedeo-
nem (Iud., VI, 34), animavit templarios; magiſtri enim
templi cum mareſcallo ceteriſque fratribus ſuis, qui ade-
rant, per anguſtum exitum, impetu facto, in fugam con-
vertit incredulos: Domus Theutonicorum comiteſque &
alij milites de diverſis partibus videntes templi miliciam
in periculo conſtitutam, feſtinanter per exitus ſibi contra
poſitos tulerunt auxilium, ſicque Sarracenorum pedites,
abiectis clipeis, interficiebantur preter eos, quos fuga

1 *V.* divinos. — 2 *V.* verterant. — 3 *B. ſupplet.*

1219 percuſſoribus abſtulit. Poſt equites noſtros egreſſi ſunt V., f. 10 v°, c. 1
pedites, & modico tempore ſe ſubtraxerunt hoſtes; acies
hinc inde ſuſtinuerunt armate, donec crepuſculum pre- B., p. 235, c. 2
lium interemit, & Sarraceni quidem priores receſſerunt.
Corpora perfidorum ſtrata iacebant, & multi letaliter
ſaucij ad caſtra ſunt reducti; pauci de noſtris interfecti
ſunt, & aliqui eorum capti. Sic ſalvavit Dominus in die
ſperantes in ſe per virtutem templariorum & eorum, qui,
ipſis cooperati, ſe diſcrimini commiſerunt. Inſtrumenta,
contra civitatem preparata, omnia preter ſcalas a defen-
ſoribus eius ſunt combuſta.

Ianuenſes, Piſani & Veneciani, civitatem ſe expugna-
turos, promittebant, ſed ipſi non erant de numero viro-
rum illorum, per quos facienda erat ſalus in Iſraël;
volebant enim ſibi facere nomen, cum tubis & callamillis
& ſignis progreſſi. Quibus apoſtolice ſedis legatus de
communi dedit ſumptus copioſos, rex & alij cordas &
anchoras, prout petebant, habundanter exhibuerunt. Ag-
gredientes itaque civitatem primo die multos occiderunt
& vulneraverunt, ſed quanto poſtmodum ſepius inſultum
fecerunt, tanto magis muri ligneis caſtellulis ac liciis a
civibus fulciebantur. Defenſores etiam robuſtius ſe ſuper-
venientibus opponebant, & ſic ſcale, per ignem mutilate V., f. 10 v°, c. 2.
& pluries reparate, tandem ad ripam, infecto negocio,
ſunt reducte, & ſic deprehenſum eſt & veraciter intel-
lectum, ſola virtute divina Damiatam armis chriſtianorum B., p. 236, c. 1.
fore tradendam. Nos vero inſenſati & immemores bene-
ficiorum Dei provocavimus contra nos oculos maieſ-
tatis eius per maiorum deſidiam & murmuraciones mino-
rum; pedites equitibus improperabant ignaviam, equites
peditum pericula diſſimulabant, quando [1] contra hoſtes
egrediebantur. Unde factum eſt, ut, communibus culpis

1 *V.* quum.

exigentibus, in decollacione beati Baptiſte Iohannis, licet 1219 Aug. 29.
vix invenirentur, qui in caſtrorum cuſtodia remanerent, navalem & terreſtrem exercitum equitum & peditum educentes, ad Babyloniorum caſtra tenderemus inter mare & fluvium, ubi dulcis aqua reperiri non poterat ad potandum.

Ipſi vero, ſublatis tentoriis, fugam ſimulabant &, cum proceſſum fuiſſet a noſtris adeo, ut appareret, adverſarios directa fronte nolle confligere, capitanei noſtri longum iniere conſilium, utrum procederent, an redirent; diſcors
V., f. 11 r°, c. 1. erat inter eos diſcordia. Iterum ſunt ſolute acies preter ordinem illorum, quos indiſciplinata militum ligavit obediencia, equites Cypri in dextro cornu conſtituti Sarracenis, incurſum a latere facientibus, timiditatem ſuam oſtenderunt, Italici pedites primi fugerunt & poſt eos equites de variis nacionibus & quidam hoſpitalarij Sancti
B., p. 236, c. 2. Iohannis, legato Romane ſedis & patriarcha, qui crucem baiulabat, multum ſed fruſtra ſupplicantibus, ut ſubſiſterent. Eſtus ſolis erat vehemens; pedites armorum pondere premebantur. Calorem auxit labor vie, ut,[1] qui ſecum vinum detulerant, in anguſtia ſitis purum biberent illud propter defectum aque. His omnibus concurrentibus, qui ſubſiſtentes ſe defenderunt & poſt primitivos fugientes anhelo curſu terga dederunt, extincti ſunt ſine vulneribus corruentes. Rex vero cum templariis & domo Theutonicorum & hoſpitalariis Sancti Iohannis, Francigene, [cum] de Hollandia,[2] de Wetia, de Salesburch, de Ceſtria comitibus, [&] Waltero Bernardi, Piſani aliique milites impetum perſequencium ſuſtinuerunt, rex autem ignis greci combuſtione admodum eſt periclitatus. Hi omnes pro
V., f. 11 r°, c. 2. muro fuerunt fugientibus. Quociens enim facies ſuas oſtenderunt hoſtibus, fugere compulerunt, quando vero gravati

1 *V.* & *B.* &. — 2 *V.* & *B.* Collandia.

1219 revertebantur, ictus & tela sustinuerunt. Inimicorum manibus capti sunt in illa defensione christianitatis electus Beluacensis & frater eius, camerarius regis Francie, & filius eius, frater Andegavensis episcopi cum Iohanne de Arci, viro nobili & strenuissimo, Henricus de Ulma & alij multi, qui trucidati sunt & in captivitatem ducti. B., p. 237, c. 1. Templarij triginta tres capti vel occisi sunt cum marescalco hospitalis Sancti Iohannis & quibusdam fratribus eiusdem domus, nec evasit sine damno domus [1] Theutonicorum. Milicia templi, que prima solet esse in congressu, ultima exstitit in regressu, unde cum ad fossatum nostrum ultima redisset, foris substitit, ut exteriores, quantum possibile foret, intra menia nostra [2] reduceret; persecutores tandem ad captivos reducendos & colligenda spolia redierunt, sicut postmodum intelleximus [3] a Sarraceno, quinquaginta christianorum capita soldano presentantes. Meror nostros occupavit, sed nulla desperacio; habemus pro certo, quod pena peccati fuit hec castigacio & minor erat pena, V., f. 11 v°, c. 1. quam exigeret culpa.

Constat autem nobis, quod in precipua sua milicia luctuosa damna sustinuerunt increduli, nam soldanus unum de captis nostris mittens de pace vel treuga nobiscum tractare cepit, in quo tractatu fossatum nostrum & municiones alias alacriter reparavimus. Interea naute, christianitatis proditores, & cum eis peregrini plurimi se ipsos magis amantes, quam fratribus compacientes, ante tempus consueti passagij agonistas Christi in summo periculo reliquerunt &, elevatis velis adito portu, nobis mesticiam, Babyloniis audaciam contulerunt, qui tracta-
Sept. 26. tum pacis intermittentes in vigilia Sanctorum Cosme &
Sept. 28. Damiani & sequenti die, proximo eciam sabbato cum B., p. 237, c. 2.
galeis & barbotis per flumen, per terram autem cum

1 *V.* dominus. — 2 *V.* nostram. — 3 *V. supplet* &.

manganellis, tharchiisque ferientibus pro implendo fos- 1219
sato feritate barbarica nos impetierunt. Sed durus bellator, triumphator in Israël, solita usus gracia, castra nostra defendit, misso nobis per mare Salvarico de Maloleone cum galeis armatis & bellatoribus plurimis in ipso nostre necessitatis articulo. Et nos ad hec clamantes in
V., f. 11 v°, c. 2. celum nec trepidantes ad impetum, sed viriliter resistentes interfecti, sauciati & combusti ab insultu triduano, hostes tamen recedere coëgimus ipsius virtute, qui salvat sperantes in se.

VII. *De capcione urbis Damiate.*

Interea civitas, obsidione longa, ferro, fame & pestilencia graviter afflicta, in sola pace, quam soldanus civibus promisit, spem posuit. Adeo enim in eo fames invaluit, ut cibi desiderabiles deessent, panis corruptus [1] abundaret in ea. Neque enim durabilis esse possunt Egyptie terre fruges propter molles glebas, in quibus crescunt, &, ut audivimus, coctanum unum in ea duodecim Bisanciis vendebatur. Ex angustia eciam famis diversis morborum generibus vexabantur, ita ut ex capitis exinanicione visus obscuraretur, & plurimi eorum, apertis iacentes oculis, nihil viderent. Soldanus autem vanis eos promissionibus
B., p. 238, c. 1. protrahens, decepit miseros a dedicione dehortans. Denique portas civitatis obstruxerunt, ne nobis ab aliquo egre-
V., f. 12 r°, c. 1. diente eorum nunciarentur incommoda. Si qui vero, per muros latenter emissi, evadere potuerunt, [2] inflati & famelici civium suorum angustias evidenter indicabant; exercitu quoque, qui foris nos obsidebat, panis ac pabuli copia cepit decrescere. Nilus siquidem, qui estivo tempore solebat excrescens Egypti terras irrigare, hoc anno

1 *V.* corruptis. — 2 *V.* potuerant.

1219 morem ſuum preteriens, magnam terre partem arentem [1] reliquit, que ſuo tempore nec arari, nec ſeminari potuit. Unde ſoldanus timens famem & retinere cupiens civitatem cum fratre ſuo Coradino talem chriſtianis obtulit pacis faccionem, ut crucem Sanctam, a chriſtianis olim perditam, cum ſancta civitate & omnibus captivis, qui in regno Babylonienſi & Damaſceno vivi poſſent reperiri, ſumptus eciam [2] ad reparandos muros Iheroſolimam redderet & inſuper regnum Iheroſolimitanum totaliter reſtitueret preter Craccum & Montem regalem, pro quibus tributum redderet, quamdiu treuga duraret. Sunt autem hec duo loca in Arabia ſita, ſeptem municiones firmiſſimas habencia, que quicunque tenuerit, Iheroſolimam cum voluerit nocere, poterit & agros eius ac vineas ledere valebit. [3] Eſt autem per ea mercatorum tam chriſtianorum quam ſarracenicorum tranſitus, tam ad ipſorum V., f. 12 ro, c. 2
Mecam [4] tendencium quam ad nos redeuncium, que pacis compoſicio regi Francigeniſque comiti eciam Ceſtrie cum B., p. 238, c. 2
capitaneis & Theutonicis minus proviſis & in poſterum non caventibus admodum primo grata fuit, ſed ſaniori concilio obviatum eſt. Legatum enim cum patriarcha, archiepiſcopis, epiſcopis, templariis & hoſpitalariis & omnibus Italie capitaneis multiſque aliis prudentibus viris huic tractatui ſe oppoſuit, oſtendens ex racione, Damiatam ante omnia fore capiendam. Opinio diverſa diſcordiam peperit, que propter communem neceſſitatem cito ſedata fuit. Interea ſoldanus magnam peditum multitudinem clanculo per loca paluſtria miſit ad civitatem, quorum ducenti quadraginta, dormientibus chriſtianis,
Nov. 3. Dominica nocte poſt feſtum Omnium Sanctorum urbem ſunt ingreſſi. Noviſſimi ad clamorem vigilancium detenti ſunt & occiſi, quos ad ducentos & plures computavimus.

1 *B. ſupplet.* — 2 *V. ſupplet* &. *V.* mecas.
— 3 *V.* valebat. — 4 *B.* metas;

Igitur nonas Novembris, Salvatore mundi regnante, do- 1219 Nov. 5.
., f. 12 v°, c. 1. mino Petro, Albanenſi epiſcopo, apoſtolice ſedis legato,
ſollemniter vigilante, anno gracie milleſimo ducenteſimo
nono decimo capta eſt Damiata abſque dedicione, ſine
defenſione, ſeu violencia, ſine depredacione, vel tumultu,
ut ſoli Filio Dei evidens aſcribatur victoria, qui populo
., p. 239, c. 1. ſuo ingreſſum in Egyptum aſpiravit & ibidem vires mi-
niſtravit. Et cum in oculis regis Babylonis caperetur
civitas, non eſt auſus, Chriſti milites, ad defenſionem
paratos more ſuo per foſſatum noſtrum aggredi; eodem
tempore fluvius excreſcens aquis uberrimis foſſatum im-
plevit. Ipſe vero confuſus propria caſtra combuſſit &
fugit, Deus autem, qui tercia die aquas ſub firmamento
congregavit in locum unum, ipſe feria tercia menſis Maij Mai. 3.
agoniſtas ſuos per aquas maris perduxit ad portum Da-
miate, eoſdem feria tercia menſis Februarij traduxit per Febr. 5.
Nilum ad obſidendam civitatem, idem feria tertia menſis
Novembris Damiatam cepit, inter aquas ſitam. Hanc Nov. 5.
urbem vitule conſternanti poſſumus aſſimilare. *Vitulam*
., f. 12 v°, c. 2. appellamus propter eius laſciviam eo, quod piſcibus,
avibus & paſcuis, frumento, hortis & pomeriis abundet,
negociando, pyraticam maliciam exercendo, deliciis efflu-
xit in culpa, pereffluxit in gehenna; ſed una hora venit
iudicium eius. *Conſternantem* dicimus, quia tercio terre
motu habitatores eius perierunt, ipſa tamen integra rema-
nente, a Grecis & Latinis primo fuit obſeſſa, qui ab ea
diſceſſerunt, deinde a Latinis ſub Almarico, rege Ihero-
ſolimitano, qui minime profecerunt, ſed vice tercia rex
regum & Dominus dominancium ſervis ſuis eam tradidit,
., p. 239, c. 2. Ieſus Chriſtus, qui vincit & regnat, gloriatur & imperat.
Tali duce chriſtiani milites, Damiatam ingreſſi, plateas
eius mortuorum cadaveribus ſtratas invenerunt, peſti-
lencia & fame contritorum, argentum & aurum, multum
nimis pannos ſericos, negociatorum veſtes precioſas &

1219 ornatum [1] ſeculi cum varia ſupellectili in ſuperhabundancia.

Civitas hec preter naturalem ſitum loci, quo munitur, triplici cingitur muro, turribus latericis multis & magnis fortiſſime firmata, clavis & antemurale totius Egypti & inter terram Geſen & campos Thaneos ſita. Iſta eſt terra V., f. 13 r°, c.
Geſen paſcualis & uberrima, quam pecierunt filij Iacob a Pharaone, rege Egypti. Damiata, inclita in regnis, famoſa multum in ſuperbia Babylonis, in mari dominatrix chriſtianorum, ſpoliatrix in acceſſu perſecutorum ſuorum, per paucas & modicas ſcalas comprehenſa, nunc humiliata eſt ſub potenti manu Dei &, adultero, quem diu tenuiſti, tandem proiecto, reverſa eſt ad amatorem Tuum priorem &, que prius parturiebas ſpurios, abhinc legitimos paries filios. Achonienſis epiſcopus iam ex Te animarum primicias Deo ſolvit & parvulos Tuos eciam morti proximos & baptiſmatis unda ſacramentaliter emundando vitales reddidit. Multipliciter Tuorum ſcele- B., p. 240, c. 1
rum penas exſolviſti, cum abſque eis, qui in Te vivi ſunt, comprehenſi xxx interfectorum milia vel amplius computantur, quos ſive ferro vel igne percuſſit Dominus, ſpurcicias in Te commiſſas de cetero dedignatus ſuſtinere. Gaudeat igitur univerſalis eccleſia pro tali triumpho grates referens Deo, qui vite & mortis habet imperium, cui eſt honor, virtus & potencia per infinita ſecula ſeculorum! Amen.

1 *V.* ornamentum.

III

DE ITINERE FRISONUM

INDEX CODICUM MANUSCRIPTORUM

quibus ufus eft L. Weiland in *Mon. German. hift. S. S.*, XXIII, pp. 478-483.

A. Cod. acad. Groning. membr., fæc. XIII, 8°.
B. Cod. acad. Groning. chartac., fæc. XVI, f°.

DE ITINERE FRISONUM.

[Ex Emonis *Chronico* (-1237).]

* * *

p. 478. ANNO dominice incarnationis 1217 ponti- 1217 Mai 31.
ficatus domni Honorij pape ſecundo, ultimo
die menſis Maij, natales fines & arva dulcia
linquentes, primicias peregrinationis noſtre
libavimus ei, qui peregre proficiſcens ſuis bona ſua quan-
doque cum uſuris repetere diſtribuit. Per hoſtium itaque
Lavice fluminis in altum emiſſi, ventis uſi pro voto ſecun-
dis, die tercio Angliam vidimus. Quam pre oculis & a Iun. 2.
dextris habentes, inſulam que dicitur Wich venimus,
que mari excedente diviſa ab Anglia per ſe facit inſu-
lam, ſed debitam Anglie ſervat obedientiam. Sequenti
autem die ſabbati Deutenmutha pervenimus, ubi portus Iun. 3.
inter duos montes altos ſinuoſo nos collegit amplexu, ubi
Hollendie comitem & comitem de Wetha cum multis
viris nobilibus 112 navibus advectos invenimus. Ubi
conſilio prudentiore promulgatis legibus in exercitu ſer-
vandis, omnibus quoque ad ſalutem animarum & pacem
pertinentibus rite diſpoſitis, comes de Wetha predux
tocius claſſis eſt electus, poſteriore cuſtodia comiti [1] Hol-
landie [2] deputata, quem ducem & dominum iam totus
ſibi delegerat exercitus. Die igitur dominico aliquantum Iun. 4

1 *A.* comite. — 2 *A.* Hollandrie, *corr. ſuppungendo.*

1217 ere perturbato propter dies interlunares ſemper navigan- c. 26.
tibus ſuſpectos, comes de Wetha ventis ſuadentibus ſe
mari commiſit cum multis navibus. Quibus vento oppo-
ſito, nebulis & imbre diſiectis, una in ſcopulos incidit
Britannie, que ſalvis hominibus cum [1] multa rerum iac-
Iun. 5. tura deperiit. Nos igitur ſequenti die cum comite Hol-
Iun. 7. landie Britanniam advertentes, quarta feria portum Sancti
Matthei attigimus, ubi ſecundo perlectis conſtitutionibus,
totus eiſdem legibus ſervandis ſe aſtrinxit exercitus. Se-
Iun. 11. quenti vero die dominico mutatis cuſtodiis comiti Hol-
landie preducatus & marſcallo Colonienſi poſtducatus
committitur. Portum Sancti Mathei liquentes aquiloni vela
laxavimus, qui Ulixibonam tendentibus cum omnibus
ſuis collateralibus eſt utilis. Ventis itaque proſperis ſed
Iun. 16. nimis lenibus uſi, ſexta feria proxima Phare pervenimus,
quod eſt oppidum Galicie dives admodum, portum
habens flexuoſum, turre ſublimi preſignata a Iulio Ceſare p. 479.
Iun. 17. conſtructa. Navibus itaque in tuto diſpoſitis, ſequenti die
verſus Compoſtellam iter arreptum, per diem & noctem
continue laborantes, vix confecimus. Unde poſt oblata
Deo & beato apoſtolo ſacrificia reverſi, per novem dies
ventis oppoſitis Phare ſumus detenti. Hortatu igitur co-
mitis Hollandie, qui ab incolis didicerat, quod ab illo
portu ventis Ulixibonam [2] ferentibus exire non poſſemus,
verſus Britanniam ad unius miliaris eſtimationem reverſi,
portum optimum, quem Tui [3] dicunt, inter duos montes
aereos complicitum intravimus. A quo in feſto apoſtolo-
Iun. 29. rum Petri & Pauli progreſſi, ventis inſtabilibus per tres
dies & noctes iactati in fluctibus, quarto die Portuga-
liam pervenimus. Hic portus faucibus artis & obiectis

1 *Repetita ſequebantur verba:* multis navibus quibus vento oppoſito, *ſed linea tranſducta ſtatim deleta ſunt in A.*

2 *Sequebatur* tendentibus, *ſtatim ſuppunctum in A.* — 3 *A.* tuj; *manus ſecunda in marg. ſcripſit* Tvi.

ſcopulis precluſus, quandam de navibus noſtris non ſine 1217
magno periculo recepit, cetere vero extra portum in conſ-
pectu ſcopulorum anchoris miſſis in anguſtia ſpiritus
noctem exegerunt. Mane autem facto ventis ſuadentibus
c. 27. iterum iter attemptantes, ſed voto fraudati, portum
Silere intravimus, ubi in grangia portui proxima abbatem
de Alcubaz ordinis Ciſtercienſis [1] invenimus. A quo de
ſitu terre & portuum difficultate multa audivimus. Qui
etiam inter cetera nobis retulit, qualiter magiſter regis
de Maroch ad fidem noſtram converſus palam coram
rege predicavit, regnum ipſius finem habiturum in pro-
ximo. Quo ad iuſſum regis interfecto, filius eius in lege
doctiſſimus fidem chriſtianam publice profeſſus, contra
legem regis prudentiſſime diſputavit & de fine regni
ipſius ex dictis [2] prophetarum probabilem collegit ſenten-
tiam; qui ſecunda die mille lanceis confoſſus interiit. Cuius
rex corpus cum in immundo loco proici iuberet, Deo
volente nulla poterat arte moveri. Quo miraculo rex
confuſus, chriſtiani roborati in tantum, ut ab illo die
publice miſſas celebrarent, & eccleſias conſtruerent in
civitate Maroch. Hiis igitur & plurimis ab eo auditis,
portum Silere [3] tercia feria poſt feſtum Alexandri mar- Iul. 11.
tyris linquentes, ſexta feria proxima Ulixibonam perve- Iul. 14.
nimus. De cuius ſitu quedam propter utilitatem, quedam
propter delectationem annectimus. Eſt igitur Ulixibona
civitas Hiſpanie, terminus gentium & eccleſie, ritu veteri
ſita in monte, ab Ulixe & Achille condita, quod probant
antiqua edificia, Turres veteres appellata, & pagus vicinus
Achele vocatus ab Achille. Caput autem civitatis ipſius
circulum implens muro & turribus altis, verticem montis
pulchre coronat, ubi eſt domus epiſcopalis & ſedes. Cor-

1 *A.* Siſtercienſis. — 2 ex dictis *bis ſecundum deletum in A.* 3 *Sequebatur* intravimus, *deletum in A.*

1217 pus vero civitatis per devexum montis uſque ad aquas fluminis deſcendens, ad auſtrum muro cingitur & turribus. Ibi miro ſcemate conſtructa in honore beate Virginis oſtenditur eccleſia, in qua corpus beati Vincentij martyris in ſarcophago requieſcit argenteo. Ad orientem vero extra civitatem quoddam eſt venerabile cenobium, ubi palma de ſepulchro martyris Chriſti domni Popteti c. 28.
Ulvinga [1] pulchre conſurgens in aera demonſtratur, qui mutato nomine Heinricus, princeps milicie chriſtiane, ante 70 annos ibidem cum ſuo armigero vitam finivit in Chriſto; qui nunc divina revelatione canonizatus, gloria temporali letatur & eterna. Tagus autem fluvius ad auſtrum deſcendens, largo ſinu complicitus, innumeris navibus ſtationem prebet tutiſſimam. Notandum vero, quod naves portum intrare volentes ſiniſtri [2] litoris latere ſecure decurrunt, uſque dum in faucibus ipſius fluminis recepte oppoſiti litoris montem aſcendant, donec ſcopulum tranſeant quinquaginta cubitorum, in ſiniſtro latere ſub aquis latentem. Collectis igitur in hoc portu multis navibus, adunato tocius exercitus conſilio & populo civitatis, epiſcopus loci illius ſermonem faciens ad populum, perſuadere nitebatur, ut in Hiſpania remaneret & inimicos eccleſie in urbe [3] que Alcoz dicitur expugnaret, utile hoc fore & honeſtum multis rationibus aſſeverans, ſuum & ſuorum & regum terre ſpondens auxilia, lucra promittens quam plurima, moram ſine lucris utilem probans, tum propter rerum copiam ibidem venalium, tum propter moram regum & principum, qui eo anno non tranſirent, cetera que rationi videbantur conſentanea annectens. Sed hiis omnibus magna pars exercitus, ſed precipue Friſones reclamabant, multa in contrarium

1 *A. vel* Uliunga; *videtur eſſe* Ulvinga *ſ. q. lupi filius.*

2 *Sequebatur* lateris *deletum in A.* — 3 in urbe *ſupplevi.*

allegantes, illud precipue, quod domnus Innocentius 1217
in concilio negaverat ipſi epiſcopo petenti, licere pe-
p. 480. regrinos in Hiſpania detineri, de vindicta eccleſie
docens inchoandum a capite. Diviſo igitur exercitu,
quinta feria poſt beati Iacobi feſtum ſimul a portu Iul. 27.
exivimus, media parte navium verſus terram ſanctam
tendente, ceteris ad expugnandam urbem Alcaz prope-
rantibus. Nos autem urbe a ſiniſtris relicta, caput ſancti
Vincentij & caput de Sacis, Alvor quoque & Silvis urbes
captas quondam a noſtris, Almadra quoque & Albuſere
caſtra fortia pertranſeuntes, ad levam ante portum civi-
c. 29. tatis que quondam Sancta Maria, nunc [1] Hairin dicitur,
ventis fallentibus anchoras proiecimus de navibus 35;
ibique noctem agentes, mane ſocios nocte diſpulſos a
nobis venientes [2] leti ſuſcepimus, ſimulque cum ipſis vela
levantes, dum procedere temptaremus, ſubito voto &
vento fraudati rurſus uncos harene mandare cogebamur.
Nec mora minoribus ad terram navigiis advecti, die obſi-
denda civitate conſilia ventilavimus. Diverſis itaque diverſa
ſentientibus, divino ſpiritu nec ſcio an ſuo impetu inflam-
mati circa veſperum Friſones ſigna levantes ad celum &
beatam Virginem in ſubſidium ſuum cum cantico invitan-
tes, [3] hoſtes diſpoſitos in campis & urbem audacter inſi-
liunt, ſtatimque hoſtibus in fugam converſis, dum portis
appropriant, Sarracenum per murum deſcendentem con-
ſpiciunt. Quo ſtatim interfecto quidam Friſo ſagittam
iniecit, & eodem fune tranſcendens murum, vexillum in
turri ſublimi depoſuit, portiſque apertis ſocios recepit. Qui
tota nocte ſpoliis intendentes, mane ſuccendentes civita-
tem, multam navibus predam invexerunt. Licet autem nox
illa nubibus atris texiſſet celum, multi tamen ymaginem

1 *Bis in A* — 2 *Sic H.; A.* veniente. — 3 Tantes *ſolum exſtat, ceteris in fine lineæ præcedentis eraſis in A.*

1217 beate Virginis ſe vidiſſe teſtabantur in aere, tanquam ſue vindicte congratulantis. Erat autem hec civitas fortiſſima, cuius due partes aqua cingebantur, tota muro turrito vallata, ſpiſſo in tantum, ut in eius vertice duo poſſent ſibi equites occurrere. Hec vaſtatio omnem in tantum terruit vicinam, ut nullus in ſuis preſidiis ſperaret ſalutem.

Aug. 1. Hiis itaque peractis, in die ſancti Petri ad vincula procedentes, civitates & oppida terrarum ſcilicet Odiatiam, Harmund, Kazalam, Saltus quoque & Arenam ſancte Eulalie cum Hiſpali magna tranſeuntes ad levam, ſequenti
Aug. 2. die Roden pervenimus. Iactis anchoris terram propere conſcendimus. Converſis in fugam civibus, noſtri caſtrum invadunt, ſpoliis vaſtant & ignibus, totaque illa nocte in eo permanſerunt. Mane facto plurimis ad naves cum preda reverſis, quibuſdam ſpe lucri per vineas incaute diſperſis, Sarraceni multitudine magna per noctem collecta noſtros invaſerunt. Paucis itaque ceſis utrinque, miſſis de navibus auxiliis, tota die pauci de noſtris cum multis Sarracenis commiſerunt, ita ut pauci de noſtris, Mauri plurimi arcubus morerentur & baliſtis. Sole vero iam ad occaſum vergente, Sarraceni fortius conglobati, diu ventilatis conſiliis, clangore horrido intonantes, velud parati omnia fortune committere, cum impetu noſtros inſiliunt, ſed ſtatim in fugam converſi, turpia poſt tergum vulnera ſuſceperunt. Noſtri igitur tunc demum navibus ſe ſuſcipientes, baliſtariis ultimam mandavere cuſtodiam. Qui repulſo barbarorum impetu poſt omnes navibus invecti, primam & ultimam meruerunt coronam. Tunc vero victores mutuis ſe laudibus efferentes, dum ſe humiliant in laudibus, in gloria plus crevit timidiſſimis quibuſque audacia loquendi. Mane
Aug. 4. facta feria ſexta ſtationem ſolventes, contra inſulam Cadir proras direximus, portuque recepti in magnani-

mitate [1] ſpiritus, que ſemper naſcitur ex proſperis, terram 1217
conſcendimus, civitatem eiuſdem nominis muro & tur-
ribus multis munitam obſedimus. Civibus in inſulam
ulteriorem elapſis, civitas deſolata inimicos ſuos ſue ſoli-
tudinis accepit ſolatium. Cuius edificia materia & arte
fulgentia, vineas & pomeria &c. nobis vendicantes, in
labores aliorum intravimus, ortoſque & vineas, ficus &
oleas & omne genus arboris pomifere ſuccidimus, mahu-
meriamque ipſorum tantis impenſis, tanto conſtructam
ingenio, ut referenti nemo crederet, ad referendum nemo
ſufficeret, ſolo equavimus, cuius ligna coloribus fulgida,
floribus exciſis, in noſtris [2] uſibus neceſſariis deputavi-
mus, & uſque ad diem lune ibidem permanentes, tan- Aug. 7.
dem ſaturati ſpoliis, reliquias civitatis per ignem iudi-
c. 31. cavimus; veliſque levatis uſque ad fauces ſtricti maris,
quod Oſtrior dicunt, eodem vento & velo volavimus,
ubi euro ſe opponente, ſuper anchoris noctem exegimus.
p. 481. Mane vero ventis furentibus ad inſulam predictam redire
conpulſi damna & pericula & multas pertulimus an-
guſtias. Quatuor itaque diebus continue aſcendendo ad
celum & deſcendendo uſque ad abiſſos fluctibus iratis
iactati ſub inſula, ventos ſequi & mari procelloſo nos
committere, quod plurimi timebamus, iudicavimus tutiſ-
ſimum, illud Senece ad Lucillum recolentes: *In tempeſta
navigantibus nil eque timendum quam terram.* Anchoris
itaque prima ſabbathi mane levatis, ſed pluribus in fundo Aug. 12.
relictis, 86 naves ſtatione ſoluta, ubi erat ſpiritus vento-
rum & procellarum impetus, illuc ferebantur, fidei &
propoſiti ſcindentes unitatem, neceſſitatis urgente arti-
culo. Nos vero in portum Hiſpalis magne, que nunc
Sibilia dicitur, non ſine magno periculo intravimus.
Dominus autem qui deducit ad inferos & reducit, humi-

1 *A.* magnimitate. — 2 noſtris *incertum in A.*

1217 liat & ſublimat, eodem die mutatis pro voto ventis, ceteras naves & ſocios noſtros in viam voluntatis eorum reduxit. Nos vero a portu exire non valentes, duas ibi noctes exegimus. Tercio tandem die vela levantes, eodem die circa ſolis occaſum horridas fauces intravimus, ubi Europa & Affrica, montibus erectis in celum, facile conſpiciuntur a dextris & a ſiniſtris. Ibi Mulemuda civitas Affrice & Ceteriph oppidum Hiſpanie ex parte montium occidentali ſic contra ponuntur [1] ex directo, ut commeatui breviſſimus eſt tranſitus. Ad orientem vero Cepta civitas conſpicitur in Affrica, cui ex directo Malagam opponit Hiſpania. Igitur in alis zephiri toto carcere emiſſi, die
Aug. 15. Aſſumptionis beate Virginis aſſumpti, non navigare ſed volare videbamur, ita ut qui ſepe deſcenderant in navibus & operationes fecerant in aquis, nunquam ſe tam iratis elementis, tam inmanibus procellis iactatos iura- c. 32.
rent. Ventis itaque urgentibus a conſpectu Hiſpanie, que pre oculis ſemper habenda eſt, Balbellonam euntibus, longe delati Evice inſulam quarto die venimus, ubi nos deviaſſe cognoſcentes, proris ad terram converſis, tertio die Tortoſam civitatem acceſſimus, ubi Errora fluvius, limes gentium & terminus fidelium, dulcibus aquis influens amaritudinem temperat & reddit potabilem. Ibi tandem Sarracenis a tergo relictis, libertatem conſecuti & aquas potabiles, [2] veteris veritate probata proverbij, quod libertatem eſtimat & precium ponit aque potabili, laudavimus inventorem. Defecerat enim nobis aqua, [3] & multi de noſtris ſitis & febrium & diſſenterie calore ferventes aquas maris amaras haurientes ſitim extinguendo incitabant; alij limum in lagenis inventum, alij quoſcunque fructus manibus exprimebant, neceſſitatis ſue mendicantes auxilium; alij feces vini vel cerviſie ſugebant;

1 *A.* pentur. — 2 nacti *add H.* — 3 *A.* aq.

nonnulli quoque gemino famis & ſitis malo confecti in 1217
amaritudinem anime ſue panes amariſſimos, aqua maris
confectos comedebant. Duobus ergo diebus in convivio
dulcium aquarum deductis, ventis proſperis navigantes,
Terragonam a ſiniſtris & caſtra plurima linquentes, vigi-
lia ſancti Bartholomei Barcellonam venimus, ubi ſociis Aug. 23.
inventis gaviſi, laſſis corporibus, ſuadentibus ventis inde
provecti, octo miliaribus emenſis portum ſancti Feliciani
martyris in territorio Catologinie contigimus; collectiſ-
que ſociis, qui ibi ſtationem fecerant, Marciliam prope-
ravimus; ſed duris boree flatibus a terra repulſos portus
ſancti Mendriani [1] martyris nos ſuo collegit in gremio,
una dieta diſtans a Marſilia. Qui inter montes altiſſimos
complicitus, Tolonam civitatem habet a dextris. Capella
vero ſancti martyris in latere ſiniſtro vili ſcemate conſ-
tructa, ſed multa ſanctitate famoſa monſtratur. Inde vero
15 die provecti, relictis a leva Garda & Gera & Anti-
bure civitatibus, portum, qui Oliva dicitur, in feſto Lam- Sept. 17.
berti martyris intravimus, qui monte interiecto ad occiden-
c. 33. tem Niceam habet, caſtrum in monte ſublimi conſtructum.
Unde poſt dies octo progreſſi, relictis ad [2] ſiniſtram civi-
tatibus famoſis Ianua & Piſa & caſtris innumeris, ad
dextram vero inſulis Sardinia, Corſica, Capricorno, Gor-
gonio & Ella & aliis quam plurimis, ad oppidum in
territorio Piſano, quod Plumbinum dicitur, pervenimus.
Unde poſt octo dies progreſſi Meſſinam tendentes, ventis
contrariis urgentibus, portum Civitatis veteris, que quon-
dam Centumcollis dicebatur, in feſto ſancti Dioniſij mar- Oct. 9.
tyris non ſine magno intravimus periculo. Unde propter
anguſtiam temporis [3] & navium multitudinem, que portu
ſtricto collidebantur, egreſſi cum navibus 18, ſtationem
fecimus in portu Cornetano. Eſt autem Cornetum a

1 *A.* mdriani. — 2 *Sequebatur in A.* civitatem, *jam deletum.* — 3 *A.* tpes.

1217 cornis dictum, caſtrum domni pape, in patrimonio ſancti Petri fundatum, tribus miliaribus diſtans a mari & duabus dietis a Roma. Igitur a civibus Cornetanis honeſte ſuſcepti, de fide & ſecuritate litteris ipſorum muniti, p. 482.
cuncta que ad hiemis ſolacium pertinebant diſponere curavimus. Quos domnus papa benigne ſuſcepit, de virtute Friſonum & audacia & in deſtructione civitatum Hiſpanie non parum gaviſus. Qui noſtris precibus aures ſue ſanctitatis inclinavit in tantum, ut Veronicam Domini nobis infra paucos dies bis videndam monſtraret. Preterea litteris ſuis tranſmiſſis Cornetanis, Biterbienſibus, Tuſcanis, Veterallis & ceteris vicinis civitatibus & caſtris nos cum multa commendavit diligentia, ſub anathematis interminatione precipiens, ut in commerciis & contractibus & ceteris neceſſariis nos fideliter tractarent. Quod ab omnibus inviolabiliter eſt obſervatum.

1218 Mart. 20. Igitur hieme peracta in prima veris adoleſcentia, vigilia ſancti Benedicti, naves in altum a portu deduximus, accepta a Cornetanis coram poteſtate & ſenatu & univerſa communitate licentia, qui bonum principium meliori fine concludentes, honeſte ſuſceptos honeſtius dimiſerunt cum multis milibus utriuſque ſexus, cum apparatu inſigni & gloria, cum baneriis & vexillis quadraginta octo uſque ad mare deduxerunt, ubi collecto [1] cetu, diſpo- c. 34.
ſitis in giro populis, poteſtas Cornetanus, qui prudens & legum doctiſſimus, Friſonum fidem & audaciam multa commendavit facundia, ſatisfactionem offerens ſpontaneam, ſi qua facta fuiſſet in nos iniuria. Signatos quoque Corneti, Biterbij, Tuſcani, Sene, Veteralle, Montiſalti, Montiſflaſconi & ceteros, qui in navibus noſtris in terram ſanctam properabant, fidei noſtre commendavit & in omnibus nobis precepit eſſe ſubiectos. Omnibus

1 *A.* cōllectu.

igitur in hoc conſentientibus, ipſe ſenator vexillum inſigne in ſignum poteſtatis & dominij propria manu porrexit, omnibus Latinis fide aſtrictis, ut in omnibus negociis pacis & belli nobis tanquam patribus obedirent. Noſque reſpondendi tempore accepto qualeſcunque gratiarum actiones ipſis retulimus, de beneficiis acceptis & pietate erga nos uſque in finem ſervata, quam equanimiter nemoris ſui inciſionem, ſuis vetitam civibus, a nobis toleraſſent; quam pie nos in ſuis hoſpiciis, quam fideliter in commerciis tractaſſent; quam humane infirmos noſtros viſitaſſent, quicquid vel uſus communis vel pericia phiſicorum in remedium morborum adinvenit, ſecum afferentes & prout cuique opus erat impercientes; quanta pietate infirmos noſtros ut filios ſuos deploraſſent, ſepulchra eorum ut ſanctorum venerantes & cetera. Pro quibus omnibus noſtri laboris participium & Deum ipſis retributorem conſtituentes, non ſine lacrimis ab ipſis diviſi, in die Annunciationis dominice vela levavimus, Mart. 25.
& per diem & noctem proſpere navigantes, ventis contrariis in portum Veteris Civitatis ſumus revecti. A quo eodem die feria tercia recedentes, velis aquilone tumen- Mart. 27.
tibus, hoſtia Tiberina, Tagetam, Baias, Neapolim, Principatum, Apuliam, Calabriam, Siciliam, quo tendebamus, relinquentes ad levam, ſexto tandem die, feria ſecunda, Ap. 2.
pluribus defatigati periculis ex impericia ductoris in inſulam, que dicitur Lampeoſa, duce Chriſto devenimus, a Barbaria quinquaginta miliaribus diſtantem. Ubi cur-
c. 35. ſarios Ianuenſes in galea una feliciter invenimus, qui, depredata Barbaria & captis Sarracenis, tempeſtate coacti illic in portu recepti, ſocios a ſe diviſos expectabant. A quibus de errore noſtro & inminentibus periculis ſufficienter inſtructi, quarta feria verſus Siciliam trecentis Ap. 4.
miliaribus a tergo relictam proras direximus. Emenſis igitur 120 miliaribus Maltham inſulam devenimus; qua

1218 Apr. 6. a dextris relicta, feria ſexta [1] Sarragoſam, que Siracuſana dicitur, feliciter contigimus, 160 miliaribus a Maltha diſtantem. Eſt autem Siracuſana ſedes epiſcopalis ad orientem Sicilie inter Mazaram & Cataneam, ubi diem Pal-
Apr. 8. marum ſollemniter celebravimus, canonicis eiuſdem ecclesie morem Latinorum per omnia ſequentibus. Quarta
Apr. 11. feria proxima inde recedentes, per noctes & dies ventis
Ap. 15. uſi proſperis, ſed nimium validis, in die ſancto paſche ſub Creta inſula ad occidentem anchoras proiecimus, & ibidem tota nocte iactati fluctibus & procellis, preter ſpem Dei miſericordia ſervati, mane inſulam, que Sikilon dicitur, acceſſimus cum tribus tantum navibus, quorum due in portu tenacibus anchoris remanſerunt. Nos vero, fallente anchora, ventis oppoſitis a portu repulſi, circa veſperas ſub Creta recepti ad aquilonem, tota nocte ventis uſi ſecundis, die ſecundo ad veſperam Candiam civitatem pervenimus, ubi a cuſtodibus inſule diligenter edocti, que ſidera, quam celi plagam ſequi deberemus tendentes verſus Acon, poſt ſolis occaſum portum linquentes, ventis & mari plus quam pro voto blandientibus, die
Ap. 26. ſeptima, ſequenti die poſt Marci evangeliſte, portum Aconenſem gaudentes intravimus, gratiarum actiones, non quas debuimus ſed quas potuimus, referentes Deo, qui nobis omni humane ſocietatis ſolatio deſtitutis tanto affuit p. 483.
ſue pietatis preſidio, ut poſt multos labores requie corporis indulta, docere videretur expreſſe, que ſit beatorum poſt mundi pericula futura requies animarum; & tunc demum que paſſi fuimus periculorum meminiſſe juvabat. Amen.

1 iiij *prius, ead. manu corr. in* vj *in A.*

IV

GESTA OBSIDIONIS DAMIATAE

INDEX CODICUM MANUSCRIPTORUM:

M. Mutin., Bibl. Eſt., VI, H 5 (membr. ſ. XIII, f°), quo uſus eſt Muratorius ad *Memoriale poteſtatum Reggienſium* edendum (*SS. RR. Ital.*, VIII, col. 1084-1104).

P. Pariſ., Bibl. Nat., lat. 4931 (membr. ſ. XIII, 4°).

GESTA

OBSIDIONIS DAMIATE[1]

* * *

P. f. 107 C. M. f. 61 B. AD noticiam ac memoriam Chriſtianorum omnium perveniſſe nullatenus dubitamus, ſet ſiquidem pariter & manifeſtum omnibus fore indubitanter putamus, qualiter gens tranſmarina pro animarum noſtrarum redemptione, pro Terra Sancta ultramarina, a manibus ſancte crucis inimicorum liberare, defendere ac manutenere & maxime in civitatis Damiate obſidione multis periculis variiſque laboribus ſunt aſtructi & plurimum fatigati & perpeſſi.[2] 1218

Mur. p. 1085. I. Anno dominice incarnationis MCC octavo decimo, indictione vj, menſe Madij, regnante Ioanne, Ieroſolymitano rege, qui rex vir egregius, nobilis & prudens, magne P. f. 107 D. fidei & diſcretionis, atque Ieroſolymitanus patriarcha, ſcientia & bonis moribus ornatus, & dux[3] de Oſterica[4] & templarij & hoſpitalarij milites cum multis epiſcopis &[5] prepoſitis, clericis potentiſſimis & honeſtis ac cum[6] comitibus &[7] marchionibus, baronibus & cum aliis viris nobilibus potentibus conſilium[8] fecerunt. Habito quidem conſilio,[9] unanimiter omnes[10] ſtatuerunt, cum omni

1 *M.* Damiatæ. — 2 *Hoc initium deeſt apud M.* — 3 *P.* Duce. — 4 *P.* Hoſtarica. — 5 *P. ſupplet.* — 6 *D. in P.* — 7 *P. om.* — 8 *P.* conſcilium. — 9 *P.* conſcilio. — 10 *P.* omnes unanimiter.

1218 Chriſtianorum exercitu, qui in auxilio Terre Sancte proficiſcebantur, in terram Egipti intrare, gentem quoque Paganorum & Sarracenorum [1] penitus [2] ſubiugare & ſuppeditare.

II. Cognoſcant univerſi, ad quos hec ſcriptura pervenerit, quod in medietate [3] menſis Madij Chriſtiani omnes in navibus aſcenderunt & in ſequenti hebdomada [4]
Mai. 29. quodam die Martis in terram Egipti intraverunt. Caſtra quidem ſua prope civitatem Damiate fixerunt, [5] in qua etiam civitate Maria Egyptiana & Moyſes ſuam habuerunt originem. Caſtrametati autem fuerunt in quadam inſula inter mare & fluvium Paradiſi, qui [6] dicitur Gion, ex parte meridiei. In qua inſula propheta Ieremias natus fuit, & quod hoc ſit verum & credibile, poteſt cognoſci, quia domus eius uſque in preſentem [7] diem apparet, que domus Ieremie prophete domus eſt dicta. Gaudia quoque & tribulationes, paſſiones & languores [8] atque diverſa tormenta, que Chriſtiani in ipſo exercitu permanentes [9] paſſi fuerunt, legentibus & audientibus breviter, prout potuerimus, ex parte exponere propoſuimus. [10]

III. Erat quippe civitas illa ſitu & arte fortiſſima, turribus P. f. 108 A.
& muris atque foſſis & fluminis impetu munita, ita quod aliquis vix ad ipſam poterat accedere civitatem. In medio autem ipſius fluminis quedam munitiſſima [11] turris cognoſcitur ſuper lignaminis congeriem fore fabricata, que multis machinis erat munita, taliter quod aliquis per ipſius fluminis undas ad Damiate [12] civitatem appropinquare nequibat. [13] In cuius turris defenſione unus amiragius pro [14] ipſius turris munitione cum centum militibus, baliſtariis [15] & [16] ſagittariis multis pro eius cuſtodia exiſte- M. f. 61 C.

1 *D. in P.* — 2 *P. ſuppl.* — 3 *M.* media. — 4 *P.* ebdomada. — 5 *M.* finxerunt. — 6 *P.* quod. — 7 *M.* præſentem. — 8 *P.* langores. — 9 *P. om.* — 10 *P. legit* exponere & a parte poſuimus; *M.* ex parte ponere & apud propoſuimus. — 11 *P. om.* quedam munitiſſima. — 12 *M.* Dalmiate *ſicut ſemper.* — 13 *M.* nequiebat *& ſuppl.* intus. — 14 *P. & M.* unum Amiragium. — 15. *P.* balliſtariis. — 16. *P. add.*

bant, qui victualia & omnia neceſſaria uſque ad annum 1218
habere dicebantur. In civitate vero Damiate tres amira-
gios & c [1] milites nobiles & potentes pro eius munitione
ſoldanus miſerat, qui ipſam urbem defendere & manu-
tenere curarent. Similiter militibus & [2] peditibus, baliſ-
tariis & ſagittariis innumerabilibus erat plena pariter &
munita. Anonam [3] & carnes & alia victualia ſufficienter
ad annos duos habere cognoſcebantur. In fluvio vero [4]
tres catenas poſuerant, que uſque ad civitatis murum
tenebant ita, quod nulla navis per fluminis aquam ad ur-
bem accedere poterat. Licet graviſſimum & difficillimum [5]
Chriſtianis videretur, tamen, conſilio [6] communicato, ad
predictam turrem expugnandam ſe preparaverunt. Statim
ſcalas in navibus innumerabiles primo die menſis Iulij fieri Iul. 1.
P. f. 108 B. fecerunt, & cum ipſis ad turrem accedentes ipſius turris [7]
Mur. p. 1086. muro ipſas ſcalas appoſuerunt, que, cum ipſius [8] muro
appoſite fuiſſent, divino numine [9] fracte fuerunt, & tunc,
ſicut [10] omnipotenti Deo placuit, centum milites & nepos
ducis de Oſterica [11] in aqua ſummerſi [12] fuerunt.

IV. Videntes autem Chriſtiani hoc infortunium, valde
ſunt contriſtati & plurimum perterriti. Verum tamen virtute
Domini noſtri Iheſu [13] Chriſti, a quo cuncta procedunt, &
ſine quo nil fieri poteſt, inſtigati, in feſto Sancti Bartholo- Aug. 24.
mei apoſtoli ſcalas firmiſſimas mire magnitudinis & forti-
tudinis fieri fecerunt & navigantes ad ipſam turrim acce-
dentes ſcalas ipſius turris muro per vim poſuerunt. Quas
cum Pagani viderent, illico ignem & ſulfurem accenſum
ſuper eis iniquiſſime proiecerunt, & tam fortiter ignis eſt
accenſus, quod ab omnibus ſcale videbantur comburi. [14]
Quo viſo, Chriſtiani valde perterriti plurimumque tur-

1 *P. om.* — 2 *P. om.* — 3 *M.* anona. — 4 *M. add.* — 5 *P. add.* a. —
— 6 *P.* confcilio. — 7 *P. ſuppl.* ipſius turris. — 8 *P.* ipſi. — 9 *M. add.*
illico. — 10 *P.* ſicut. — 11 *P.* Hoſtarica; *M.* Hoſtirica. — 12 *P.* ſumerſi.
— 13 *M.* Ieſu. — 14 *P. legit* comburi videbantur.

1218 bati, flexis genibus & nudis pedibus ad terram proſtrati, ex oculis [1] fluvium lachrymarum effundentes, pre nimio luctu ita graviſſime [2] erant anguſtiati, quod loquela etiam carebant & vix dicere poterant: *Domine, miſerere! Adiuva nos!* Cum autem per unam horam Chriſtiani in hac permanerent [3] triſtitia, ſubito ignem exſtinctum & ſancte crucis vexillum in ipſa turre viderunt. Quo viſo, Chriſtiani loquelam & voces, quas [4] ex luctu amiſerant, omnes [5] integre recuperaverunt &: *Te Deum laudamus* & *Gloria in excelſis Deo* dulci modulatione canere ceperunt, & ad ipſam turrem omnes, qui potuerunt, curren- M. f. 61 D.
tes ipſam ſumma vi [6] expugnantes violenter eam ceperunt & in virtute ſua habuerunt.

V. Capti namque fuerunt in ea turre c milites & ccc ba- P. f. 108 C.
liſtarij,[7] quos vinctos ad caſtra ante regis preſentiam & aliorum nobilium duxerunt, qui omnimodo ipſum regem & ducem de Hoſterica [8] rogaverunt, ut milites, albis armis indutos, & militem quemdam Ruffum, a quo graviter expugnatos ſe dicebant, eis oſtendere deberent. [9] Ipſe vero rex & dux de Oſterica petitionibus eorum ſatiſfacere volentes, omnes, qui ad predictam turrem expugnandam & capiendam fuerant ante eorum conſpectum voce [10] preconis venire fecerunt. Illi autem, proſpicientes eos, dixerunt: *Nullus ex [11] iſtis nos invaſit neque turrim expugnavit. Erant quippe turrem expugnantes omnes veſtibus candidis [12] & armis albis induti, [13] velociſſimi & [14] fortiſſimi, uſque ad ſummitatem turris, quandocumque volebant, aſcendentes; ita nos caligine aliquociens fulgoris lumine cooperiebant, quod lumen oculorum & virtutem corporis amittebamus.* Quibus auditis & intellectis, Chriſtiani illico intellexerunt, quod Dominus noſter

1 *In P. deſ. verba ab* flexis *uſque ad* fluvium. — 2 *P. om.* — 3 *M.* permanente. — 4 *P.* quam. — 5 *P. add.* loquela & voce; *M.* loquelam & voces. — 6 *P. add.* — 6 *M.* vim. — 7 *M.* baleſtarios. — 8 *P.* Hoſtarica. — 9 *P.* deberet. — 10 *P.* voces. — 11 *M. & P. leg.* eſt *pro* ex. — 12 *M.* candidis veſtibus. — 13 *M.* inducti. — 14 *P. add.*

Ihesus [1] Christus crucifixus [2] ad dictam turrem expugnandam angelos suos misisset. Miles vero, qui ab eis ad turrem capiendam visus fuit, qui armis rubeis & variis indutus erat, firmiter crediderunt Christiani, Beatum Bartholomeum esse. Similiter catene, undas fluminis tenentes & in ipsa turre clavate, [3] voluntate [4] Domini nostri Ihesu Christi [5] virtute sunt fracte, ita quod per ipsius fluminis aquam navigare poterant. Hoc enim fecit Dominus, ut Daviticus versus ad memoriam reduceretur: *Nolite confidere in principibus neque in filiis hominis, in quibus non est salus. Exibit autem virtus Domini & revertetur* [6] *in terram suam, & cum de eius voluntate fuerit, inimici eius omnes peribunt.* (Psalm. CXLV, 2 seq.) 1218

P. f. 108 D.

VI. Mense vero Septembris [7] proximo [8] dominus legatus, summi pontificis cardinalis, atque Romanorum princeps [9] cum magna turba Romanorum [10] & multi alij viri nobiles & potentes in Christianorum expeditionem venerunt, unde Christiani valde sunt gavisi gaudio magno. Perpendens autem Egiptiacus [11] rex, quod Christianorum exercitus quotidie augebatur, plurimum est turbatus. Tamen cepit calide cogitare, qualiter Christianorum gentem posset invadere & de terra Egipti penitus expellere. Preparavit & armavit itaque [12] idem rex c inter galeas & barcas. Septemb.

Mur. p. 1087

VII. Quodam vero die Martis in festo Sancti Diometri exercitus Paganorum & Sarracenorum, omnes armati & ad bellum asclerati, [13] per terram & aquam venientes, super Christianos insultum fecerunt. Quo viso [14] a Christianis, [15] captis armis instructi & ad bellum prepa- Octob. 26.

M. f. 62 A.

1 *M.* Iesus. — 2 *P.* Crucifissus. — 3 *P.* ipsam turrem clavatam. — 4 *P.* voluntare. — 5 *M.* Iesu; *M. add.* & — 6 *P. om. verba ab* Nolite *usque* in. — 7 *P.* Septembri. — 8 *M.* proximi. — 9 *P.* principes. — 10 *P. om.* cum magna turba Romanorum. — 11 *P.* Egyptianus; *M.* Ægyptiacus. — 12 *M.* namque. — 13 *M.* ascherati. — 14 *P.* a christianis viso. — 15 *P. add.* illico.

1218 rati illis ſe obviam prebuerunt & tamquam angeli per ſablonem catervatim contra inimicos pergere videbantur, [1] iacula inimicorum, nec mortem pro Chriſti amore minime timentes, ſed voluntate & leto animo [2] pro Chriſti amore [3] bellum contra [4] Chriſtianorum inimicos temptare cupientes. Dominus autem legatus, veram crucem in manibus ſuis portans, ante omnes precedebat. Milites & pedites hortari non deſinebat, ut ad Domini noſtri Iheſu [5] Chriſti crucifixi [6] obſequium & ad Chriſtianorum inimicos debellandos & ſubiugandos gratulanter proficiſci feſtinarent P. f. 109 A.
&, cum hoc dixiſſet, alta voce & ex oculis lachrymas effundens & dulci voce dicens: *O Domine, ô Domine, ſalva & cuſtodi nos & exaudi preces noſtras die, qua invocavimus Te* (Pſalm. XIX, 9). *In die tribulationis & anguſtie noſtre invocavimus Te, ô Domine, velociter exaudi preces noſtras!* (Cf. Pſalm. XVII, 6; XLIX, 15.) *Verba & orationes noſtras auribus Tuis percipe, Domine, intellige clamorem noſtrum!* (Pſalm. V, 1 ſeq.) *Intende voci orationis noſtre, Rex noſter,* [7] *Dominus noſter! Quoniam ad Te ſemper oramus & confugimus, Domine, exaudi, Domine, voces & orationes noſtras! Domini eſt ſalus & ſuper populum Tuum benedictio Tua* (Pſalm. III, 8). *Sub umbra alarum tuarum protege nos* (Pſalm. XVI, 8) *& a perfidia inimicorum noſtrorum libera nos, Domine, & preſta nobis Tuum ſanctiſſimum auxilium, ut gentem perfidam & nequitiam convertere poſſimus, ut in Sanctam Trinitatem & nativitatem Tuam atque in paſſionem & mortem & reſurrectionem Tuam nobiſcum recte credere debeant, ut nomen Tuum per univerſum mundum* [8] *invocetur & ſit benedictum in ſecula ſeculorum! Amen.*

VIII. Qua oratione facta, Chriſtianorum exercitus Paga-

1 *P. add.* &. — 2 *P.* animo leto. — 3 *P.* timore. — 4. *P. add.* — 5 *M.* Ieſu. — 6 *P. om.* — 7 *P. add.* — 8 *P.* orbem.

norum & Sarracenorum exercitui appropinquavit, tubis & 1218
belli inſtrumentis per partes ſonantibus, prelium durum & iniquum incipitur. Dum autem iniquiſſime preliarentur, percipientes Pagani & Sarraceni, ſe [1] reſiſtere non poſſe & innumerabiles ex eis in campo mortuos & vulneratos iacere, perterriti fugam petierunt, quos Chriſtiani inſequentes accidit divina potentia, quod Daviticus [2] verſus
P. f. 109 B. in ea fuga eſt [3] renovatus, quia *unus mille & alter decem millia* paganos [4] fugabat (1 Samuel. XVIII, 7). In quo prelio innumerabiles ex Paganis & Sarracenis ſunt capti & interfecti. Illi vero, qui in galeis per fluminis undas
M. f. 62 B. venerunt, in aqua ſubmerſi ſunt. Victoriam magnam habuerunt Chriſtiani ſuper Paganorum & Sarracenorum gentem in ipſo prelio; gratias & laudes Domino noſtro Iheſu Chriſto referamus! Quorum ſanguine & putre-
Mur. p. 1088. dine atque fetore pro interfectione eorum per plures dies Chriſtiani ſteterunt, quod de fluminis aqua nullus bibere potuit, nec coquinam facere.

IX. Et dum hec agerentur, magiſter Robertus de Curſone, vir nobilis & potentiſſimus, & comes de (Niverſa), [5] vir egregius & [6] prudens, & multi milites de Francia & Anglia & de aliis Chriſtianorum partibus ad Damiate portum virtute Domini pervenerunt; gaviſi ſunt namque Chriſtiani ingenti letitia. Cognoſcens igitur rex Egipti adventum [7] eorum plurimum eſt turbatus. Propoſuit itaque idem rex, antequam equos de navibus traherent, cum Chriſtianis prelium committere. Tranſeuntes quidem Pagani & Sarraceni milites quemdam pontem uſque ad Chriſtianorum temptoria curreront. Videntes hoc Chriſtiani confeſtim & velociſſime equos aſcenderunt & cum eis prelium magnum commiſerunt, qui terga vertentes uſque ad dictum pon-

1 *M. add.* — 2 *M.* Davidicus. — 3 *P. add.* — 4 *M.* parianos. — 5 *Vacat in utroque codice.* — 6 *P. add.* — 7 *P.* de adventu.

1218 tem eos perſecuti fuerunt. Multi vero ex illis, qui pontem propter multitudinem tranſire non potuerunt, in ipſo fluvio mortui & ſubmerſi ſunt, Pagani & Sarraceni. Qui ex alia pontis parte aderant, timentes, ne pontem per vim tranſirent, nimio terrore [1] territi pontem illum fregerunt & in fluvio diruerunt. Reverſi ſunt namque Chriſ- P. f. 109 C.
tiani ad caſtra laudantes & benedicentes Dominum.

Novemb. 6. X. Menſe vero Novembris [2] venientis quodam die eiuſdem menſis templarij milites, in quadam eorum coca [3] intrantes, fluvium tranſire volentes, ut detrimentum & dampnum Paganis & inimicis eorum inferre poſſent, ſubito ventus validus ipſam cocam [4] ante civitatis Damiate muros proiecit. Quo cognito, illico Sarraceni, cum galeis & barchis currentes, illos undique circumdederunt & cum eis graviſſime pugnaverunt. Chriſtiani autem egregie ſe defendentes multos ex eis interfecerunt. Sed cum vidiſſent, quod de [5] manibus eorum evadere non [6] poſſent, pactum Chriſtiani a Sarracenis petierunt. Sarraceni vero interea centum de maioribus & melioribus, qui ibi erant, in Chriſtianorum coca aſcenderunt. Videntes hoc Chriſtiani milites, valde ſunt turbati, verumtamen ſunt recordati verbi Sanſonis dicentes: *Omnes inſimul moriamur, moriatur Sanſon, & moriantur omnes inimici eius!* (Cf. Iudd., XVI, 20.) Et ſtatim cocam [7] inferius fregerunt, & Sarraceni omnes, qui in ea erant, in aqua ſunt ſubmerſi. Chriſtiani vero, [8] in quadam galea & barca Sarracenorum intrantes, fluvium Domini virtute tranſierunt. Vi- M. f. 62 C.
dens autem ſoldanus, quod Dominus noſter Iheſus crucifixus tunc pro Chriſtianis pugnavit, nimio terrore

1 *P. om.* — 2 *P.* Novembri. — 3 *P.* conca *ut inferius.* — 4 *P. ſuppl.* ſcilicet. — 5 *P.* a. — 6 *M. om.* non. — 7 *M. leg.* Et ſtatim Sarraceni, qui in coca aderant, omnes inferius eam fregerunt. — 8 *M. add.* qui in dicta erant.

& ingenti triſtitia conturbatus eſt.[1] Et illico[2] ligna & trabes in fluvio ſubmergi fecit & ripam ipſius fluvij[3] petrariis[4] & manganis & aliis machinis munivit[5] & caſtris lignorum. Quam munitionem cum Chriſtiani vidiſſent, plurimum ſunt conturbati dicentes & ad invicem contra dominum legatum murmurantes: *Quid faciemus? Ad eos tranſire non poſſumus, belli fortunam cum eis minime temptare*[6] *nequimus & ſic in hac ſolitudine mori*[7] *debemus! Salvator mundi, quid faciemus?* AN[8] SEPULTURIS IN NOSTRIS CAREMUS PARTIBUS? CUR IN HOC DESERTO NOS DUXISTIS?[9] (Cf. Exod., XVI, 3.) *Ecce abſque bello*[10] *moriemur & ſicut canes & beſtie in ſablono ſepelimur!* Cumque dominus legatus hec audiret, effundens ex oculis lachrymas,[11] Dominum noſtrum Iheſum Chriſtum cepit exorare alta voce,
Mur. p. 1089. tendens manus ſuas ad celum dicens: *Domine Iheſu Chriſte, fili Dei vivi, qui pro ſalute noſtra in mundum veniſti & humanam generationem de Tuo ſanguine ſanctiſſimo redemiſti, ne reſpicias*[12] *peccata noſtra, ſed exaudi nos peccatores per Tuam gratiam & miſericordiam & mitte angelos Tuos de celo, qui nobiſcum ſint & doceant nos, ut poſſimus Sancte Crucis inimicos & eos, qui in Te non*[13] *credunt, ſuperare, Salvator mundi, qui in Trinitate*[14] *vivis & regnas*[15] *Deus!*

1218

XI. Et precepit dominus legatus, triduanum fieri ieiunium & nudis pedibus atque flexis genibus ante veram & Sanctam Crucem intentis precibus & orationibus ſtare, ut,
P. f. 110. A. qui in ea pependit,[16] oſtendat[17] Chriſtianis viam, per quam noſtras poſſimus ripe fluminis[18] naves apponere, ut cum inimicis prelium commiſcere[19] valeamus, ut ad

1 *P.* eſt conturbatus. — 2 *P. leg.*: fluvium muniunt & ligna & trabes in fluvio ſubmergi fecit. — 3 *M.* fluminis. — 4 *M.* petreriis. — 5 *M.* muravit. — 6 *M.* tentare. — 7 *M.* morari. — 8 *P. add.* ſepulcris &. — 9 *P.* duximus. — 10 *P.* malo. — 11 *P.* lacrimas. — 12 *P.* profſpicias. — 13 *M.* omittit. — 14 *M.* unitate. — 15 *P.* vivit & regnat. — 16 *P.* pendit. — 17 *M.* oſtenderet. — 18 *M.* & *P.* potuiſſemus; *M.* iux fluminis. — 19 *M.* commiſceri.

1218 rectam fidem Domini nostri Ihesu Christi crucifixi &[1] individue Trinitatis eos convertere possimus.

XII. Cum autem cogitarent Christiani, qualiter naves
Novemb. 30. eorum apponere possent, in festo Sancti Andree[2] cecidit tam magna tempestas ab aëre[3] & pluvia ita superhabundavit, quod[4] Paradisi fluvius[5] non discernebatur a mari, & aqua tota facta est amarissima. Ex illa tempestate & pulsione[6] ventorum omnia temptoria sunt scissa virtute ventorum, & omnia loca exercitus facta sunt aquosa, ita quod homines ibi natare poterant, & panis & carnes & farina & frumentum & ordeum & omnia victualia in ipsa natabant aqua, & multi infirmi, qui in ipsis castris iacebant, ex aquarum inun- M. f. 62 D.
datione mortui sunt. Ea vero die quedam munitissime naves maximo[7] labore & indefinitis expensis constructe, in quibus scale mirabili modo ordinate pro civitate capienda erant apposite, &[8] ventis impulse & a Sarracenorum parte sunt proiecte, quas, nobis videntibus, Sarraceni igne cremaverunt. Unde Christiani planctum magnum fecerunt, mestitiam habentes & dolorem cordis,[9] dicentes: *Deus est nobis contrarius!*[10] &,[11] quid[12] facere deberent, penitus ignorabant, quia[13] anteire non poterant, retro vero redire non valebant, & sic[14] quasi desperati in sabulo permanebant.[15] Et cum predictus dominus legatus esset in magna tribulatione cum predictis Christianis, in fossatum se in cruce extendit &, discooperto capite, alta voce clamavit: *Domine Iesu Christe, qui excitatus a Petro, cuius navicula demergebat, respondit:* MODICE

1 *P. leg.*: individueque — 2 *P. suppl.* &. — 3 *P.* ere. — 4 *M. leg.*: per p. fluvium. — 5 *P.* fluvium. — 6 *P.* expulsione. — 7 *M.* maxime. — 8 *M.* a. — 9 *P.* & dolorem cordis habentes. — 10 *P.* contrarius nobis est. — 11 *P. suppl.* — 12 *P.* quod. — 13 *P. add.* penitus. — 14 *M. suppl.* — 15 *Totus hic passus ab* Et cum predictus *usque ad* mensem februarij *deest in P.*

FIDEI, QUARE DUBITASTI? (Matth., VIII, 26). *Et ſtatim* 1218
imperaſti ventis & mari, ET FACTA EST TRANQUIL-
LITAS MAGNA (cf. Matth., XIV, 31). *Intercede nunc, piiſ-
ſime Pater, ſuper exercitum Tuum, impera mari & vento,
ut revertantur ad locum ſuum, qui cum Patre vivis & regnas
in ſecula ſeculorum! Amen.* Hanc orationem licet lachry-
mabili voce dixiſſet, omnes audivimus. Nulla mora in-
terpoſita, ſol ſplendidiſſimus apparuit cum multa ſereni-
tate veniens, & eodem die terre ſuperficies adeo deſiccata
eſt, quod omnia victualia, protinus ſoli appoſita, ſine
gravi damno ſunt reperta. Tunc Chriſtiani benedixerunt
Dominum dicentes: *Non derelinquit Deus ſperantes in Se*
(cf. Pſalm. IX, 10; I Regg., XII, 22), & ſic per totam
hyemem aqua & frigore paſſi ſunt in tantum, quod ſexta
pars exercitus mortua eſt, & multi manuum & pedum
ungulas & dentes malo oris & dolore amiſerunt, [1] qui
omni parte cognoſci poſſunt, & ita fuimus fatigati uſque
ad menſem Februarij. [2] 1219

XIII. Perpendens [3] dominus legatus, quod nullo modo
P. f. 110 B. ſtando in ſabulo eos vincere poteramus, [4] & cotidie noſter
Mur. p. 1009. exercitus minuebatur, miſit preconem ſuum & fecit eos
coadunari & dixit eis: *Quid facere* [5] *debemus, fratres cariſ-
ſimi? Nonne melius eſt, mori in bello amore Domini noſtri
Iheſu Chriſti,* [6] *quam in aliena terra ſicut* [7] *captivi vivere?* [8]
Precepit itaque dominus legatus omnibus confiteri &
penitentiam de peccatis ſuis agere in feſto Purificationis
Sancte Marie. Quo facto, ſimiliter precepit eis, ut armis Febr. 2.
bellicis ſe prepararent. Ipſe dixit, & omnia facta ſunt.

1 *M.* amiſi ſunt. — 2 *P. leg.*: Cumque hec a Chriſtianis forent facta, perpend. dom. leg., &c. — 3 *M.* prependens. — 4 *P. leg.*: Stando in ſablono nullo modo paganos & Sarracenos vincere poterunt, ante ſuam preſentiam omnes venire fecit dicens: Kariſſimi viri prudentes & potentiſſimi, qui ad partes iſtas pro animarum noſtrarum redemptione acceſſiſtis, melius eſt mori in bello. — 5 *M. add.* filij. — 6 *P. ſuppl. ab* amore *uſque* Chriſti. — 7 *P.* patria tamquam. — 8 *M. leg.*: Tunc, *& om.* itaque.

1219 XIV. Altera autem die ſummo diluculo Chriſtiani omnes in cochis & galeis & barchis & aliis lignis aſcenderunt, illi autem, qui in coca ducis Holteriche aderant, primo per flumen navigare ceperunt [1] & ad palificatam Sarracenorum, quam in flumine fecerant, venientes,[2] ipſam per vim M. f. 63 A.
ceperunt & diruerunt. Quo viſo, Chriſtiani [3] gaviſi ſunt gaudio magno valde, & continuo omnes alie coche & galee & alia ligna per flumen in ſuccurſu eorum navigare ceperunt. Sed protinus tanta tempeſtas in aëre orta fuit, quod vix [4] poterant eam ſubſtinere. Aqua vero & grando & ventus validus cum frigore mixtus, ita quod unus alium videre non [5] poterat, & propter illam tempeſtatem grandinis inviti ad caſtra reverſi ſunt. Illi autem, qui ultra flumen remanſerant, tribus diebus & noctibus [6] predictam tempeſtatem ſubſtinuerunt. Et tunc Chriſtiani propter temporis gravitatem quaſi ad deſperationem devenerunt dicentes: *Oblitus eſt noſtri* [7] *Deus & faciem ſuam avertit,* P. f. 110 C.
ut nos non videret in finem! (Pſalm. IX, 31.) Et adoraverunt Deum dicentes: *Domine, ſalva nos, perimus,* [8] (Matth., VIII, 25) *ab iſta perverſa & nephanda* [9] *gente, ne quando dicant:* UBI EST DEUS EORUM CRUCIFIXUS? *Adiuva nos, Deus noſter, & miſerere* [10] *nobis, ut non* [11] *ſimus, nec de nobis dici poſſit:* FACTI SUMUS OPPROBRIUM VICINIS NOSTRIS, SUBSANNATIO ET ILLUSIO IIS, [12] QUI IN CIRCUITU NOSTRO SUNT! (Pſalm. XLIII, 13.) Statim tanta mala Dominus [13] Iheſus Chriſtus noſter ſuper Sarracenis poſuit,[14] quod ſoldanus, ex illa triſtitia indignatus, unum de amiragiis fecit interficere.

XV. Nocte autem veniente, apparuit in caſtris Paga-

1 *M.* cepiſſet. — 2 *M. add.* & — 3 *P.* a Chriſtianis. — 4 *M.* vis. — 5 *P. om.* — 6 *P. add.* — 7 *P.* nobis. — 8 *P. om.* — 9 *P.* nefanda. — 10 *P. legit pro verbis ab* miſerere *uſque ad* Facti: miſereris ut nos ſumus nec de nobis dici poſſit. — 11 *M.* nos. — 12 *M. om.* iis. — 13 *P.* Deus. — 14 *P.* propoſuit.

norum & Sarracenorum Beatus Georgius, armis albis in- 1219
dutus, & innumerabiles milites cum eo, ſimiliter armis albis [1] & veſtibus candidis induti. Videntes autem Pagani eos, curſu velociſſimo [2] ex predore magno venientes, perterriti fugam ceperunt & fugientes nec pater filium, nec filius patrem exſpectabat, caſtra & omnia, que in caſtris habebant, penitus relinquentes, & [3] etiam Chriſtiani, hoc audientes, magnum habuerunt timorem. Altera die veniente, unus ex Paganis, qui in campo remanſerat, [4] vocavit Chriſtianos & dixit eis: *Venite, quia Sarraceni fugam ceperunt & caſtra cum omnibus dimiſerunt!*

XVI. Quo facto, Chriſtiani, ad caſtra pergentes, temptoria & omnia, que in caſtris aderant, habuerunt & inter ſe diviſerunt. Et tunc Chriſtiani intellexerunt & firmiter crediderunt, [5] quod Dominus noſter Iheſus Chriſtus Crucifixus miſit milites ſuos ad expugnandum Paganos & Sarracenos. Et in his diebus apparuit Sarracenis quedam terribilis vox dicendo: *Fugite & ite viam veſtram & ſi non, mortui* [6] *eritis!* Et hec vox per totum exercitum ibat dicendo: *Fugite, fugite, ecce Chriſtiani vos omnes occident!* [7] Et ita Sarraceni fugam ceperunt, & ſic pater non exſpectabat filium & ſemper hec vox dicendo: *Quare non fugitis? Ecce Chriſtiani ſequendo occident vos!* Et nullus ſequebatur eos, & hec vox & tribulatio per tres dies duravit ſuper
M. f. 63 B. Sarracenos. Tunc Chriſtiani valde timuerunt de rumore,

1 *P.* albis armis. — 2 *P.* velociſſimo curſu. — 3 *P. add.* — 4 *M.* remanſerunt. — 5 *M.* credentes. — 6 *M.* morti. *Totus paſſus ſequens ab* apparuit *uſque* ibi niſi ſabulum *deeſt in P., qui fol.* 110 D *in eius loco legit*: Ea vero die omnes Chriſtiani tranſierunt flumen ingenti gaudio & letitia laudantes & benedicentes Dominum; omnibus fuit notum & manifeſtum. Ea autem die Chriſtiani cum Paganis & Sarracenis nequiſſime preliarunt & fugam petentes eos uſque ad civitatis partes perſecuti fuerunt. Et tunc Chriſtiani Damiate civitatem undique obſiderunt, ita quod nullus in ea civitate poterat intrare nec exire niſi per Chriſtianorum manus. — 7 *M.* occidendo.

1219 quem faciebant Sarraceni fugiendo. Et in aurora diei
Febr. 5. Sancte Agathe facta fuit tranquillitas in flumine, & Chriſ- Mur. p. 1091
tiani, qui erant in lignis, audierunt unam vocem iuxta flumen dicentem: *O Chriſtiani, quid facitis? Ecce Sarraceni omnes fugiunt, & non exſpectat pater filium!* Et interim viderunt unum militem albis veſtibus, iuxta flumen hoc dicentem, & confeſtim deſcenderunt ad terram & non invenerunt niſi paucos Sarracenos per campum & occiderunt eos & multos invenerunt mortuos, & qui occidebat eos, neſciebant.

XVII. Et invenerunt Chriſtiani in dicto campo papiliones, travaclas rariſſimas & cultras optimas & ornamenta, aurum, argentum & vaſa aurea & argentea, camelos, boves & aſinos, biſcottum, farinam & hordeum multum. Unde renovatus eſt totus exercitus Chriſtianorum. Tunc intellexerunt Chriſtiani, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus tranſmiſit angelos ſuos ad expugnandos illos, qui non credunt, Dominum veniſſe in virginem Mariam. Et tunc Chriſtiani cantare inceperunt: *Gloria in excelſis Deo* & *Te Deum* & laudaverunt Dominum & Beatam Agathen. Et illo die poſuerunt diſtricte adſedium in circuitu Damiate, ita quod nec [1] exire nec intrare poterant.

XVIII. Tunc remanſerunt in Damiata lxxx millia Sarracenorum & mulierum. Et fecerunt arginalem contra exercitum de biſcotto, de caſeo, de lardo & de aliis victualibus, de quibus habebant abundantiam. Sed de pane recenti & vino & de carne freſcha cariſtiam magnam habebant, ita quod aries unus x unciis venditus fuit & una gallina xxx ſoldos & unum ovum duos ſoldos; cariſtiam vini non poſſumus enumerare, certe cum lachrymis unuſquiſque [2] loquebatur. Tanta erat

1 *M. om.* nec. — 2 *M.* unicuique.

miſeria [1] Chriſtianorum, quod ſicut infirmus ſanitatem 1219
deſiderat, ita Chriſtiani deſiderabant, non dico comedere, ſed tantum herbarum virentiam videre, quia non erat ibi niſi ſabulum.

XIX. Nono die intrante Martio [2] dominus legatus Mart. 9.
precepit omnibus magiſtris, ut pontem edificarent & ſcalas in cochis & galeis & alias machinas [3] velociter conſtruere [4] & facere deberent. Statuerat quidem cum omni Chriſtianorum exercitu Damiate civitatem viriliter expugnare. [5] Soldanus tamen, antequam civitatem desereret, ipſam valde munivit, l millia viros probos & bellatores inter amiragios & milites & pedites in ea poſuit civitate, qui ipſam urbem defenderent & manutenerent; habitatores vero eiuſdem civitatis [6] erant xx millia abſque parvulis & mulieribus viri bellatores. Similiter in eam miſit civitatem victualia ad annos duos ſufficientia.

M. f. 63 c. XX. Interea, pontibus expletis & caſtris & aliis machinis conſtructis, die Dominica menſis xv Martis [7] do- Mart. 15.
minus legatus & rex Ieroſolyme & dux de Hoſtarica & patriarcha Ieroſolymytanus & alij nobiles & potentes viri inſimul ſe coadunantes [8] diligenter inquirere & diſponere ceperunt, qualiter Damiate civitas poſſet capi & ſubiugari. [9] Et dum hec agerentur, ſoldanus & [10] Corradinus, civitatis Dalmaſi dominus, cum infinita Sarra-
P. f. 111 A. cenorum & Paganorum multitudine exercitum Chriſtianorum circumdederunt. Venientes autem dicti, ſoldanus

1 *M.* miſerea. — 2 *P. leg.*: Altera namque die. — 3 *M.* aliis machinis. — 4 *P.* conſtruxere. — 5 *M. & P.* expugnantes. — 6 *M. add.* qui. — 7 *Hic locus corrigendus eſſe videtur; dies quintus decimus Martis non fuit dies dominica ſed dies Veneris, quare legendum eſſe cenſeremus* xvij. *P. legit* x kal. Februarij; *Ioh. de Tulbia & Cod. Heidelb. narrant « Sarracenos quindecim diebus poſt transfretationem Chriſtianos aggreſſos fuiſſe. »* — 8 *P.* coadunaverunt. — 9 *M.* poſſe ſubiugare. — 10 *P. om.*

1219 & Corradinus [1] cum universa gente sua ab illa parte, ubi [2] aqua fossatum non erat expletum, sic Christianis sunt locuti: [3] *O Christiani, aut oportet, vos Christum & Dominum vestrum & Mariam, quam dicitis esse matrem eius,* [4] *adorare, aut oportet, nos Machometum negare &* Mur. p. 1092
Christianos fieri. Et confestim prelium cum Christianis commiserunt [5] & fixerunt unum papilionem ante fossatum Christianorum & ibi comederunt duas gallinas propter sacramentum, quod fecerat Corradinus, quia credebat eos devorare, sicut canes famelici unum panem. Et in illo die fuit magnum prelium, & Sarraceni, non valentes resistere, multi mortui sunt, Christianis dicentibus: [6] *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* (Ep. ad Rom., VIII, 31.)

XXI. Tunc Christiani fecerunt pontem super fluvium de xxxviij barchis cum trabibus [7] & tabulis clavatis, & distabat una pars ab altera fere unum milliare, circa miserunt cochas, ne Sarraceni ascenderent ipsi ponti. Alio autem die venerunt Sarraceni per flumen cum xxx galeis & tribus ieremitis ardentibus ad comburendum pontem, & sic ceperunt preliare ex v partibus. Sed Dominus noster Christus Iesus venit in auxilium Christianis ita, quod ad pontem non nocuerunt, & mortui sunt ex ipsis Sarracenis cccc & reversi sunt cum tristitia, & fecerunt Christiani custodire circum Damiatam & flumen & insulam, in qua prius manserant, & alias duas insulas cum carbonariis & portis, ne aliqui possent intrare nec exire. Et christianus exercitus tenebat decem milliaria longe.

1 *P. om.* dicti soldanus & Corradinus. — 2 *M. om.* ubi. — 3 *M.* fuit locutus. — 4 *P. om. verba ab* & Mariam *usque ad* eius. — 5 *M.* commisit; *P. add. hic*: In ipso autem prelio gracia Dei nil Christianis nocuerunt. Set de Sarracenis innumerabiles mortui sunt; referamus gratias Christo! Millesimo ducentesimo decimo nono, indictione vij die ramis
Mart. 31. Palmarum, cum divinum celebraretur officium, qualiter Ihesus Ierosolimam venit, soldanus & Corradinus super Christianos insultum facere statuerunt. — 6 *M.* Christiani dicentes. — 7 *M.* travibus.

XXII. In ramis palmarum fcientes foldanus & Corradinus, quod Chriftiani volebant celebrare, qualiter Chriftus venit Ierofolymam, inierunt confilium fuper Chriftianos, antequam aliud paffagium fuccurreret eis;[1] putaverunt eos delere de terra, & ficut leviter poffunt numerari ftelle celi & arena maris, ita multitudo Chriftianorum poterat numerari. Et venerunt[2] per terram & aquam cum lxxj galeis & cum indefinita multitudine Paganorum & Sarracenorum,[3] & adduxerunt targias & tabulas & oftia domo- 1219 Mart. 31.

M. f. 63 D.

1 *M.* eos. — 2 *P.* venientes itaque cum lxvj. — 3 *P.*, *cetera ufque ad c.* XXVI *omittens, legit:* & cum galeis fortiter navigantes ad Chriftianorum pontem appropinquarunt. Verum quia pauci refpectu illorum erant Chriftiani, a facie terre eos penitus credebant poffe delere; foffatum quidem Chriftianorum iuxta foffatum impleverunt. Alij ab alia parte exercitus perrexerunt, inde Chriftiani valde timuerunt, & cum Chriftianis prelium magnum inceptum eft & duravit ea die ufque ad vefperas. Hora autem vefpertina veniente, Chriftiani fortiter cum Paganis & Sarracenis pugnaverunt. Videntes Sarraceni & Pagani, fortitudini Chriftianorum refiftere non poffe, retro fe facientes fugam petierunt. Set quia in galeis afcendere non potuerunt, multi ex illis in terra & aqua funt mortui & fumerfi, & de Chriftianis multi vulnerati funt. Set ea die divino auxilio parum Chriftianis nocuerunt; legimus enim in epiftola Pauli: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* [Roman., VIII, 31.] Nulla quippe humana lingua miferias & langores ac Chriftianorum infirmitates, quas Chriftiani in Damiate obfidione pro Chrifti amore paffi fuerunt, plene poffet explicare. De menfe vero Aprilis proxime venientis rex Egyptiacus & Corradinus cum magna Paganorum & Sarracenorum multitudine ad Chriftianorum foffatum venientes bellum fortiffimum cum Chriftianis inierunt. Similiter Sarraceni, qui in Damiate civitate aderant, de ipfa exeuntes ignem & fulfurem accenfum fuper Chriftianorum gattos proiecerunt & eos combufferunt, unde Chriftiani magnum habuerunt dolorem; pugnaverunt namque ambe partes viriliter & fortiffime. Tandem gratia Domini noftri Crucifixi fugati fuerunt Pagani & in eo bello magnum fuftinuerunt detrimentum; gratias & laudes Domino noftro Ihefu Chrifto referamus! In menfe vero Madij fequentis, die Dominico primo menfis eiufdem dux de Hoftarica iter navigandi ad patriamque fuam redeundi incepit, unde Chriftiani valde funt contriftati, foldanus & Corradinus plurimum funt gavifi. Appropinquante die octava, foldanus & Corradinus cum omni gente eorum fuper exercitum Chriftianorum infultum fecerunt & per vim in foffato Chriftianorum intrantes prelium magnum cum Chriftianis commiferunt, indubitanter credentes, Chriftianos de Egipti terra poffe expellere & eos tamquam captivos in fua poteftate habere, fed Domino

P. f. 111 B. Maj. 5. Maj. 8.

1219 rum, zapas, palleas, & multos mulos oneratos herbarum, quia volebant reimplere fossatum & eos a sablone exuere & intrare Damiatam, & inceperunt prelium tam crudeliter, quod ante auroram usque ad noctem duravit, & Dominus noster Iesus Christus tantam gratiam dedit Christianis, quod plus quam v millia ex illis interfecerunt & sine numero vulneraverunt & reduxerunt eos usque ad fossatum Damiate & de xxx lignis unum cum multis turgis & uno amirario ceperunt, & ita Christiani celebraverunt Palmam cum armis. Sciatis certe, quod Christiani, qui mortui sunt, veram palmam ad Deum portaverunt, ut ait Psalmista: *Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur* (Psalm. XCI, 12). Nulla quippe humana lingua sane potest explicare miserias, paupertates, tormenta, langores & infirmitates, quas Christiani in obsidione Damiate pro amore Iesu Christi passi fuerunt pro fide Christianitatis.

April. 7-15. XXIII. In octava Resurrectionis fecit dominus legatus talem indulgentiam omnibus hominibus volentibus stare ad Terram Sanctam defendendam usque ad aliud passagium, quod absolvebat animam patris & matris, fratrum & sororum, uxoris & filiorum de omnibus peccatis, de quibus penitentiam receperunt.

Maj. 5. XXIV. In mense Madio sequente, die Dominico primo mensis eiusdem dux de Osterica iter navigandi & ad patriam suam redeundi incepit, unde Christiani valde sunt contristati, soldanus & Corradinus plurimum sunt gavisi.

XXV. In medio Madio venit soldanus & Corradinus

nostro cooperante, qui omnia bona servis & fidelibus cohoperatur, Christiani eis egregie restiterunt & cum eis bellicose pugnantes illos superaverunt & inter Paganos & Sarracenos plus mille interfecerunt. Duravit namque bellum tres dies & noctes. Victoriam magnam habuerunt Christiani in o eprelio; gratias Deo dicamus!

cum magno exercitu Sarracenorum & Paganorum & in- 1219
Mur. p. 1093 traverunt foſſatum Chriſtianorum & putaverunt illud replere & delere dictos Chriſtianos de terra. Sed Domino cooperante, qui operatur cum omnibus, qui veram fidem tenent, Chriſtiani habuerunt victoriam & occiderunt inter homines & equos plus quam mille & in tribus diebus & tribus noctibus nihil aliud fecerunt niſi preliare ſimul, & ſicut campum eſt plenum de covis, cum metitur, ita campum & foſſatum erat plenum de Sarracenis mortuis, de Chriſtianis non, quia Dominus erat cum illis & magnam victoriam ibi habuerunt; gratias Deo dicamus!

P. f. 111 C. XXVI. In die Pentecoſtes dominus legatus & rex Ieroſolime & patriarcha & alij omnes viri nobiles & potentes ad Lombardorum morem carrocium fieri fecerunt, ſuper quod Chriſtianorum vexillum poni ſtatuerunt, [1] ut pedites omnes circa illud aſtantes & per campum ibi [2] diſperſi minime pergentes [3] armis bellicis preparati verſus inimicos paulatim appropinquantes bellum cum eis ſecu- Maj. 26.
M. f. 64 A. riter commiſcere poſſent. [4] Et dum hec agerentur, ſoldanus & Corradinus, cum univerſa multitudine Paganorum & Sarracenorum venientes, temptoria & [5] ea omnia, que in caſtris aderant, habere cogitantes & ea omnia & Chriſtianos tamquam captivos inter ſe dividere cupientes. Percipientes [6] vero Chriſtiani de Paganorum & Sarracenorum adventu, illico civitatis portas & albergias cuſtodiri [7] fecerunt & armati ad bellum aſcerati [8] milites [9] & pedites circa carrocium aſtantes extra caſtra catervatim obviam inimicis perrexerunt. [10] Videntes autem Pagani & Sarraceni, pedites circa carrocium frequentiſſimos ſtare & Chriſtianorum vexillum ſuper ipſo carrocio eſſe, pluri-

1 *P.* debere conſtituerunt. — 2 *P. om.* — 3 *P. add.* cum. — 4 *P.* commiſcerunt. — 5 *M. om.* &. — 6 *M.* precip. — 7 *M.* cuſtodire. — 8 *M.* aſcherati. — 9 *P. add.* per ſe. — 10 *P.* perexerunt.

1219 mum ſunt mirati & valde [1] perterriti. Credentes, in eo P. f. 111 D.
arcana Dei Chriſtianorum fore, ex illius timore verſus Chriſtianos appropinquare auſi non fuerunt, ſed amare uſque ad horam none ſteterunt. Chriſtiani vero hoc videntes, ingenti gaudio & letitia ſunt repleti; [2] libentiſſime verſus inimicos iviſſent, niſi, quia temptoria eorum propter Sarracenorum metum, qui in civitate aderant, a caſtris recedere & relinquere [3] non audebant, & ita utraque pars ad ſua caſtra rediit.

XXVII. Quo facto, Chriſtiani ſtatim gattos & trabuchos & petrarias [4] & caſtra lignorum & alia innumerabilia machinamenta [5] fieri fecerunt pro civitate capienda. Item [6] Chriſtiani ceperunt ſuffodere terram, putantes, tali modo incidere turres civitatis & capere terram, ſed quia foſſatum civitatis erat plenum aqua, in tantum deſtillabat, quod ſumerſa eſt fova Chriſtianorum, & redacte ſunt ad nihilum expenſe, que facte erant ibi, & videntes, quod nihil prodeſſet [7] eis cava illa, conſtruxerunt gattos pro dicta civitate capienda. Tunc venit caliphus, [8] papa Sarracenorum, cum tanta multitudine, quod non habebant numerum, & fecit magnam indulgentiam illis, qui cum eo venerant ad exercitum eorum.

Iun. 23. XXVIII. In vigilia Sancti Iohannis Baptiſte poſt veſperas venerunt fere v millia Sarraceni circa foſſatum Chriſtianorum, unde dominus Ioannes de Aſſis cum ſuis militibus percuſſit inter illos & ex eis interfecit multos & rediit cum victoria.

Iun. 24. XXIX. In feſto quidem Beati Iohannis Baptiſte precepit dominus legatus, ut omnes penitentiam agerent [9] & tri- Mur. p. 1094.
duanum facerent ieiunium & diſcalciatis pedibus ad veram

1 *M. add.* ſunt. — 2 *P.* gaviſi. — 3 *P. om.* & relinq. — 4 *P.* redarias. — 5 *M.* machina. — 6 *P. totum hunc paſſum ab* Item *uſque* In feſto quidem B. Ioh. Bapt. *om.* — 7 *M.* proderet. — 8 *M.* Callpus. — 9 *M.* omnis exercitus acciperet poenitentiam.

Crucem accedere deberent,[1] ut ille, qui in ea pependit, 1219.
Chriſtianis auxilium & iuvamen dare deberet, ut civitatem velociter capere poſſent.[2] Tunc[3] principes habuerunt conſilium, quod non erat bonum prelium facere, quia oportebat expugnare civitatem & defendere foſſatum, quia pro uno Chriſtiano quinquaginta Sarraceni, & ſic remanſerunt.

XXX. Item dominus legatus fecit armare omnes in
M. f. 64 B. navibus, in cochis[4] & galeis & barchis & alia ligna ad civitatem capiendam appropinquantes. Primam armaverunt Piſani, ſecundam armaverunt Ianuenſes, tertiam Venetiani, quartam dominus legatus, & fuerunt
armate octavo die intrante Iulio, de bonis peditibus,[5] Iul. 8.
baleſtariis & archeriis ferro bene coopertis & in aurora diei directe ſunt ſcale circa menia civitatis, & tota die expugnaverunt cum illis. Pagani vero & Sarraceni cum trabuchis & prederiis fortiter oppugnantes ignem & ſulphurem accenſum ſuper eas ſcalas proiecerunt & partem earum combuſſerunt. Proſpicientes hec Chriſ-
P. f. 112 A. tiani, amare flere & terram oſculari ceperunt,[6] nomen quoque Domini noſtri Iheſu Chriſti Crucifixi invocantes, levantes[7] manus voce magna[8] dicebant: *O Domine, Iheſu Chriſte, qui liberaſti tres pueros Ananiam, Azariam, Miſaëlem de camino ignis ardentis & Ionam de ventre ceti, libera ſervos Tuos de omni malo &[9] periculo Paganorum & Sarracenorum,[10] ut ipſi Pagani non exultent*

1 *M.* pergere debeant. — 2 *M.* poſſint. — 3 *P. omittit ſequentia ab* hinc *uſque ad* navibus, in. — 4 *P. habet poſt* cupere poſſent *ſequentem textum:* His itaque geſtis, dominus legatus precepit, ut omnes eſſent ad civitatem expugnandam preparati. In octavo vero die menſis Iulij coche Iul. 8.
& galee & barche & alia ligna, ad civitatem appropinquantes, per totam diem expugnaverunt. Pagani vero & Sarraceni, ſe firmiter defendentes, ſuper ſcalas, que in ipſis cochis & galeis & barchis erant, ignem & ſulfurem accenſum proiecerunt & partem earum combuſſerunt. — 5 *M.* pedibus. — 6 *P.* &. — 7 *M. om.* manus. — 8 *P.* levata voce, *omittens* levantes manus. — 9 *P. om.* — 10 *P. om.* Pag. & Sarr.

1219 *& ne dicant in cordibus ſuis: ubi eſt Deus Chriſtianorum? & preſta nobis per Tuam ſanctam gratiam & miſericordiam, ut gentem perfidam & crudelem in noſtra valeamus habere virtute, Salvator mundi, qui in Trinitate vivit & regnat* [1] *in ſecula ſeculorum. Amen.* Intrinſeci autem ſignum levantes, ſtatim ſoldanum cum magna multitudine Paganorum ad caſtra Chriſtianorum pervenientes & [2] expugnantes per vim intus foſſatum Chriſtianorum, [3] quando [4] civitatem expugnabant, intraverunt & [5] fortiter cum illis, qui in cuſtodia remanſerant, pugnaverunt &, [6] quanto fortius expugnabant, tanto fortius expugnabantur a Chriſtianis, & hoc bellum duravit per duos dies. Chriſtiani [7] civitatem capere credentes, ab ea diſcedere nolebant & multi [8] Chriſtiani [9] mortui ſunt. [10]

XXXI. Cuſtodiebant [11] Sarraceni civitatem Damiate ſub tali conditione, quod una pars erat [12] circum Damiatam, alia cuſtodiebat lizimon. Cives civitatis, quando volebant, quod exercitus eos ſuccurreret, levabant confinium eorum ſuper murſitam & ponebant ſuperius ignem accenſum. Interea quidam Sarracenus, tactus [13] divina gratia, de civitate Damiata [14] exivit & ad baptiſmum veniens [15] & ad domini legati pedes ſtans [16] dixit, M. f. 64 c.
quod [17] de Sarracenis mortui & vulnerati ſunt mille, alij, qui veniebant, dicebant, quod quinta pars mortua erat. Similiter duo Pagani, de exercitu ſoldani venientes, retulerunt domino legato, quod innumerabiles ex eis ſunt mortui & vulnerati & inter mortuos & ſemivivos & eos,

1 *P. om.* in ſecula ſecul. Am. — 2 *M. om.* — 3 *P. om.* — 4 *P.* qui. — 5 *P. add.* cum. — 6 *P. om. verba ab* & *uſque ad* duravit. — 7 *M.* ipſam. — 8 *P.* quam plures. — 9 *P. add.* iuxta foſſatum. — 10 *M. add.* ibi vulnerati. — 11 *P. om. verba ab* cuſtodiebant *uſque ad* Interea. — 12 *M.* cernerat. — 13 *M.* tacto. — 14 *P. om.* — 15 *P. om.* & ad bapt. ven. — 16 *M.* ſtantem. — 17 *P. leg.:* octingenti viri bellicoſi in prelio interemti erant & innumerabiles vulnerati *ſententiam noſtram omittens uſque* Similiter.

qui clam propter Chriſtianorum metum de expeditione 1219
fugerant, quinta pars illorum deficiebat & receſſerat; [1]
confortati namque [2] Chriſtiani gratias [3] Domino noſtro [4] referentes.

P. f. 112 B. XXXII. Precepit itaque dominus legatus gattos iuxta
Mur. p. 1095. menia civitatis trahere [5] & foſſatum, quod ſecus civitatem erat, implere. [6] Caſtra lignorum, petrarias, [7] manganos, trabuchos [8] & alia machina prope muros Damiate appropinquare & apponere: [9] propoſuerant namque Chriſtiani civitatem undique [10] expugnare. Decimo die [11] Iul. 10.
menſis Iulij ductus eſt [12] gattus [13] Chriſtianorum [14] iuxta foſſatum civitatis [15] ante turrim deſtruendam; illud quidem foſſatum impleri [16] non potuit ſimplicitate & peccatis Chriſtianorum, omnibus fugatis, [17] qui cuſtodiebant magno labore dormientes in ſexta hora diei, ſcilicet Ianuenſes, [18] Spoletani & Romani, qui debebant cuſtodire eum. Et ſecrete [19] venerunt viij Sarraceni deſperati & miſerunt ignem in dicto gatto, quorum duo capti ſunt & proiecti in ignem & ſimul cum gatto combuſti ſunt, [20] & de Chriſtianis multi mortui ſunt, ex quo Pagani & Sarraceni magnum [21] gaudium habuerunt, Chriſtiani vero valde ſunt [22] contriſtati. [23]

XXXIII. In die Beate Margarethe virginis Chriſtiani co- Iul. 20.
chas & galeas & barchas & alia ligna armaverunt & per fluvium navigantes ipſas muris civitatis [24] appoſuerunt.

1 *M.* receſſerat. — 2 *P. add.* ſunt. — 3 *M.* grates. — 4 *P. om.* — 5 *P.* trahi. — 6 *P.* impleri. — 7 *P.* predariis. — 8 *P.* trabuchos, manganos. — 9 *P.* appropinquari, *omittens* & apponere. — 10 *P.* undique civitatem. — 11 *P. om.* — 12 *P. om.* ductus eſt, *& legit:* cum. — 13 *P.* gattum. — 14 *P. add.* ſtaret. — 15 *P. om.* ante turr. deſtruend. — 16 *M.* implere. — 17 *P. om.* non potuit *& cum M. legit:* omnibus, fugati. — 18 *M. legit:* Ianuenſium, Spoletanorum & Romanorum. — 19 *P. legit:* de civitate private exeuntes illud gattum mire magnitudinis & fortitudinis, cum quo civitatem indubitanter capere credebant, combuſſerunt. — 20 *P. om. hæc omnia uſque ad* mortui ſunt. — 21 *P.* ingens. — 22 *P.* fuerunt. — 23 *P add.* & diffiſi. — 24 *P.* civitatis muris.

1219 Pagani & Sarraceni cum petrariis [1] & trabuchis & manganis [2] ignem & ſulphurem [3] accenſum [4] ſuper eos proiicientes [5] valde ſe defenderunt. [6] Tunc Sarraceni, ſe non poſſe fortitudini Chriſtianorum reſiſtere, [7] cognoſcentes, [8] pueri & ſenes, evulſis capillis plorantes lamentabantur [9] & dicebant: *Adiuva nos, Machomet! Quare derelinquis nos, & cur permittis, Chriſtianos capere Damiatam, & non vides, quia omnes ſumus mortui, & nomen Tuum de cetero non erit invocatum, nomen quidem Dei* [10] *Chriſtianorum erit exaltatum & manebit in eternum!* Quibus ita geſtis, Pagani nuntios ad ſoldanum & Corradinum[11] miſerunt, dicentes eis:[12] *Domini,* [13] *Damiata eſt capta!* Qui ſtatim ad ter- P. f. 112 C.
ram proſtrati ſunt[14] &[15] veſtimenta ſua ſcindentes[16] dixerunt:[17] *Heu, heu nobis*[18] *miſeris,*[19] *eamus*[20] *omnes &*[21] *moriamur cum illis!*

XXXIV. Tunc [22] venerunt ſoldanus & Corradinus cum tanta multitudine Paganorum & Sarracenorum, quia ſine numero erant, & in illo die valde civitatem expugnaverunt [23] & inceperunt [24] magnum prelium inter ſe [25] viciſſim [26] Pagani [27] & Sarraceni cum Chriſtianis, in quo prelio multi de Chriſtianis [28] mortui [29] ſunt & vulnerati, [30] de Sarracenis & de Paganis [31] vero circa duo millia ſunt interemti. [32] Captum fuit unum de lignis M. f. 64 D.

1 *P.* predariis. — 2 *P. om.* & mang., *addens* &. — 3 *P.* ſulfurem. — 4 *P. om.* — 5 *P.* prohicientes. — 6 *M.* ſe defendentes. — 7 *P. om. omnia ab* cognoſcentes *uſque* plorantes. — 8 *M. om.* — 9 *P. om.* lament. &, *legens :* & capillos de capite extrahentes. — 10 *P. add.* — 11 *P. om.* & Corrad. — 12 *P.* ei. — 13 *P.* Domine. — 14 *P.* protratus eſt. — 15 *P. add.* ſe &. — 16 *P.* ſcindens *& add.* &. — 17 *P.* dixit. — 18 *P.* mihi. — 19 *P.* miſero. — 20 *P. add.* &. — 21 *P. om.* — 22 *P. om. hæc omnia ab* Tunc *uſque* in illo die. — 23 *P.* expugnabant. — 24 *P. om.* — 25 *P. om.* inter ſe. — 26 *P. add.* ab utriſque eſt factum. — 27 *P. om.* Pag. *uſque* multi. — 28 *P.* multi Chriſtiani. — 29 *P. legit pro noſtro textu:* vulnerati ſunt & plures mortui. — 30 *P.* &. — 31 *P. om.* & de Pagan. — 32 *M.* mortui ; *P. add. hic:* Laudemus & benedicamus Dominum! *& om. ſequentia uſque* Mar. virg.

Chriftianorum, quod erat ante focem Damiate & co- 1219
tidie quidam Sarraceni exibant de civitate & negabant eorum legem & baptizabantur. Et de malis Spagnolis & de malis Anglicis fugientes ad exercitum Paganorum negabant Chriftum, filium Sancte Marie virginis.

XXXV. Poftrema die menfis Iulij [1] civitatem undique Iul. 31.
cum gattis & manganis & prederiis machinis fortiffime expugnaverunt & [2] fummo mane illius diei appofuerunt Chriftiani unam [3] fcalam [4] Pifanorum magne fortitudinis & magnitudinis; muro cuiufdam turris civitatis fuit appofita, fuper quam ipfi [5] Pifani afcendentes & ftantes ipfam turrem [6] fortiter cum Sarracenis, qui in ea aderant, preliaverunt. Tandem Sarraceni ignem & fulphurem [7] accenfum fuper eam proiicientes, ipfam fcalam combufferunt, [8] & fic Pifani ea, que propofuerunt, ad finem producere [9] minime potuerunt, & ab ipfius turris expugnatione diviferant. Sed quia non [10] habebant fuccurfum ab aliis fcalis dicti Pifani, fed tamen multos Sarracenos inter-
Mur. p. 1096. fecerunt & vulneraverunt & combufferunt, [11] Chriftiani vero flebant, quia non poterant eos adiuvare nifi folus Deus. Poftea fcale Ianuenfium accedentes ipfius turris muro eas [12] appofuerunt & [13] calavit fuper murum civitatis, & optime preliatum eft [14] ufque ad vefperas. Sarraceni autem, egregie fe defendentes, ignem & fulphurem [15] & [16] axungias [17] accenfas fuper ipfas fcalas proiecerunt, que ftatim cremare & comburere ceperunt. Ianuenfes vero vinum & acetum, quod fecum portaverant, fuper ignem proiiciebant, [18] fed ignem exftinguere non valebant. Cernen-

1 *P.* Chriftiani. — 2 *P.* &, *fequentia omittens ufque* unam. — 3 *P.* quedam. — 4 *P.* fcala. — 5 *P. om.* — 6 *P.* turrim. — 7 *P.* fulfurem. — 8 *M.* comburerunt. — 9 *P.* ad finem ducere. — 10 *P. om. ab* non *ufque* Poftea. — 11 *M. legit:* comburerunt v paffus Chriftiani, &c. — 12 *P. om.* — 13 *P. om. fententiam:* calavit... ad vefperas, *legens:* fortiter ipfam turrem expugnabant. — 14 *M.* preliavit. — 15 *M.* fulfurem. — 16 *P. om.* — 17 *P.* ac fongias. — 18 *P.* prohiciebant.

1219 tes [1] Chriſtiani, quod fortuna invidebat eis, quaſi mortui proſtrati in terram & flumine lachrymarum non deficientes clamabant dicentes: *Domine Iheſu Chriſte, rex glorie, qui es potens in omnibus, adiuva ſervos Tuos & libera nos ab illa flamma [2] & a manibus iniquorum Sarracenorum* P. f. 112 D. *per Tuam ſanctiſſimam virtutem, creator celi & terre, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum! Amen. Domine [3] Iheſu Chriſte, qui pro nobis humanam carnem aſſumpſiſti, mortem & paſſionem ſubtinuiſti & die tertia reſurrexiſti & poſt xl dies celum aſcendiſti, ne reſpicias ad peccata & ad ſcelera noſtra, ſed attende, pro quo hic ſumus congregati. Adiuva nos, Chriſte, quia ſicut palme per ſe non poſſunt ferre fructum, niſi manſerint in vite* (Ioann., XV, 4), *ita nos abſque Dei auxilio certare nequimus, & quia ſicut aves inter lupos ſine paſtore contremiſcunt* (cf. Ioann., X, 12), *ita nos a Turcis conturbati ſine veſtro adiutorio eos infeſtare non poſſumus.* Finitis omnibus, [4] Ianuenſes virtute Domini noſtri M. f. 65 A. Iheſu Chriſti Crucifixi a predicta turre indempnes, ſcalis fere omnibus relictis, receſſerunt &, dum hec agerentur, [5] Pagani & Sarraceni cum galeis & barchis per flumen ad pontem [6] Chriſtianorum expugnandum venerunt, quem due galee Chriſtianorum cuſtodiebant, unam quarum Pagani combuſſerunt, [7] altera fortiter cum ipſis expugnavit & cum aliis viris, qui ad ſuccurrendum eam velociter venerunt ipſam pontem defenderunt. Proſpicientes Chriſtiani, quod fortuna eis eſſet adverſa, dicebant: *Domine Iheſu Chriſte, creator celi & terre, cui omnia celeſtia & terreſtria ſubiiciuntur, qui pro nobis de poteſtate diaboli redimendis in mundum veniſti, ne reſpicias [8] peccata noſtra,*

1 *P. om. ſententiam:* Cernentes . . . clamabant, *legens:* Videntes itaque Chriſtiani valde plorabant. — 2 *P. om.* — 3 *P. om.* Domine *uſque* non poſſumus. — 4 *P.* Qua oratione facta. — 5 *P.* geruntur. — 6 *P.* flumen per pontem ... pervenerunt. — 7 *M.* combuxerunt; *P.* comburerunt. — 8 *P.* eſpicias.

ſed ad fidem veram & rectam ſancte & individue Trinitatis, 1219
pro qua nos ſumus in hac aliena patria congregati, nos conſervare digneris, & ne permittas nos a manibus crudelium Paganorum perire, Salvator mundi, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum! Amen. [1] Qua oratione facta, Chriſtiani civitatem undique expugnaverunt, ſcalas & [2] caſtra muro civitatis [3] appoſuerunt. Videntes hec [4] Pagani, pueri & milites & pedites luctum magnum in civitate fecerunt. [5]

XXXVI. Videntes ſoldanus & Corradinus civitatem expugnatam [6] dixerunt: *Quid faciemus? Eamus,* [7] *aut omnes vivamus, aut moriamur,* [8] *antequam crudeles Chriſtiani capiant*
P. f. 113 A. *& interficiant nos* [9] *& homines noſtros & filios atque* [10] *filias noſtras!* Et ex [11] nimio dolore & ira commoti ſunt [12] & concluſerunt oculos & inclinaverunt capita & intraverunt foſſatum Chriſtianorum & impetum magnum [13] ſuper Chriſtianos fecerunt [14] & plus quam v milia uſque ad temptoria eorum venerunt [15] & quinque baltreſchas diruerunt. Et [16] quidam amirarius antecedebat eos [17] di-
Mur. p. 1097. cens: [18] *Machumetus eſt Dominus & non filius Marie!* [19] Audientes [20] hoc templarij milites Chriſti contriſtati ſunt ad mortem [21] & Chriſtum alta voce clamare ceperunt: *O Chriſte, o Sancta Crux, Sanctum Sepulcrum, o Sancte*

1 *P. om.* in ſec. ſec. Amen. — 2 *M. om.* &. — 3 *P. add.* undique. — 4 *P. add.* — 5 *P. add.* dicentes & *om. ſequentia ab* Videntes *uſque ad* quid faciemus. — 6 *M.* expugnantem. — 7 *P. om.* — 8 *P.* moriamur aut vivamus. — 9 *P. legit:* antequam Chriſtiani nos interficiant. — 10 *M.* &. — 11 *P. ſuppl.* eo. — 12 *P. om. ſequentia ab* & *uſque* impetum. — 13 *P. om.* — 14 *P.* facientes, *ſequentia deſ. ab* & *uſque* & quinque. — 15 *P. add.* caſtrum. — 16 *P. legit:* Et tunc Pagani & Sarraceni atque quidam. — 17 *P. leg.:* Amirarius, qui antea procedebat. — 18 *P. add.* in ſua voce. — 19 *P.* Maumectus, adiuva nos & non Chriſtus. — 20 *P. leg.:* Chriſtiani, credentes, Chriſtum necare, contriſtati ſunt valde. Credebant enim auxilio Dei eorum in caſtris inmenſe & plorantes dicebant: *Si Deus noſter nos reliquit, quid faciemus? Fugere non valemus.* Chriſtiani clamare ceperunt &, tacti triſtitia, ſuper eos irruerunt, & tunc ille amiragius, qui talia verba dixerat, interfectus eſt, & multi Pagani & Sarraceni decapitati ſunt. — 21 *P. omnia om. abhinc uſque ad* & diſmembrati.

1219 *Georgi, accipe vexillum Sancte Crucis, veni in adiutorium nobis & adiuva nos pro eius amore, qui pependit in cruce pro nobis!* Et exierunt Christi milites super illos & viriliter pugnantes victoriam habuerunt maximam, & ille, qui Dominum blasphemabat, mortuus fuit cum xv militibus & l peditibus, & multi Christiani & equi mortui & vulnerati sunt ibi, & multi Sarraceni & Pagani in dicto prelio mortui fuerunt; decapitati & dismembrati in sablone iacebant. A [1] quo prelio Pagani cum dolore & merore recesserunt, & Christiani [2] cum triumpho remanserunt laudantes & benedicentes Dominum.

Aug. 5. XXXVII. In die Transfigurationis [3] Domini Christiani M. f. 65 B. die & nocte civitatis fossatum implere nitebantur; habebant namque gattum unum mirabiliter constructum, cum quo civitatem capere indubitanter credebant. Percipientes Sarraceni plurimum gattum illum timentes, signum soldano fecerunt, quo viso, soldanus cum omni gente sua ad Christianorum castra velociter appropinquavit, & prelium magnum cum Christianis [4] fecerunt. [5] Et dum sic pugnarent, Pagani & Sarraceni, qui in civitate aderant, de ea [6] exeuntes gattum illum combusserunt [7] & similiter alios [8] vij gattos. [9] In [10] illo die venerunt xxx galee & berbote Sarracenorum per flumen & credebant cremare pontem, una quarum combusta est a Christianis. Ea die multi Christiani [11] interempti & vulnerati, unde Sarraceni sunt P. f. 113 B. elevati & Christiani sunt contristati.

Aug. 15. XXXVIII. In [12] nocte Assumptionis Sancte Marie de Augusto octo Sarraceni fuerunt capti, qui veniebant natando ab exercitu soldani deferentes ignem, columbos & cartas & volebant intrare civitatem. Facto mane ad dedecus Paga-

1 *P. add.* — 2 *P.* Christiani vero. — 3 *P.* Transmigrationis. — 4 *P.* inimicis. — 5 *P.* fecit. — 6 *P.* clam. — 7 *P.* cremaverunt. — 8 *P. om.* — 9 *P.* combuxerunt. — 10 *P. om. hæc omnia usque* Ea die. — 11 *P.* Christiani multi. — 12 *P. om. omnia usque* miserunt ad Christianos.

norum, auribus & naribus cum labiis & brachiis truncatis 1219
& uno oculo extracto, ante Sarracenos miſſi ſunt quat-
tuor. Alios quattuor ſic truncatos miſerunt in civitatem;
Sarraceni unum de Chriſtianis ita truncatum miſerunt ad
Chriſtianos.

XXXIX. In die vero Sancti Bartholomei Chriſtiani, vir- Aug. 24.
tute Domini inſtigante, cochas & galeas [1] armaverunt [2]
& [3] barchas, in quibus erant ſcale ad preliandam civita-
tem, & propter currentiam fluminis non appropinquave-
runt civitati. Sed per ſuperbiam peditum, qui dicebant,
principes & milites eſſe proditores, & ideo [4] non appro-
pinquant civitati, predicti pedites [5] murmurabant & dice-
bant, quod milites toto tempore eos [6] ibi tenere volebant
nolentes cum Paganis pugnare, nec cum eis bellum
temptare, unde milites indignati cum Paganis preliari
ſtatuerunt. Gentem quoque eorum in tres diviſerunt par-
tes, una quidem, que campum cuſtodire debebat, [7] alia
per [8] fluminis aquam ire, [9] altera per ſablonem contra
inimicos pergere [10] debebat.

XL. In die Decollationis Sancti Iohannis Baptiſte, [11] Aug. 29.
que cum lachrymis [12] & plorando ſcribitur, fuit enim dies
illa dies ire, calamitatis & miſerie, dies mortis [13] & peſti-
lentie, dies lividioſa [14] & valde [15] amara Chriſtianis. Domi-
nus quidem legatus & rex Ieroſolyme & patriarcha &
Mur. p. 1098. alij omnes [16] viri nobiles & potentes Chriſtianorum popu-
M. f. 65 D. larium rumore commoti & turbati, [17] etiam iram & [18]
perfidiam [19] eorum valde timentes, armati & aſclerati [20]

1 *P. add.:* & barchas. — 2 *P. add.:* & viris prudentibus eas prepara-
verunt. Sed propter fluminis inundationem ad menia civitatis appropin-
quare minime poterant. — 3 *P. om. ab & uſque* murmurabant. — 4 *M.*
& dicunt. — 5 *P. add.:* Et tunc pedites Chriſtianorum ſuperbia elati
murm. — 6 *P. om.* — 7 *P. legit:* campum cuſtodit. — 8 *P. om.* — 9 *P.
om.* — 10 *P.* pergere contra inimicos. — 11 *P. om.* — 12 *P.* lacrymis.
— 13 *P.* martis. — 14 *P.* luctuoſa. — 15 *M.* amara valde. — 16 *P. om.*
— 17 *P. add.* &. — 18 *P. add.* — 19 *M.* perfidam. — 20 *M.* aſcherati.

1219 extra caſtra cum omni exercitu Chriſtianorum exierunt & verſus temptoria Paganorum catervatim perrexerunt. Illic malignus ſpiritus in popularium corda intravit, & ſtatim retro fugam fecerunt non impulſi, nec percuſſi prelio, neque gladio inimicorum, ſed per peccata [1] hominum retro fugerunt &, quia rectores viderunt, fugere eos, habuerunt conſilium revertendi. Tamen propter anxietatem fecerunt unam ſcheram iuxta flumen, ut homines & iumenta biberent. Sed quidam ſpavandi de omnibus generibus ceperunt fugere, Sarraceni fortius ceperunt preliari, quia videbant poſſe ſuperari, ſed Romani & Latini in media acie Sarracenorum conſtructi terribiliter [erant] oppugnati & virtute debellantes multos Sarracenos. Sed Sanctus Iohannes voluit habere multos ſocios, quia, ſicut ille fuit decapitatus propter Deum, ita decapitati ſunt ſine numero de Chriſtianis, de templariis l milites, de Alamannis xxx, de hoſpitalariis xxxij & camerarius regis Francie & filius eius, epiſcopus de Belvaio & frater

1 *P. legit pro textu noſtro ſequentia:* & aſeſietatem eorum ſenſum & lumen oculorum perdiderunt, ita quod unus alium interficiebat & nullus erat, qui eos tenere poſſet, & fugiendo ad caſtra redierunt. Videntes hec dominus legatus & Ieroſolime rex & alij viri & milites nobiles plurimum ſunt P. f. 113 C. turbati, tandem, inſimul omnes congregati, cum inimicis prelium magnum commiſerunt, & duravit illud bellum a mane uſque ad veſperas, poſtea utraque pars volontarie ſeceſſit. Tamen de Chriſtianis multi mortui ſunt, alij fugati propter pondera armorum ſe proſternebant ad terram, & taliter in ipſo prelio innumerabiles ſunt decollati, & multi milites templarij & hoſpitalarij ſunt capti & mortui & vulnerati. Sic enim ſtultitia & ſimplicitate popularium credimus placuiſſe Domino noſtro Iheſu Chriſto; ſit eius nomen benedictum in ſecula! Similiter prelium in flumine factum perdiderunt Chriſtiani & unam galeam armatam viris prudentibus Pagani habuerunt & ceperunt; populares enim cum ſuperbia & furore omnia agere volebant. Ignorabant etiam, quia ſcriptum eſt: *Superbis Deus reſiſtit & contradicit* [1 Petr., v, 5]. Et viri ſapientes, qui peditibus crediderunt, de iure poſſunt reprehendi, quia dicit Salomo: *Sapiens autem ſtultum in inſipientia ſua imitari non debet* [Proverb., III, 31]. Interea quidam vir nobilis vulneratus & quaſi ſemivivus ad caſtra rediens hec verba domino legato retulit dicens, quod, nocte veniente, erexit oculos ſuos.

eius, Ioannes de Aſſis, comes de Belinis, Andreas de 1219
Piſis, Anſelmus de Luni, prepoſitus Sancti Omeri, cum
lxxx militibus & de aliis omnibus gentibus pluſquam
v milia. Et Sarraceni ſecuti ſunt ſemper interficiendo
Chriſtianos uſque ad foſſatum eorum, & multa arma
cum multis equis amiſerunt & ſic victi ſunt Chriſtiani &
in flumine unam galeam armatam cum ducentis mari-
nariis amiſerunt. Tali modo iuſtificavit Deus Chriſtianos,
quia non cum eius timore [1] ſed cum furore magno exie-
runt. Et non minus mortui ſunt de Sarracenis, & tres
amirarij decapitati ſunt, unde Chriſtiani dicebant: *O
dies iſta dies ire, calamitatis & mortis, in qua vix iuſtus
ſalvatus eſt, quia* DEUS SUPERBIS RESISTIT, HUMILIBUS
AUTEM DAT GRATIAM (Ep. I Petri, V, 5). Et duravit
illud bellum a mane uſque ad veſperas. Videntes hoc
dominus legatus & Hieroſolymitanus rex & alij viri &
milites nobiles, plurimum ſunt contriſtati & conturbati.
Sarraceni in civitate cum cimbalis, tubis, tamburiis &
vocibus exultantes laudabant Deum. In illo die, ſi non
adeſſet rex Iohannes & hoſpitalarij & templarij & Ala-
manni, omnes Chriſtiani eſſent decollati & ducti in cap-
tivitate.

XLI. Audite, fratres cariſſimi & filij, qualiter Chriſtus
recepit martyres ſuos ſanctos. Quidam Theotonicus
dicebatur mortuus: [2] nocte ſequenti erexit oculos ſuos [3]
& vidit quendam virum magnum, veſtibus albis indu-
M. f. 65 D. tum, & cum magna & innumerabili multitudine ange-
lorum ſuper cadavera mortuorum canentes & dicentes:
P. f. 113 D. *Iſti ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione & laverunt
ſtolas ſuas in ſanguine agni* (Apocal., VII, 13, ſeq.) *& con-
tempſerunt vitam mundi & mortui ſunt pro fide & amore*

1 *M.* tumore. — 2 *M.* dicunt mortuos. — 3 *Hoc loco textus Pariſienſis ad codicis Mutinenſis textum iterum accedit.*

1219 *Christi.* [1] Illo [2] die fecit soldanus capita Sanctorum excoriare & salare & misit eos per provincias Babylonie dicendo: *Si quis vult de sclavis, veniat & tollat, quantos vult, quia principes Romanorum mortui sunt, & qui remanserunt, fugere volunt.*

XLII. Tunc soldanus pepigebat cum domino legato & principibus Christianorum, sed unusquisque aliud habebat in corde, quam dicebant in ore, quia Christiani in proximo navigio expectabant succursum [3] & soldanus Mur. p. 1099. recessionem, quia credebat, Christianos propter metum recedere.

Septemb. 14. XLIII. In Exaltatione sancte Crucis principes Romanorum [4] & [5] episcopus Ungarie, [6] comes Guaterus, comes Oremgius & bene xx mille peregrini recesserunt de exercitu & evacuatus remansit, unde Christiani omnes sunt [7] perterriti, Pagani & Sarraceni ingenti letitia sunt gavisi. Interea virtute Domini nostri Ihesu Christi Savarixius de Malli, [8] vir egregius, cum gente sua & x galee Ianuensium & multi alij peregrini in expeditione venerunt. Hoc ita facto, soldanus, ut videretur Christianos superasse, & ut Pagani libentius ad expeditionem proficisci deberent, [9] nuncios suos per omnes provincias Paganie misit huius modi verba proferentes: *Quisquis de Christianis sclavos*[10] *acquirere voluerit, ad expeditionem accedere debeat, scientes, quia omnes Christiani mortui sunt & eorum principes*[11]

1 *P. add.:* In die illa multi Christianorum barones capti sunt, scilicet camerarius regis Francie, episcopus Belvasij & frater eius Iohannes, comes de Belmo[n]t, dominus Andreas de Basses, Anselmus de Bochit, prepositus Comer, filius camerarij regis Francie & cum aliis octoginta viris nobilibus & prudentibus, & de Sarracenis & Paganis innumerabiles mortui sunt. Victi enim fuerunt Christiani eo die, sicut placuit Domino. Sit nomen eius benedictum in secula! — 2 *P. om. textum nostrum ab* Illo *usque* In Exaltatione. — 3 *M.* occursum. — 4 *P.* Romanorum principes. — 5 *P. om.* — 6 *P.* patriam redierunt; *sequentia usque* unde Christiani *desunt.* — 7 *P.* valde. — 8 *P.* Mallo. — 9 *P.* debeant; *M.* debebant. — 10 *P. leg.:* scalis. — 11 *M. leg.:* mortui sunt & omnes eorum recesserunt.

receſſerunt. Alij vero, qui remanſerunt, fugere nec a manibus 1219
Paganorum evadere minime poſſunt. Dum hec geruntur,[1] ſoldanus ſimiliter nuncios ſuos ad dominum legatum &
P. f. 114 A. regem Ieroſolime[2] direxit dicens,[3] ſoldanum pacem ſeu treguam cum Chriſtianis velle componere & facere. Habito quoque conſilio,[4] dixerunt Chriſtiani, ut in ſcriptis modum & formam dare deberent; qui tamquam proditores ad caſtra receſſerunt, & ſic ſepe & ſepius facientes & ad caſtra Chriſtianorum venientes & hec omnia inquirentes[5] nil[6] facere voluerunt, expectabant enim interim auxilium a longinquis regionibus Paganorum &, Chriſtianorum exercitum cotidie diminui[7] debere. Chriſtiani autem inſenſati[8] ea omnia, que proferebant, verum eſſe, putabant.

XLIV. Quodam die menſis Septembris Pagani & Sarra- Sept.
ceni undique circuierunt[9] exercitum Chriſtianorum. Tunc ſoldanus, erigens ſe, alta voce dicere cepit: *O Pagani, viri fortiſſimi & bellicoſi, totius orbis dominatores, vere intellexiſtis, quia ſcriptum eſt in lege noſtra : Pagani montes & maria tranſibunt & etiam Romanum imperium ſubiugabunt, nonne*[10] *videtis vos, quia Chriſtiani fere omnes mortui*
M. f. 66 A. *ſunt & receſſerunt? Et pugnate viriliter*[11] *cum eis & habebitis omnia temptoria eorum & aurum & argentum & alia omnia, que in caſtris ſunt!*[12] *Precipio omnibus, ut intretis foſſatum & illud implere debeatis.* Et ſic in foſſatum intraverunt volentes implere. Dominus legatus quidem,[13] extendens manus ſuas ad celum, plorando & lachrymans[14] dulci voce dixit:[15] *Domine Deus Pater, qui manes in Trinitate, creator celi & terre, dominator omnium*

1 *M.* agerentur. — 2 *M.* Hieroſolimæ. — 3 *P.* dicentes. — 4 *P.* conſcilio. — 5 *M. add.* &. — 6 *P.* nichil. — 7 *P.* exercitus cottidie minui. — 8 *M.* inſenſati autem. — 9 *P.* circuerunt. — 10 *M.* vos. — 11 *P. om.* — 12 *M. om.* ſunt. — 13 *P.* quidem Legatus. — 14 *P.* lacrimans. — 15 *M.* dicens; *P. add.* Oro.

1219 *rerum visibilium & invisibilium, qui omnia subiecisti* [1] *sub* P. f. 114 B.
pedibus Tuis, oves & boves, insuper universa pecora campi, volucres celi & pisces maris, qui perambulant [2] *semitas maris, & qui pro nobis peccatoribus redimendis a potestate diaboli in mundum venisti & de ubero Beatissime Marie virginis humanam carnem sumpsisti, mortem quidem & passionem in cruce subtinuisti, adiuva nos, Domine, exaudi precibus nostris! O Domine, quam admirabile est nomen Tuum in universa terra!* (Psalm. VIII, 1.) *Ne respicias, Domine, peccata & iniquitates nostras & ne permittas, nos ab insidiis crudelium* [3] *Paganorum & Sarracenorum perire, sed concede nobis per Tuam sanctissimam gratiam & misericordiam, ut ipsos Paganos & Sarracenos impios & incredulos, & qui in Te non credunt, superare possimus* Mur. p. 1100.
& ad veram & ad rectam fidem eos converti valeamus, ut nomen Tuum sit benedictum in secula seculorum! Amen. Qua oratione facta, Christiani hoc [4] videntes prelium magnum cum eis commiserunt, & multi Pagani in ipso prelio mortui sunt & vulnerati. Videntes, quod inceperant, ad finem perducere minime [5] posse, ad castra redierunt dicentes soldano: *Domine, isti sclavi sunt impij & crudeles & per vim quattuor manganellos* [6] *contra nos fixerunt, nos, in quantum poterant, interficientes.*

XLV. In [7] ultima hebdomada Septembris [8] xv naves peregrinorum recesserunt a portu Paganorum, & Pagani renuerunt pactum. Et tunc omnes Babylonenses, Egyptiaci, parvi & magni, etiam mulieres, venerunt in auxilium Paganorum.

Sept. 25. XLVI. Quinto die exeunte Septembris venerunt Sarraceni ante fossatum Christianorum &, quia pauci erant Christiani, per vires explanaverunt fossatum. Christiani

1 *P. om.* — 2 *P.* ambulant. — 3 *P. om.* — 4 *P. om.* — 5 *P.* minime producere. — 6 *P.* manganos. — 7 *Textus noster deest in P. ab* In ultima *usque* In die festivitatis. — 8 *M. add.* invenerunt.

optime preliabant contra Sarracenos & multos ex illis 1219
occiderunt, & de Christianis mortui sunt xij, & nullus Christianorum comedit usque ad noctem. Sarraceni adeuntes dixerunt soldano: *Isti sclavi valde agrestes & maligni contra nos sunt!*

XLVII. In die festivitatis Sanctorum [1] Cosme & Da- Sept. 27.
miani [2] ante auroram venerunt Pagani & Sarraceni & direxerunt quattuor ieremitas ardentes per flumen & coopertas pice & oleo cum stipula & lignis aridis & palea, comburentes, ac si essent x. Campane & sulphure & flamma videbantur tangere celum, & credebant ardere
M. f. 66 B. pontem & intrare civitatem cum frumento & aliis necessariis, & si hoc contigisset, omnes Christiani essent decollati. Unde maximus timor invasit Christianos, sed per divinam gratiam, antequam pervenirent ad pontem, exierunt obviam ieremitis & exstinxerunt eas. Et illo die non requieverunt Christiani & non comederunt usque
P. f. 114 C. noctem. Et tunc duo Pagani divino lumine [3] tacti ad dominum legatum venientes ita dixerunt: *O Christiani, estote prudentes, quia, antequam septem dies veniant, Sarraceni & Pagani [4] putant fossatum implere & vos capere, scientes, si eis firmiter restiteritis, quod totam Paganiam subiugaveritis.* Pagani vero ad terminum, sicut dixerunt, venientes in fossatum intrare & illud implere volentes, Christiani quoque hoc videntes, statim castra lignorum ante eos construxerunt, super quibus Christiani stantes sudibus [5] acutis & lapidibus graviter percutiebant, ignem & sulphurem [6] & trabes super illos proiicientes [7] multos [8] Paganos morti tradiderunt. Videntes tamen Pa-

1 *P. om.* — 2 *Abhinc usque* Et tunc *desunt omnia in P., ubi legimus:* Pagani & Sarraceni ad fossatum Christianorum omnes venientes, set Christiani extra castra armati exeuntes stipulam & paleam & alias res, quas prope fossatum posuerant, igne combuxerunt. — 3 *M.* munimine. — 4 *P. om.* Sarr. & Pag. — 5 *M.* subdibus. — 6 *P. add.* accensum. — 7 *P.* proiiciebant. — 8 *P.* multi.

1219 gani,[1] quod inceperant, ad finem perducere minime poſſe, ad caſtra[2] redierunt.

XLVIII. Et dum hec agerentur, quidam de Chriſtianis numero novem,[3] inſtigati a diabolo & tacti maligno ſpiritu, qui pontem cuſtodiebant, quorum corda auro & argento ſoldani erant obcecata,[4] pontem clam & privatim incidere & deſtruere conabantur, Paganos, Sarracenos cum galeis in civitatem ducere volentes, ut eam a Chriſtianis protegere & defendere poſſent. Sed Dominus noſter Iheſus Chriſtus, a quo omnia bona cuncta procedunt, & ſine quo nil fieri poteſt, cui nil eſt abſconſum, corda omnium ſciens, qui eſt verus iudex & iuſtus, Mur. p. 1101. noluit[5] tam peſſimum & iniquiſſimum[6] ſcelus ad finem perducere; contigit,[7] quod unus ex predictis, divina potentia & miſericordia tactus, ad dominum perrexit cardinalem, qui omnia[8] per ordinem ipſi aperuit & manifeſtavit.[9] Alij vero, hoc ſcientes, ad Paganorum caſtra P. f. 114 D. fugerunt, & ita[10] liberavit Dominus noſter Iheſus Chriſtus Crucifixus Chriſtianos ab inſidiis inimicorum. Laudamus & benedicimus Dominum noſtrum, natum de virgine Maria. Videntes Pagani, nil facere poſſe, cum Chriſtianis machinare ceperunt.[11]

XLIX. Nocte proxima fuit captus quidam Ianuenſis traditor, qui debebat incidere catenas & ſarcos & alia ingenia, quibus pons tenebatur; debebat recipere a ſoldano vj mille biſantos. Alio die fuit captus quidam Hiſpanus, qui vendebat Sarracenis unum panem pro uno biſanto, & iſti ſunt ſuſpenſi ad caudam equorum & dilaniati ſunt per totum exercitum. Sequenti die & nocte Sarraceni paraverunt ligna & herbas ad implendum foſſatum Chriſtia- M. f. 66 C.

1 *P. om.* — 2 *P. ſuppl.* ſua. — 3 *P.* novem numero. — 4 *M.* obcecati. — 5 *M.* nolens. — 6 *P.* iniquum. — 7 *P.* contingit. — 8 *P. tranſponit* omnia *poſt* ordinem. — 9 *P. leg.* miſericordiam feſtinavit. — 10 *P. om.* & ita. — 11 *Abhinc textus M. prorſus abhorret ab eo, qui in P. proſtat.*

norum, ſed Dominus miſit nuncium ſuum Chriſtianis & 1219
ad baptiſmum, qui indicavit eis, qualiter Sarraceni cupiebant reimplere foſſatum eorum & dixit: *Eſtote fortes, Chriſtiani, quia, ſi modo habetis victoriam, omnes recedent.*

L. Unde dominus legatus fecit remiſſionem de duobus annis omnibus volentibus portare tabulas, que erant circa pontem ad defendenda carbonaria, & ſic omnis populus cucurrit, & in ipſo die factum fuit munimentum. Chriſtiani, qui erant ab illo latere fluminis, ubi erat ſoldanus, interfecerunt & vulneraverunt plus quingentos & multa arma eorum habuerunt. Corradinus, qui erat a latere foſſati, ad preliandum non venit. Sequenti enim die uſque ad noctem ſemper ſagittando & baleſtando preliaverunt. Videntes itaque ſoldanus & Corradinus, quod non valebant Chriſtianis reſiſtere, nec ſuccurrere eos, qui in civitate moriebantur ut canes, reverſi ſunt cum triſtitia, & Chriſtiani cum victoria, quia Deus erat cum illis.

LI. In vigilia apoſtolorum Simonis & Iude ſoldanus Octob. 27.
fecit cuſtodire turrim cum ieremitis, propter quod erat ſignum navibus venientibus Damiatam.

LII.* In feſto Omnium Sanctorum volebant Sarraceni Novemb. 1.
reddere terram Chriſtianis, quia nullo modo poterant eam tenere, quia potentia Dei erat contra eos, unde

P. f. 114 D. * LII *a*. Interea Sarraceni, qui in Damiate civitate aderant, nuntium ad ſoldanum miſerunt dicentes, ut eis ſubvenire deberet, quia peſtilentia magna & mortalis infirmitas eos ſuperaverat taliter, quia civitatem defendere nequibant. Cumque ſoldanus & Corradinus hec verba audiſſent, plurimum ſunt turbati & contriſtati. Qui illico mille homines nobiles & potentes preparare fecerunt, ut per fluminis aquam natando uſque ad civitatem nocte pergere deberent. Cum Chriſtiani hoc virtute Domini intellexiſſent, pontem & fluminis ripam diligenter cuſtodire fecerunt, ut tamquam piſcatores cum retiis per fluminis undas natantes capere poſſint, ut eis dici poſſit, *Venite poſt me, faciam vos fieri piſcatores hominum* [Marc., 1, 17]. Nocte ſtatuta veniente proſpicientes Chriſtiani viderunt Paganos & Sarracenos per fluminis aquam venientes. Cum ipſis viriliter preliaverunt,

1219 venerunt duo amirarij ad hoſpitium legati & una cum rege locuti ſunt & ibi biberunt & comederunt & dormie-
Nov. 2. runt nocte illa. Secundo die duo templarij & duo hoſ-
Nov. 3. pitalarij cum amirariis intraverunt civitatem & die tertio ſoldanus & Corradinus miſerunt ſexcentos Sarracenos intraturos Damiatam, qui ſortiti fecerunt tres ſcheras inter ſe ita dicendo: *Si quis intraverit, remittat nuntium, ut venientes intremus cum illo.* Sed Dominus, qui iam preliaverat & interfecerat quattuor xx millia hominum & mulierum, volebat, quod illa civitas conſecraretur ad honorem ſuum & Beate Marie virginis & omnium Sanctorum & voluit deſtruere inimicos crucis. Sarraceni, qui[1] erant inter exercitum & civitatem,[2] veniebant tantum per aquoſa loca, & quedam femina ſentivit eos & cepit cridare: *Arma, arma!* Et caſu accidit, quod templarij & Mur. p. 1102
hoſpitalarij ſurrexerunt ad matutinum, qui pro Chriſti nomine non labore, non morte, nec iaculo aliquo minime formidantes concurrerunt & interfecerunt ducentos de Sarracenis & nonaginta capierunt. Alij vero redierunt, & tunc confudit Deus inimicos crucis, & acceperunt Chriſtiani capita Sarracenorum & proiecerunt ea ante M. f. 66 D.
ſoldanum & corpora ante foſſatum civitatis, ut magis dolerent.

LIII. Unde Chriſtiani renuerunt pactum & fecerunt cochas armare & miſerunt precones per totum exercitum & ordinaverunt, qualiter poterat capi civitas, & diviſerunt totam gentem & preceperunt bene cuſtodire loſias & carbonaria, ſtatuentes, qui prius a carbonariis diſcederet, ſuſpendatur in eculeo, ſecundus vero, ſi erit

alios ſumerſerunt & innumerabiles vulneraverunt & multos morti tradiderunt & lxxx de eis ceperunt. Unde ea die Pagani valde ſunt conturbati, Chriſtiani vero ingenti gaudio ſunt gaviſi. Gaudeamus omnes & letemur in Domino & cottidie gratias ei referamus! P. f. 115 A.

1 *M. add.* omnia. — 2 *M. add.* &,

miles, equos & arma perderet, de exercitu expulſus, 1219 pedites manum & omnia, que ibi habuiſſent, perderent; ſi mercator vel femina cum mercatis maneret in exercitu, manum & omnia ſua perderet; ſi homo vel femina ſine armis fuerit inventus, ſi non fuerit infirmus vel parvulus, qui cuſtodiat papiliones, excommunicatus ſit. Qui debebant ſcalas, cochas & naves aſcendere ad capiendam civitatem, & ſi redirent, manum & omnia ſua perderent. Item, qui introit civitatem & invenit aurum & argentum & omnia alia, que invenerit, adunet in tribus vel ſex domibus & aſſignet ea ſtabilitis, & ſi quis vult derobare,[1] perdat manum & ſuam partem. Item, quibus preceptum fuerit iurare, iurabunt punire illos, qui predicta ſtatuta non obſervabunt. Et annunciata ſunt omni populo, *& in nomine Domini & beate Marie virginis faciemus inſultum civitati & Deo adiuvante capiemus eam.* Et reſpondit omnis populus: *Fiat, fiat.*'

LIV.* Sed Dominus noluit[2] exſpectare decreta hominum, nam v die intrante Novembris die Martis, in vigilia Novemb. 5. Sancti Leonardi in media nocte, qua hora Chriſtus exſpoliavit infernum, Chriſtiani muro civitatis Damiate

1 *Sic legimus cum Mur.*; *M. præbet* iiij. — 2 *M.* voluit.

P. f. 115 A. * LIV *a.* Quinto menſis Novembris in vigilia ſancti Leonardi in media Novemb. 5. nocte, qua hora Chriſtus exſpoliavit infernum, Chriſtiani muro civitatis Damiate ſcalas poſuerunt. Cum autem una Romanorum ſcala ipſius civitatis muro eſſet appoſita, volentes in civitatem intrare, iudicio Dei fracta eſt. Alie ſcale numero x intus civitatem intraverunt, qui exire, nec ſcalas recuperare minime potuerunt, qui admodum turbati plurimumque perterriti ceperunt clamare & dicere: *O Domine, o Domine, miſerere nobis, adiuva nos, Deus ſalutaris noſter, quia omnis ſpes & ſalus noſtra in manu Tua eſt, & mitte nobis de celo angelos Tuos, qui nobiſcum ſint & defendant nos ab impiis & crudelibus Paganis, ut de nobis poteſtatem habere non poſſint, ut potentia & magnificentia Tua ab omnibus laudetur & nomen Tuum ſanctum per univerſum orbem glorificetur & benedictum ſit in ſecula ſeculorum. Amen.* Qua oratione facta Chriſtiani tamquam angeli catervatim cum ſcalis & ſcalionibus & aliis lignis omni modo, prout poterant, ſuper murum civitatis conabantur aſcendere ob obſequium Domini noſtri Iheſu

1219 scalas posuerunt, dedit talem victoriam Christianis, qualem nunquam habuerunt. Quia sicut predictum est, non fuit bonitas eorum, sed Dei misericordia, que sine ferro & fama interfecit inimicos sancte Crucis. Misit enim quosdam prudentissimos viros Romanos & Latinos media nocte ad murum civitatis, &, apposito ponte & scala, bene armati ascenderunt murum cum magno tremore,

Christi Crucifixi. Qui cum murum civitatis ascendissent, in una ipsius civitatis turre fortissima vexillum sancte & vere Crucis posuerunt &, aliis turribus captis, in unaquaque signum crucis posuerunt & fecerunt. Pagani autem, qui in ipsa civitate aderant, alij mortui & semivivi per plateas & domos & vias iacebant, & alij morbo & pestilentia & infirmitate magna P. f. 115 B.
infirmabantur, ita quod nullo modo civitatem defendere nequibant. Sic enim placuit Domino, & sic ita eius fuit voluntas. Non enim hoc posset evenisse quantitate & virtute virorum bellicorum set potentia & virtute Domini nostri Ihesu Christi, apud quem nil est impossibile. Confidamus ergo in Domino Deo vero & non in virtutibus hominum, sicut scriptum est, *bonum & melius est confidere in Domino, quam confidere in principibus* [Psalm. CXLV, 2]. Statim pauci Pagani ad baltrescas eorum & castra lignorum currerunt, ignem in eis miserunt, ut a soldano & eius exercitu videretur. Quo igne viso a Christianis, qui temptoria custodiebant, valde sunt turbati & perterriti : ignorabant enim de illis, qui in civitatem intraverant. Unde alta voce lacrimando ceperunt rogare Beatum Leonardum confessorem, ut pro eis ad Dominum nostrum Ihesum Christum intercedere deberet, armati & asclerati castra custodiebant. Cumque crepusculum noctis recedentis & diei advenientis finem daret, & dies clarissimus apparuit, die Martis, in quo Christus aqua fuit lavatus, in quo omne bonum contulit, Christiani viderunt quoddam vexillum balzanum & alia vexilla sancte Crucis in turribus civitatis. Qui prosternentes se ad terram dicebant : *O, Damiata capta est virtute Domini nostri Ihesu Christi Crucifixi, que olim erat cathena captivorum & carcer sclavorum, modo gratia Domini nostri Crucifixi erit domus Christianorum.* Affirmabant etiam viri antiqui, prudentes & religiosi, vexillum balzanum, quod videbant, esse vexillum Beati P. f. 115 C.
Leonardi & illud in ecclesia, in qua corpus eius in presentem diem requiescit, vidisse, & omnes pre nimio gaudio & ingenti letitia commoti plorabant & oculos & manus ad celum levantes humili voce dicebant: *O Domine Ihesu Christe, rex glorie, fili virginis Marie & omnium rerum visibilium fabricator, cui angeli & troni & dominationes subiiciunt, laudamus & benedicimus Te, gratias agimus Tibi! Benedictus sit Deus patrum nostrorum & laudabilis & gloriosus in secula! Benedicamus patri & filio cum Sancto Spiritu, laudemus & superexaltemus eum in secula! Amen.* Explicit.

quia ſciebant, ſicut Dominus pro eis pugnaverat in civi- 1219
tate. Poſtquam aſcenderunt murum, ſupra portam preliantes cum aliquibus Sarracenis adhuc vivis, ceperunt unam turrim clamantes ad exercitum: *Succurrite, ſuccurrite nobis, fratres, quoniam noſtra eſt terra!* Et ceperunt dicere: *Kyrie eleiſon*, & populus reſpondit: *Gloria in excelſis Deo*, & dominus legatus dixit: *Te Deum laudamus*, & hoſpitalarij clamabant: *Sancta Crux & ſanctum Sepulchrum intercede pro nobis!* Et ſtatim cucurrerunt Chriſtiani ad lazias, alij ad carbonaria, alij ad civitatem & combuſſerunt unam portam & aliam confregerunt, & ita Dei gratia Damiata capta eſt.

LV. Audite, fratres cariſſimi, qualiter Dominus pugnavit contra inimicos Crucis. Quia circum Damiatam inter duos muros fortiſſimos erat magnum ſpatium, ubi Sarraceni erant ſine numero ſepulti, & per totam civi-
Mur. p. 1103. tatem ſimiliter preceptum erat vivis ſepelire mortuos, ubicumque invenirentur; de mortuis iacentibus per plateas, per domos, in uno lecto tres & quattuor & vivus cum mortuo, non erat numerus, quoniam unus moriebatur circa alium, & vivus non poterat movere mortuum pre nimia infirmitate & debilitate. Ipſe Dominus miſerat [hanc] ſuper illos. Iacebant homines & mulieres ſine veſtibus, pedibus & manibus retortis, & corporibus etiam a canibus dilaniatis. Et illi panem & aquam iuxta ſe habentes, & non poterant comedere, & ſic moriebantur ut canes. De viris inventi ſunt plus x millia hominum & mulierum. Sed omnes preoccupati valida & varia infirmitate.

LVI. Adhuc oſtendit Deus fidelibus ſuis mirabilia ſua, quando terra capta eſt. Flumen per multum tempus ante diminutum fuerat; nocte illa in tantum crevit, quod omnes fovee erant plene aqua, & fuit tantus ventus & aqua, quod ſoldanus & Corradinus non potuerunt ſuc-

1219 currere civitati, ſed ſummo mane venerunt aliquanti Sarraceni & viderunt Chriſtianos bene armatos & cantantes: *Kyrie eleiſon* & *Gloria in excelſis Deo*, unde unus ex Sarracenis dixit: *O Chriſtiani, quid eſt hoc, quod tantum gaudium habetis?* Reſponderunt Chriſtiani: *Nonne vides Tu, quod Dominus noſter Iheſus Chriſtus in hac nocte tradidit nobis civitatem Damiate?* Et ſtatim rediit & nunciavit Sarracenis, qui currentes nunciaverunt ſoldano. Soldanus, hoc audiens, ſtatim loquelam perdidit & fecit ſignum aliis & imperavit, ut eorum capita truncarentur, & hoc factum eſt ſine intermiſſione. Cumque per duas horas in tanta triſtitia & anguſtia eſſet, erexit ſe & arripuit ferrum, quo cinctus erat, ſibi barbam & trezas & caudam & comam ſui equi truncavit, & omnes alij ita faciebant, deinde lamentantes dicebant: *O Damiate, uſque nunc fuiſti lucerna Paganorum inextinguibilis & obſcurata es nobis! Amodo eris lucerna Chriſtianorum. Quid faciam, miſer, quare non perij in utero matris mee?* [Iob, III, 11.] *Quare non perij, antequam ſub meo dominio virgo Damiata a Chriſtianis eſſet violata?* Et dixit: *Pereat dies, in qua natus fui & non numeretur in diebus anni, quoniam multam obſcuritatem obtulit nobis!* [Iob, III, 3-6.]

LVII. Damiata erat duobus muris circumdata & foſſato pleno aqua, per quod galee poſſunt ire, & habet M f. 67 B.
xxij portas, xxxxij caſtella de amirariis circum ea & cx turres inter parvas & magnas, ſine magnis manſionibus, que ſunt ſine numero. Invenerunt Chriſtiani in dicta civitate aurum, argentum, pretioſos lapides, purpuras, ſamitos, ornamenta cariſſima & vaſa aurea & argentea ſine numero & inter aſinos & mulos numero cccc & granum, hordeum, biſcotum & legumina ſatis, & omnia fuerunt de communi.

LVIII. In his diebus inter legatum & regem incentiva malorum, filia diaboli & regina inferni, que dicitur diſ-

cordia, & non tantum inter ipſos, quam per totum exer- 1219
citum diſcurrit. Rex enim petebat dominationem civitatis & dominus legatus volebat, quod omnes Chriſtiani haberent libertatem ibi, & exinde orta eſt diſcordia, que fere inter ipſos interfuit & bellum movit, ſed ſigno crucis muniti ad bonam concordiam reverſi ſunt.

Mur. p. 1104. LIX. Anno dominice incarnationis MCCXVIII, indic- 1218.
tione vj, obſeſſa fuit civitas Damiate. In medio menſis Madij Chriſtiani omnes in navibus aſcenderunt & in
ſequenti hebdomada quodam die Martis in terram Egypti Maj. 29.
intraverunt & caſtrametati ſunt apud civitatem Damiate & ibi ſteterunt per totam eſtatem & hyemem & in ſe-
quenti anno in MCCXIX, indictione vij, quinta die in- 1219.
trante, menſe Novembri, in vigilia Sancti Leonardi feſto Nov. 5.
veniente, ad honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti capta fuit Damiata a peregrinis chriſtianis. Explicit.'

V

IOHANNES DE TULBIA

DE DOMINO

IOHANNE REGE IERUSALEM

CODEX MANUSCRIPTUS:

Lond., Br. Muf., Harl. 108, membr., f. XIV.

IOHANNES DE TULBIA

DE DOMINO

IOHANNE REGE IERUSALEM

* * *

f. 28 b ANNO Domini MCCXVIII, indiccione vj, 1218.
mense Maij, regnante domino rege Iohanne in partibus Iherosolimis, predictus rex & dux Austrie & templarij & hospitalarij & patriarcha cum multis comitibus & baronibus consilium fecerunt, ire in Egyptum super paganos destruendos & ad vindicandum dedecus terre sancte Ierusalem.

II. Sciatis, quod omnes Christi athelete in medio mense
Maij in naves ascenderunt. In die Ascensionis & insequenti Maj. 14.
ebdomada in die Martis in Egyptum descenderunt. Qui Maj. 29.
cum esset in obsidione Damiate, in qua natus fuit Moyses & Maria Egyptiaca, constituti in quadam insula inter mare & fluvium, qui dicitur rubrates. In qua insula propheta Ieremias natus est, & eciam domus eius adhuc comparet; tribulaciones & gaudia, que ibi passi fuimus, vobis breviter disponam.

III. Contristavit enim nos multociens quedam munitissima turris, que super lignorum [1] congerie, in medio flu-

1 *Cod.* signorum.

1218 minis fore dinoſcitur fabricata. In hac ſiquidem turri trecenti [1] boni milites & baliſte erant conſtituti ad defendendum, & quidam ammirarius, conſanguineus ſoldani, erat ibi. Capitaneus ſoldani erat intus ibi, & victualia erant intus ſufficiencia ad unum annum. Huic turri tres cathene erant infixe & erant elevate ad murum civitatis, ita quod nulla navis per flumen aſcendere poterat, & ſic nequibant civitati appropinquare. Tunc conſtruxerunt
Iul. 1. ſcalas; in prima die Iulij credidimus capere turrim, ſet ſcale [2] quam cito ſunt turri appoſite, fracte ſunt, [3] & pluſquam c boni milites & nepos ducis Auſtrie in aqua ſubmerſi ſunt.

IV. Facta autem alia ſcala a Friſonibus in feſto Beati f. 29.
Aug. 24. Bartholomei poſita eſt ad turrim, & pagani proiecerunt ignem ſilveſtrem ſuper illam & tam fortiter eſt accenſus, quod milites ſuccendi videbantur. Quo viſo, Chriſtianus exercitus totus in terra proſtratus eſt & fundens ex oculis flumina lacrimarum Dominum rogabant & multis pro nimio luctu trachea artaria tantum erant exaſperata, quod vix dicebant: *Domine, miſerere!* Cum autem per unam horam eſſent in hac triſticia, ſubito vidit ignem chriſtianus exercitus & vexillum Sancte Crucis in turri; hoc viſo, qui ex luctu vocem amiſerant, ſine electuario vocem recuperaverunt & *Te Deum laudamus* & *Gloria in excelſis Deo* decantaverunt.

V. Capti ſunt in ea trecenti milites; qui cum ducti erant ante ducem Auſtrie, rogaverunt eum, ut oſtenderet eis milites in albis armis, a quibus fuerant tam fortiter expugnati, & militem rubrum, qui multum nobis nocuit, & dixerunt, quod nullus ex illis invaſit eos. Tunc intellexit chriſtianus exercitus, quod Crucifixus miſiſſet ad expugnandam turrim multitudinem

1 *Cod.* creſcenti. — 2 *Cod.* naves. — 3 *Cod. add.* ſcale.

angelorum, & miles ille viſus eſt fuiſſe Beatus Bartholo- 1218
meus, qui apparuit rubens tanquam excoriatus, & feſtum eius ſemper erit in cordibus ſignatorum, & tunc aperta eſt nobis via, quia cathene ferree fracte ſunt, & pagani contra nos ſubmiſerunt naves oneratos lapidibus, quod penitus aſcendere non valebant, & ſic ſublata erat nobis ſpes intrare in Egyptum, ſed quaſi captivi tenebamur in ſabulo. In uno die templarij volebant per flumen tranſire cum cogga eorum, & ventus contrarius proiecit eam ante muros civitatis, & Sarraceni circumdederunt eam cum barbotis, & Chriſtiani magnam cedem fecerunt de paganis, ſed cum vidiſſent, quod nullo modo a manibus paganorum evadere potuiſſent, pactum queſierunt & aſcenderunt ſuper coggam inferius, & ſubmerſa eſt cum omnibus & quatuor barbote cum ea, & ſic nequiebant flumen tranſire.

VI. Ad hec applicuit dominus legatus cum principe
f. 29 b. Romanorum, videns, quod non habebamus terram firmam, [&] tenebant nos pro captivis.

VII. Conſiderans vero rex Egypti, quod nec per aquam, nec manendo in ſabulo eis nocere poteramus, cogitavit nos perdere & armavit xxx galeas & in quodam die Martis, in feſto Beati Dionyſij, miſit curſores Octob. 9.
uſque ad tentoria noſtra.

VIII. Cumque clamor aſcendiſſet in caſtra, Chriſtiani ſubito ſe armaverunt & tanquam angeli catervatim ibant per ſabulum, nec mortem pro Chriſti nomine, nec iacula formidantes, & dominus legatus, portans crucem in manibus ſuis, nunc milites, nunc pedites exhortari non deſinebat ad obſequium Crucifixi, & ſubito innovatus eſt verſus Davidicus, quod *unus decem milia fugabat* (I Sam., XVIII, 7), & non ſolum milites mortui ſunt, ſed omnes illi, qui venerant in galeis & berbotis in aqua, mortui ſunt, ſanguine quorum aqua fluminis adeo infecta eſt,

1218 quod per plures dies bibimus vinum ſine aqua, nec uſi
Octob. 9 fuimus coquina. Hoc factum fuit in feſto Sancti Dionyſij.

IX. Poſt hoc applicuit magiſter R. de Curſione cum comite de Niverſa & cum multis militibus de Francia & Anglia. Perpendens autem rex Egypti, quod fortuna denovercaret eis, & Deus pro nobis pugnaret, cogitavit, antequam iſti extraherent equos & arma de navibus,
Octob. 26. [nos aggredi, itaque] in die Veneris, in feſto Beati Demetrij, milites venerunt uſque ad tentoria noſtra, & confeſtim chriſtianus exercitus equos aſcendit, & ſecuti ſunt eos uſque ad pontem, per quem venerunt ad nos. Ibi mortui ſunt multi & plures dextrarij capti, & quidam ex illis, qui pontem evaſerunt, ruptis vinculis, quibus pons tenebatur, a parte eorum dimiſerunt abire laudantes [1] Deum & Beatum Demetrium. In hac die mortuus fuit Nicholaus, vir Romanus, & interfecit eum quidam Turcus tam magnus, quod ſoldanus habebat eum pro centum Chriſtianis, & venit rex Iohannes & poſuit eum in terra.

X. Videns autem rex Egypti, quod factum ſuum non valebat, ſtatuit ſuper nos [non] venire, ſed munivit ripam fluminis ex parte ſua & poſuit ibi petrarias & erexit multa caſtra & fecit conſtrui grandem pontem in medio fluminis, & iam ſublata erat nobis ſpes intrandi in Egyptum. f. 30.
Tunc ad inſtar Iſrahelitici populi, chriſtianus exercitus murmuravit contra legatum & principes dicentes: CUR EDUXISTI NOS *in terram Egypti*, UT MOREREMUR IN HAC SOLITUDINE? NUMQUID NON ERAT SEPULTURA IN PARTIBUS NOSTRIS? (Exod., XIV, 11-12.) *Ecce hic ſine bello morimur & ſicut canes in ſabulo ſepelimur!*

XI. Ad hec precepit dominus legatus triduanum ieiunium fieri in pane & aqua, & ire diſcalciatos ad veram

1 *Cod.* laudantem.

crucem, ut ille, qui in ea pependit, oſtenderet nobis viam, per quam imponeremus naves, & in illis diebus inſpiravit Deus quendam hominem, & acceſſit ad dominum legatum & dixit ei: *Domine mi, deſuper mihi inſpiratum eſt, ut facere debeam, ut imponantur naves illeſe.* Et reſpondens dominus legatus: *Quidquid tibi revelatum eſt, fac cito & ſine mora!* Qui ſtatim terram menſuravit & per medium exercitus ſtatuit fieri magnum foſſatum. Ad quod faciendum legatus & rex cum omnibus principibus, clericis & laicis in occurſum cucurrerunt, & cito factum eſt. 1218

XII. Cum autem cogitaremus, qualiter per ipſum foſſatum vaſa noſtra imponeremus, in feſto Beati Andree orta eſt tanta tempeſtas in aëre, quod tam in Nov. 30.
experſecucione ventorum quam ſuperhabundancia pluvie tam mare intumuit, & fluvius paradiſi ſimiliter crevit, quod non diſcernebatur [a mari], & aqua tota amariſſima eſt facta, & omnia tentoria fracta in terra ceciderunt, & totus exercitus factus eſt tam lacus, quod omnia ibi natabant, & ſic panis, vinum, frumentum, ordeum, & cuncta victualia natabant in aqua. Ibi multi infirmi mortui ſunt, & eciam plures ſani defecerunt. Aër ſiquidem obſcurus effectus eſt, ita quod unus alterum non videbat. In illo die ſex naves, que apud Damiatam venerant hyemare nobiſcum, inpulſu ventorum ſine velis & remigiis ſequeſtrate ſunt a portu & in medio pelagi ſunt, ut credimus, conquaſſate. Una ex illis fracta fuit ante Tamiſium, & viginti marinarij ibi decapitati fuerunt. In illa die tempeſtatis quedam munitiſſime naves, que cum magno & maximo labore & infinitis expenſis pro civi-
f. 30 b. tate conſtructe fuerunt, impulſione venti in parte civitatis proiecte ſunt, quas ſtatim ante oculos noſtros cremaverunt. Unde acerbe plangebamus omnes dicentes alter ad alterum: *Quid faciemus hic? Iratus eſt Deus*

1218 *nobis, ire ante non poſſumus, retro cedere non valemus, ſed quaſi deſperati in ſabulo manemus!* Secundo die ira maris cepit frangere foſſatum noſtrum & ſuper nos venire. Tunc rex Ieruſalem & omnes principes exercitus ad dominum legatum cucurrerunt & dixerunt ei: *Erravimus, domine, iniuſte egimus, iniquitatem fecimus, intercede, pater ſancte, pro nobis, nam mare fregit foſſatum noſtrum, & omnes moriemur! Unde credimus, quod magnum peccatum eſt in nobis, & ſervicium noſtrum non Deo placet. Quare animas Deo recommendamus & ſanctiſſimis manibus veſtris!* Reſpondit dominus legatus: *Filij mei, Dominus noſter temptat vos, nolite timere, ite cito & interficite equos, & ſanctiſſima corpora, que natant per aquam, accipite & proiicite in illa parte foſſati, ubi mare impetum facit! Ponite quoque vela navium, ut non poſſit aqua corrodere ſabulum, & ſic liberabimur!* Ad quod faciendum omnes cucurrerunt & equos & cortinas & vela ante impetum maris poſuerunt & evadere putabant. Veniente autem tercio
Dec. 2. die ira maris cepit partes foſſati diruere, & tunc tanquam deſperati ivimus ad dominum legatum morituri cum eo & circa pedes eius. Cum autem venimus ante eum, plorando diximus: DOMINE, SALVA NOS, PERIMUS! (Matth., VIII, 25.) Et ipſe lacrimabili voce reſpondit: *Eamus omnes ad foſſatum!* Et ipſe veniens ſupra foſſatum, in cruce ſe extendit ſuper terram & diſcooperto capite clamavit: *Domine Iheſu Chriſte, qui excitatus a Petro, cum eius navicula mergeretur, reſpondiſti,* MODICE FIDEI, QUARE DUBITASTI, *& ſtatim imperaſti ventis,* ET FACTA EST TRANQUILLITAS MARIS (Matth., VIII, 26; XIV, 31), *intende nunc benignus ſuper exercitum iſtum & impera mari & fluvio, & convertatur ad locum ſuum retrorſum!* Hanc orationem audivimus, &, nulla interpoſita mora, protinus ſol apparuit ſplendidus, acſi longo tempore non pluiſſet, & in illo die ſuperficies eſt adeo ſiccata, quod omnia victualia, f. 31.

que in aqua natabant, ſine gravi dampno fuerunt recu- 1218
perata. Tunc Chriſtiani gaudium habuerunt, & ſic per totam hiemem paſſi fuimus ita, quod quinta pars exercitus mortua fuit, & multi ungulas amiſerunt & habuerunt malum in ore & in pedibus, quod agnoſci poteſt. 1219

XIII. Perpendens autem dominus legatus, quod nullo modo manendo in ſabulo eis nocere poteramus, vocavit omnes ante ſe & dixit: *Quid facimus hic, cariſſimi? Melius eſt nobis mori in bello, quam in aliena terra vivere ſicut captivi!* Et precepit omnibus, eſſe paratos in purificacione Beate Marie, & ſic, facta aurora, omnes in cochis & in Febr. 2.
galeis aſcenderunt & ceperunt flumen aſcendere, ſed pro- Febr. 3.
xima orta eſt tempeſtas tanta in aëre, ſcilicet aqua, ventus, grando, frigus, quod unum de noſtris ſignis non videbat aliud, & per tres dies & noctes predictam tempeſtatem ſuſtinuimus.

XIV. Similiter & Sarraceni paciebantur, & Chriſtiani de miſericordia Dei erant deſperati & dicebant Davidicum verſum: *Oblitus eſt Deus nobis & avertit faciem ſuam, ne videat nos in finem* (Pſalm. IX, 31). Et ceperunt dicere: *Tu, Domine, qui omnia noſcis,* [1] *antequam fiant, & cuſtodis illos, qui Te querunt ex toto corde, Tu, Domine, ſerva nos & cuſtodi ab iſta perverſa & nefanda gente, ne forte dicant*: UBI EST DEUS EORUM CRUCIFIXUS? *Adiuva nos, Domine, ut non ſimus* SUBSANNACIO ET ILLUSIO HIIS, QUI IN CIRCUITU NOSTRO SUNT! (Pſalm. XLIII, 13.)

XV. Et Deus tanta mala poſuit inter illos, quod ſoldanus fecit interfici unum de ſuis ammirariis, & Sanctus Georgius viſus ibi eſt, & Pagani ceperunt fugere, ita quod pater non exſpectabat filium, & dimiſerunt omnia, & nullus ſequebatur eos. Tunc Chriſtiani magnum timorem habuerunt, ſed, facta aurora, neminem per campum viderunt,

1 *Cod.* noſcit.

1219 niſi camelos & alias beſtias ſolas, & unus Paganus vocavit noſtros & dixit: *Venite, quia Pagani fugam ceperunt & campum cum omnibus bonis dimiſerunt!*

XVI. Tunc intellexit chriſtianus exercitus, quod Crucifixus miſiſſet ſuos milites ad expugnandum illos, qui non crediderunt in eum, & Chriſtiani tranſierunt, lau-
Febr. 5. dantes Chriſtum & Beatam Agathem,[1] in quo die hoc fuit, & multi Sarraceni, qui fugam neſcierunt, interfecti fuerunt, & totus exercitus noſter renovatus eſt a ſpoliis eorum, & dominus legatus precepit foſſatum circa nos f. 31 b.
faciendum & pontem in flumine, & ſic circumdata eſt Damiata, quod nec exire, nec intrare nemo poterat.

XVII. Sciatiſque, quod de biſcocto & de lardo & de aliis victualibus habundancia fuit in exercitu, ſed de pane recenti & de carne & de vino carencia fuit talis, quod unus aries comparatus fuit x uncias argenti & gallina tres biſantios & unum ovum ij ſolidos; de vino non poſſum vobis enarrare.

Febr. 20. XVIII. Et poſt ſpacium quindecim dierum ſoldanus & Coradinus venerunt. Tunc ſuperbus Coradinus dixit: *O Chriſtiani ergo aut oportet, nos Mahumet negare & eſſe Chriſtianos, aut vos Chriſtum & eſſe Paganos.* Et venerunt ſuper nos ab illa parte, ubi non erat foſſatum completum, & mortui fuerunt de Paganis ſine numero.

Mart. 9. XIX-XXI. Intrante Martio nono die venit Coradinus & frater eius ſoldanus cum tota gente eorum & fecerunt tentorium unum ante nos & ibi comederunt gallinas duas propter ſacramentum, quod fecit Coradinus, quia volebat ante foſſatum noſtrum manere ad dedecus Chriſtianorum, & mortui fuerunt ex illis multi.

Mart. 31. XXII. In die vero Rami palmarum, ſciens ſoldanus, quod volebamus feſtum celebrare, qualiter Chriſtus venit

1 *Cod.* Agnetem.

Iherosolimam, consilium fecerunt venire super nos. Prop- 1219
ter hoc, quod pauci eramus, putaverunt devorare nos, sicut multi famelici unum panem, & iam diviserant omnia nostra, sed gratia Dei ex illis multi mortui fuerunt, & nichil nobis nocuerunt. Nonne in epistola Pauli legitur: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* (Roman., VIII, 31.) Certe unicuique vestrum loquar cum lacrimis, quod tanta erat miseria nostra, quod sicut infirmus desiderat sanitatem, ita desiderabamus videre virencia herbarum, quia herba nostra non erat nisi sabulum. Nulla quippe humana lingua plane vobis explicare posset miseriam & infirmitatem nostram, & desideria, que passi sunt Christiani in predicto sedio.

XXIII. In ultima hebdomada Aprilis dux Austrie cum April. 29-30.
multis aliis de exercitu recessit.

XXIV-XXV. In octavo decimo die Maij venit solda- Mai. 18.
f. 32. nus cum toto exercitu eorum, & intraverunt fossatum nostrum & putaverunt nos apprehendere & disperdere super terram, sed, volente Domino & cooperante, Christiani habuerunt victoriam & occiderunt inter Saracenos & equos eorum plusquam duo milia. Per tres dies a mane usque ad noctem nobiscum preliaverunt, & sicut campus plenus est de culmis, cum tolluntur spice, ita fossatum nostrum plenum erat quarellis & sagittis.

XXVI. In die vero Pentecostes venerunt per aquam & Mai. 26.
per terram & proiecerunt ignem super bertrescas nostras & ceperunt fossatum nostrum implere & super nos venire, & nos sicut captivos dividere, & nostri, quamvis multi vulnerati, cum victoria remanserunt, & Sarraceni tristes & illusi versi sunt.

XXVII. Tunc fecerunt Christiani tribuchetos, & ceperunt per subter fluvium fodere terram, & submersa est. Videntes igitur, quod cava nichil prodiderit, ceperunt catos construere.

1219 Iun. 23. XXVIII. In vigilia Sancti Iohannis Baptiste post vesperas venerunt iuxta fossatum nostrum fere quinque milia Pagani, & exivit inter eos dominus Iohannes de Arcia cum quatuor sociis, & fecit magnam prudenciam, quia omnes illos fugavit, & mortuus fuit unus de nostris.

XXIX. In illis diebus precepit dominus legatus, ut omnes acciperent penitenciam, quia volebat, eos pugnare cum Sarracenis in campo, & currum factum erat, ubi vexillum Christianorum ponere debebant. Tunc principes nostri consilium habuerunt, quod non esset bonum, pugnare in campo, quia oportebat pugnare in civitatem & servare fossatum nostrum, & cum soldano in campo, & pro unoquoque Christiano erant septuaginta Pagani, & sic non valebant pugnare cum eis.

Iul. 8. XXX. In octavo die Iulij venerunt cum chochis, ubi erant scale, & erexerunt ad menia civitatis per flumen & pugnaverunt per duos dies cum eis, & Pagani cum petrariis & tribuchetis & igne se defenderunt, & scalas nostras per plures vices videbamus comburere; hoc videntes f. 32 b.
Christiani plorare ceperunt, & prosternebant se in terra & osculati erant eam & nomen Domini invocabant & dicebant: *Domine Ihesu Christe, qui liberasti tres pueros de camino ignis ardentis sine ulla lesione* (cf. Dan., I, 6, seq.), *sic, Domine, libera servos Tuos de omni malo, ut non se exultent Pagani!*

XXXI. Et ipsi ceperunt facere signum, & subito venit soldanus cum Coradino, & cum omnibus suis gentibus in fossatum intrabant, &, quanto nos acrius expugnabamus per terram, tanto magis expugnati eramus ab eis in chòchis, & ad fossatum mortui aliquantulum de Christianis. Et tunc quidam Sarracenus venit de villa & dixit, quod mortui erant, & vulnerati intus ultra mille & octingenti, & Pagani, qui erant in campo cum soldano, defecerunt in quintam partem.

XXXII. Et in ſequenti die ceperunt extrahere catos ad 1219 Iul. 9.
menia [1] civitatis, quia nolebant ex omni parte inſultum dare civitati. In octava decima die Iulij erat catus noſter Iul. 18.
ante foſſatum civitatis & iam implebat, cum peccatis Chriſtianorum & ſimplicitate Pagani foras exierunt & catum cremaverunt, & multi ex noſtris vulnerati & mortui fuerunt, & dampnum accidit Chriſtianis, & Pagani fuerunt exaltati.

XXXIII. In die Beate Margarete virginis armaverunt Iul. 20.
Chriſtiani cochas cum ſcalis & per flumen poſuerunt eas ad murum civitatis, & illi cum petrariis & igne ſe defenderunt. Tunc Sarraceni & pueri eorum extrahebant ſibi capillos, & nomen deorum ſuorum invocabant & dicebant: *Adiuva nos, Mahumeth, quia, ſi Chriſtiani capiunt Damiatam, nos mortui ſumus, & nomen Tuum non erit ultra invocatum, & memoria Tua peribit, & nomen Dei Chriſtianorum erit exaltatum & manebit in eternum!* Hoc videns ſoldanus cucurrit ad caliphum & dixit: *En, domine, capta eſt Damiata!* Et ipſe proiecit ſe in terram & dixit: *Heu, heu, eamus omnes & moriamur cum illis!*

XXXIV. Et venerunt cum mangonellis & cum omnibus armis & cum tota multitudine ſagittarum, quod
f. 33. numerum non habebat, & in illa die fuit talis perſecucio & tale prelium, quale nullus homo vidit nunquam, & mortui & vulnerati fuerunt multi Chriſtiani, & de illis pluſquam duobus milibus.

XXXV. Extrema die Iulij iterum Chriſtiani inſultum civi- Iul. 31.
tati dederunt. In ſummo mane ſcala de Piſanis ad murum poſita fuit, & Pagani ſuper eam ignem proiecerunt & combuſſerunt eam uſque medietatem, & nos amare plangebamus, videntes ita noſtros cremare, & multi ex noſtris fuerunt vulnerati, & quattuor intus remanſerunt. In hora tercia

1 *Cod.* extruhere meniam.

1219 venerunt galee & barbote per flumen, & galee noſtre non erant armate, niſi due, que erant ſupra pontem, ex quibus una combuſta fuit a Sarracenis, & crediderunt in illa die cremare pontem, & de noſtris multi fuerunt vulnerati, & in hora non una de noſtris mergere volebant ſuper murum, & fracta fuit, & duo ex noſtris in aqua perierunt; & venit alia ſcala Ianuenſium, ſupra murum mergerunt, & pluſquam mille Pagani erant ante ſcalam & ſuper eam ignem poſuerunt. Eruentes Chriſtiani, quod fortuna novercaret ſibi, in terram, ſicut iacebant, & per pupillas oculorum flumina lacrimarum fundebant & dicebant: *Domine Iheſu, qui pro nobis humanam carnem aſſumpſiſti & in cruce mortem ſuſtinuiſti, ne reſpicias peccata noſtra, ſed ad fidem, pro qua hic ſumus congregati, quia, ſicut iuſſiſti in evangelio, fecimus:* QUI VULT VENIRE POST ME, ABNEGET SEMETIPSUM ET TOLLAT CRUCEM SUAM ET SEQUATUR ME (Matth., XVI, 24), *ne permittas nos, Domine, in tali modo migrare!*

XXXVI. Videntes maſteni, qui erant in campo, ſcalas ſupra murum, & audientes luctum, quod faciebant in civitate, commota ſunt viſcera eorum ſuper infantes & mulieres & dixerunt: *Quid facimus? Aut vivamus, aut moriamur ſimul, antequam crudeles Chriſtiani interficiant noſtros! Bene ſcimus, quid fecerunt in Acon.* Et clauſerunt oculos & levaverunt capita & diruerunt foſſatum & quinque verdereſcas & intraverunt ad tentoria noſtra pluſquam duo vel tria milia, & quidam ammirarius autem veniebat & dicebat: *Mahumet eſt Dominus & non Chriſtus!* f. 33 b.
Audientes hoc templarij, qui ibi conſiſtebant, & omnes Chriſti athlete contriſtati ſunt & dixerunt: *Sic debemus dimittere hoſpicia noſtra in manibus Paganorum; certe non!* Et ceperunt Chriſtum clamare: *Adiuva nos, vera Crux & Sanctum Sepulchrum, & o Sancte Georgi, Tu digneris accipere vexillum noſtrum!* Et exierunt contra illos & victo-

riam habuerunt, & ammirarius, qui mala verba dicebat, 1219
ibi mortuus fuit & quindecim alij, & multi Chriſtiani vulnerati & multi equi, & illi cum tremore receſſerunt, & noſtri cum victoria remanſerunt, laudantes Chriſtum & Beatum Germanum.

XXXVII. In die tranſfiguracionis Domini ceperunt Aug. 5.
Chriſtiani civitatem expugnare & foſſatum implere, & erat ibi alius catus, indutus ferro, in quo tota ſpes Chriſtianorum capiendi civitatem erat, & Pagani fecerunt ſignum, & venit ſoldanus extra foſſatum noſtrum, & omnes Chriſtiani cucurrerunt in ſabulo, & Pagani exierunt & cremaverunt catum, & mortui & vulnerati tunc fuerunt multi Chriſtiani, & ſciatis, quod quinque catos nobis cremaverunt, & pluſquam centum Chriſtiani pro eis mortui fuerunt, & Pagani multi fuerunt exaltati, Chriſtiani vero conturbati.

XXXVIII. Undecimo die Auguſti comes de Marchia mor- Aug. 11.
tuus fuit, & comes de Niverſa, orto malo, de exercitu exivit.
In die aſſumpcionis Beate Marie capti fuerunt ſeptem Aug. 15.
Sarraceni in flumine, qui deferebant cartas civitatis, & mane ad dedecus Paganorum aures, nares & brachia eis abſciſſa fuerunt, & foras proiecti fuerunt quattuor & alij in civitatem, & Sarraceni unum de noſtris truncaverunt. In octavo decimo die Auguſti, mortuus fuit Aug. 18.
comes de Bar.

XXXIX. In die Sancti Bartholomei iterum armave- Aug. 24.
runt Chriſtiani cogas, ubi fuerunt ſcale, & pre nimio curſu fluminis non potuerunt appropinquare civitati & nullo modo valebant eam expugnare. Tunc per ſuperbiam peditum, qui dicebant, omnes capitaneos eſſe proditores, ſtatuerunt pugnare cum Sarracenis in campo, & gens noſtra in tres partes diviſa fuit ; una pars cuſtodiebat civitátem, alia ivit per aquam, alia per ſabulum ſiccum.

1219 Aug. 29. XL. In die decollacionis Sancti Iohannis, qui cum lacrimis ſcribitur dies calamitatis, dies miſerie & valde Chriſtianis amara, dominus legatus & rex cum omnibus aliis foras exierunt & per terram & per aquam uſque ad hoſpicia Paganorum perrexerunt, mora autem ibi facta & peditum caterva fatigata armis, ſiti, via, calore, intravit malignus ſpiritus in cordibus peditum, & retro fugere ceperunt, rebellum incurſione, ſed propter peccata noſtra & anxietate ſenſum perdiderunt & lumen oculorum, & unus alium interficiebat, & nullus poterat eos hortari nec retinere. Hoc videntes templarij & hoſpitales & omnes principes onus inimicorum ſuſtinuerunt, ita quod unuſquiſque miles fuit ſimilis Rollando, & fuerunt interfecti multi ex noſtris militibus armis, ſcilicet pedites de fuga & anxietate. Et Sanctus Iohannes in die ſua multos ſocios voluit habere, quia decollati fuerunt de Chriſtianis ſine numero, & ſecuti fuerunt nos uſque ad foſſatum noſtrum, & multi templarij, hoſpitalarij mortui & capti fuerunt, & in eodem die amiſimus galeam unam cum marinariis, & hoc fecit Deus ad ſalvandum multos peccatores, quia non exivimus de liciis noſtris cum humilitate, ſed cum ſuperbia & cum magno furore, & *ſuperbis Deus reſiſtit & exaltat humiles* (1 Petr., V, 5). f. 34.

XLI. Modo audite, qualiter Deus mortuos ſuſcepit. Quidam Teutonicus vivus remanſit & in nocte vidit totum ſabulum illuminatum & tantam multitudinem angelorum, quod numerum non habebant, qui ſupra corpora mortuorum cantabant: *Iſti ſunt, qui venerunt ex magna tribulacione & laverunt ſtolas ſuas in ſanguine agni* (Apocal., VII, 13 ſeq.), *qui contempſerunt mundum & mortui ſunt pro Domino!* Capti fuerunt in illa die iſti barones : camerarius regis Francie, epiſcopus de Beluaco, *dominus Iohannes de Arcia*, eius frater, comes de Belmonto, Andreas de [Eſ]piſſes, Anſelmus de Lin cum

aliis octoginta militibus. Prepositus Sancti Omerij, filius 1219
camerarij, & Sigmus de Monte cum multis aliis mortui fuerunt, & non minus mortui fuerunt de Paganis, sed campum lucrati sunt.

XLII. Secunda die Septembris episcopus Hungarie Sept. 2.
cum multis recessit.

f. 34 b. XLIII. In exaltacione Sancte Crucis princeps Ro- Sept. 15.
manorum & comes Guillielmus cum multis de exercitu exierunt, & totus exercitus vacuus remansit. Sed his diebus Savaricus de Leone cum xv galeis venit, & sciatis, quod fraus regnabat inter nostram gentem & Paganos. In die Sancti Iohannis amisimus, [1] & soldanus fecit capita Christianorum excoriare, & misit ea super spaldos & per totas provincias Babylonie ita dicendo: *Quicunque voluerunt sclavos christianos, huc accedant, quia eorum principes mortui sunt, & alij, qui remanserunt, nolunt fugere!* Et nobiscum pactum ceperunt machinare & veniebant ad hospicia nostra & nostri ad eorum, & omnes putabamus, verum esse, sed legatus & rex non tractabant hoc corde, sed unus alium deludere putabat; principes nostri dicebant: *Faciamus hoc usque ad recessionem passagij*, quia bene sciebant, quod multi nolebant recedere propter metum. Tunc infremuerunt omnes Babilionenses & Egiptiaci, & venerunt parvi & magni & eciam mulieres in occursum Paganorum.

XLIV-XLV. In ultima hebdomada Septembris duo- Sept. 23-29.
decim naves ad portum exierunt, & Pagani, hoc videntes, pactum renuerunt.

XLVI. In [vicesimo] quinto die Septembris Pagani Sept. 25.
venerunt ex utraque parte per terram firmam & per sabulum, & soldanus dixit eis: *Intrate omnes in fossatum, quia Christiani parum valent!* Et omnes, quasi ad epulas

1 *Locus vacat in codice; supplendum esse videtur:* multos.

1219 invitati, intraverunt & mortui & vulnerati fuerunt multi, & ceciderunt retro; dixerunt ſoldano: *Domine, iſti ſclavi multum ſunt acerbi!* Et fixerunt ante nos tres maganellos, & tota die preliaverunt nobiſcum & nihil nobis nocuerunt.

Sept. 27. XLVII. In die Sanctorum Coſme & Damiani venerunt ante auroram & duxerunt quattuor ieremitas plenas ignis & crediderunt cremare pontem, & noſtre berbote exierunt & lucrate ſunt eas, & Sarraceni ex utraque parte infeſtabant & intraverunt foſſatum noſtrum, & exierunt pauci Chriſtiani in aqua & dixerunt eis: *O miſeri canes, quid queritis?* Et multi ex illis mortui fuerunt, & noſtri gracia Dei incolumes remanſerunt.[1] Alia die venerunt ad me- f. 35. diam noctem & deferebant herbam & volebant implere foſſatum noſtrum, & duo ex illis ad nos venerunt & dixerunt: *O Chriſtiani, eſtote firmi, quia ipſi putant implere foſſatum & ſuper vos venire & ſtare, octo dies, & ſi modo habebitis victoriam, volunt fugere, & tota terra Paganorum erit veſtra!*

XLVIII-LI. Et non auſi fuerunt venire ad foſſatum, ſed ceperunt ante nos caſtrum de lignis conſtruere, & audite, quod preſtolabatur, quod quinque falſi Chriſtiani debebant incendere pontem & dimittere abire per aquam. Videns pius Deus has perverſas cogitaciones & nefandas, unum ex illis inſpiravit, & hec manifeſtavit, & cito fuerunt capti & iudicati. In illa die exierunt Chriſtiani & cremaverunt herbam, unde volebant implere foſſatum, & Pagani retro ceſſerunt & ceperunt pactum nobiſcum machinare, ſimiliter & illi, qui erant in civitate, quia nullo modo poterant eam tenere, eo quod flagellum Dei iam omnes illos percuſſerat, & exierunt duo de amirariis

1 *In codice noſtro ſequuntur:* & in alio adventum paſſagij, & ſoldanus dicebat: Faciamus hoc, *quæ intelligi non poſſunt.*

de civitate & perrexerunt ad tentorium domini legati & cum rege & cum omnibus aliis locuti fuerunt. 1219

LII-LIII. Tertia die intrante Novembris, in die dominica, ad mediam noctem venerunt multi Sarraceni & intraverunt licias noſtras, & volebant intrare in civitatem, & nullus videbat eos, & Dominus inſpiravit quandam mulierem, & exivit foras & ſentivit eos, & exierunt Chriſtiani nudi & veſtiti & templarij & hoſpitalarij, qui erant ad capellam, & ipſi Sarraceni intraverunt in locis aquoſis, & ibi fuerunt ducenti & capti ſexaginta & duo; centum undecim intraverunt in civitatem, & alij fugerunt retro, & tunc mulieres occidebant eos, ſicut homines & Chriſtiani pactum reſpuerunt, & proiecerunt capita mortuorum foras ante ſoldanum, & corpora ante muros civitatis, ut magis dolerent. Et tunc tota gens noſtra diviſa fuit per conſtablias, quia putabant fortiter eſſe agreſſi, & expugnati. Nov. 3.

LIV. Quinto die intrante Novembris in vigilia Sancti Leonardi, die Martis, in media nocte, in qua hora Chriſtus Nov. 5.
f. 35 b. expoliavit infernum, Latini poſuerunt ſcalam ſuper murum & intraverunt in eam, cumque una ſcala fuit ad murum appoſita, fracta eſt, & quinque Chriſtiani remanſerunt intus, & viſi fuerunt a Sarracenis, & clamaverunt: *Adiuva nos, Sanctum Sepulcrum & vera Crux!* Et venit alia ſcala, & Chriſtiani ſicut angeli catervatim ad obſequium Crucifixi aſcenderunt, & vexilla Sancte Crucis in ea poſuerunt. Pagani in tres turres ſe congregaverunt & proiecerunt ignem ſuper bertreſcas, eo quod ignis & fumus eſſet ſignum ſoldano, ut eis ſuccurreret. Tunc infremuit totus exercitus Chriſtianorum, qui erat in ſabulo, quia nil inde ſciebat, & vidit tam magnum ignem in civitate. Tunc armis ſe munierunt, & ad licias defendendum cucurre-

1 *Cod.* eum.

1219 runt & omnes principes, clerici, laici, mulieres, infantes, potenciam Domini exorabant, & Beatam Mariam cum omnibus Sanctis & Beatum Leonardum rogabant, ut Damiata, que olim fuit spelunca latronum, cathena captivorum, domus scortorum & sodomitorum &, nisi Mahumet adorabatur, esset domus Dei & oratorium Christianorum.

LV. Cumque crepusculum finem daret, dies clarus apparuit, dies, in qua Christus baptizatus fuit, scilicet, dies Martis, scilicet, in qua omne bonum contulit Christianis, protinus viderunt vexillum Sancte Crucis super turres, & omnes, qui plorabant, oculos & manus ad celum levaverunt & *Te Deum laudamus* & *Gloria in excelsis Deo* cantaverunt. Hoc respiciens soldanus, putavit succurrere civitati, venit cum tota gente sua ante fossatum nostrum, & bene invenit id [1] munitum, & ipse pre nimio dolore quasi mortuus in terram cecidit, & nomen Dei sui blasphemabat, & dicebat: *O Mahumet, usque hodie dilusisti me, certe si Christiani capiunt Damiatam, nec Te colam, nec Te adorabo de cetero!* Cognoscentes illi, qui prope Damiatam erant, banerias nostras super turres civitatis, cum magno dolore perrexerunt ad soldanum & dixerunt ei: *Domine, amisisti Damiatam, de cetero sua non erit!* Audiens ipse talia statim loquelam perdidit & iussit capita truncari ipsis nunciis, cumque per duas horas esset in hac tristicia, subito se erexit, & accepit gladium, quo erat accinctus & truncavit sibi barbam, & omnes sui ita fecerunt, & eciam caudas equis, & ipse cepit lamentare & dicere: *O Damiata, que fuisti usque nunc lucerna Paganorum, modo obscurata es nobis! Ego miser, quid faciam? Quo ibo? Quare non mortuus fui in ventre matris mee, aut cum natus fui, cur non statim perij* (Iob., III, 11)? *Antequam sub meo domino virgo Damiata esset, a perfidis Christianis violata & corrupta!* Et dixit: *Pereat dies, in qua*

natus fui, dies illa & ista non computetur in diebus anni 1219
(Iob, III, 3-6), *quia magnam obscuritatem obtulit Paganis*
& sanguinis effusionem! Nullus audebat eum alloqui, &
venerunt fratres soldani, Coradinus & Phares, cum multis
ammirariis & dixerunt ei: *Domine, Damiata allevata est*
a nobis, & superbia nostra non potest plus regnare nobiscum,
melius est nobis, munire Alexandriam & Babiloniam, quam
stare hic & videre Damiatam, desolacionem nostram! Et
ipsi tres reverterunt ad hospicia & ea cremare ceperunt,
& omnes casales, qui erant prope Damiatam, exspolia-
verunt, & in quinta die post capcionem Damiate Pagani Nov. 10.
fugerunt cum ira Dei & exsperserunt se ante Christianos,
& nostri cum triumpho remanserunt in civitate, aurum,
argentum & ornamenta & frumentum sine fine & nu-
mero invenerunt, & totum fuit de commune, & platee
tote & domus erant plene de cadaveribus, quia ibi erant
octoginta milia de Sarracenis mortuis, & de vivis non
erant nisi decem milia, & de sanis non erant nisi tria
milia, & unus alium sepelire non valebat, & tot fuerunt
cadavera, quod nullus poterat sufficere ad proiiciendum
in flumen, & quicumque volebat tria corpora proiicere
in flumen extra civitatem, dabatur ei bysantium unum,
& a die Sancti Iohannis, cum Deus nostram superbiam
castigavit, ab illa die ceperunt mori, ideo quia signum
Sancte Crucis ante nos faciebant, & lapidabant & ver-
berabant & igne cremabant. Unde Christus bene accepit
vindictam de suo sancto signo, quod nullus ex illis a
canina morte evasus est. Unde vos Christiani, qui histo-
f. 36 b. riam auditis Damiate, Christum flexis genibus adorate, &
bonam fidem atque puram in ipsum habete, qui tantam
victoriam dedit Christianis in hiis temporibus, quod Da-
miata, cum fuerit obsessa a Christianis, & nihil ei nocue-
runt, sed modo Dei gracia sine sanguinis effusione capta

18

1219 eſt, & nullus princeps de ea plene laudari poteſt niſi ille,
cui laus & gloria pertinet, & convenit.

Nov. 5. LVI-LVII. Anno Domini M.CC. xix,[1] indictione viij,
quinta die intrante menſe Novembris, in vigilia Sancti Leo-
nardi abbatis, in media, annum unum & menſes quinque &
hebdomadas duas, & diem unum ſtantes Chriſtiani ante
Damiatam, a manibus inimicorum crucis eam uſurpave-
runt, tempore Honorij ſummi pontificis & domini Frede-
rici imperatoris, &[2] in tempore Iohannis, regis Ieruſalem
& Pelagij, Rome legati, & Radulphi patriarche, volente
Domino & cooperante, qui omnia fecit, Chriſtiani Da-
miatam ad honorem Dei & omnium ſanctorum lucrati
ſunt. *Et vos omnes, qui legitis & intelligitis hanc hyſtoriam,
pro anima preſbyteri Iohannis de Tulbia orate, qui hoc com-
poſuit & ibi fuit, & quecumque contigerunt, Chriſtianis
ſcripſit & denotavit.* Nono decimo die poſt captionem
Nov. 22. terre, in die Sancte Cecilie, perrexerunt Chriſtiani ad
caſtrum, quod dicitur Thamiſium; erat enim fortis Da-
miata & locus, ubi multi peribant & nullum Paganum
ibi invenerunt, & Chriſtiani habuerunt metum & puta-
verunt, aliud eſſe, quam fuit & per duos dies ante aliud f. 37.
Nov. 23. caſtrum ſteterunt & in die Sancti Clementis intus intra-
verunt, & nullus Paganus ibi erant, & ſic Chriſtiani ſine
morte ulla caſtrum Thamſij lucrati ſunt.

LVIII-LIX. In hiis vero diebus orta eſt magna diſcordia inter legatum & regem, propter quod rex petebat dominium civitatis, & legatus noluit ei concedere & propter theſaurum, quod nolebat reddere, & in tantum intravit diſcordia inter illos & inter totum exercitum, quod rex armavit tres galeas, & de exercitu volebat recedere, & omnes ſui ſecum; hoc vi-

1 *Cod. præbet* MCCXVIII. — 2 *In codice hoc loco falſo ſequuntur, quæ in ſequenti pagina, fol.* 37, *a verbis* iuſſum Romæ *uſque ad* portionem dare *legimus.*

dentes, confiliati funt ei dare civitatem ufque ad adven- 1219
tum paffagij imperatoris & iuffum Rome & libertatem
Chriftianorum. In die Sancti Thome tamen erat cor Dec. 21.
eorum de auro obfecatum, quod nolebant dare nifi fex
byfancios cuilibet de exercitu. Inde totus exercitus armatus fuit, & Romani & Latini intraverunt civitatem & acceperunt omnes turres & foras turpiter proiecerunt Francigenas, & multi fuerunt vulnerati & mortui; ex utraque parte totus exercitus armavit fe, & omnes putabamus in illa die effe difperfi. Tunc dominus legatus pofuit pacem in omnibus, & civitas fuit affignata regi & Alamannis, falvo iuffu imperatoris, & promiferunt integram porcionem dare.

LX. In die Epiphanie iterum totus exercitus armatus fuit, 1220 Ian. 6.
& cuccurrerunt ad dominum legatum & volebant eum occidere. Poftea venerunt dicentes, quod delufi erant a militibus, omnes fe armaverunt & venerunt ad dominum legatum & dixerunt ei: *Domine, da nobis porcionem civitatis!* Et ipfe dixit eis: *Quicquid habeo, daturus fum vobis, fed nichil alij nolunt vobis dare. Ite & habeatis confilium!* Et ex alia parte rex, templum & hofpitale & omnes Franci fe armaverunt & intraverunt in civitatem & turpiter foras proiecerunt Latinos, & in illa die magnum infultum dederunt civitati, & multi Chriftiani fuerunt vulnerati, & quidam ex illis dicebant: *Mittamus ad foldanum, ut veniat ad principes!* Ceperunt dare porcio-
f. 37 b. nem ad eorum libitum militibus viginti quattuor byfancios, facerdotibus & turcopulis duodecim, clientibus fex, mulieribus & pueris tres. Et fciatis, quod centum milia Chriftianorum erant fcripta in exercitu.

LXI. Secunda die Februarij, in fefto Beate Marie Virginis, Feb. 2.
conftituit dominus legatus & omnes prelati divinum officium celebrare intus in Damiata, ut purificaretur a multis fetoribus, quibus erat anima polluta, & in mane eodem die

clerici & laici fuerunt congregati, & vera crux cum vexillo ante ibant, & intraverunt civitatem laudantes Chriſtum & Beatam Mariam & omnes Sanctos, & *Te Deum laudamus* & *Gloria in excelſis Deo* plorando pre gaudio cantaverunt, ſicut mater de amiſſo filio, eo invento de gaudio plorat, ſic ſancta eccleſia, que eſt mater noſtra, una cum filiis ſuis de recuperacione Damiate letati fuerunt, & ipſe dominus legatus celebravit miſſam ad honorem Dei & Beate Marie & omnium Sanctorum & ſicut in illa die in templo luminariis fuit preſentatus, ita Chriſtiani obtulerunt ſacrificium Deo in Damiata inmaculatum. Tunc completum eſt in Damiata, ſicut dicitur in evangelio : homo quidam habuit duos filios & unus militum tempus vixit luxurioſe & perierat & recordatus eſt & venit ad mercedem patris ſui, & ipſe interfecit vitulum ſaginatum & celebravit nupcias (Luc., XV, 11-32). Ita patri celeſti placuit, agnum ſine macula ſibi eſſe oblatum, &, ubi Mahumet colebatur uſque nunc dicta eſt macomeria, modo de gracia dicta eſt virgo Maria. Amen.

VI

LIBER DUELLII CHRISTIANI

IN OBSIDIONE DAMIATE

EXACTI

CODEX MANUSCRIPTUS:

Heidelb., Salem IX, 29 (membr., f. XIII).

LIBER DUELLII CHRISTIANI

IN OBSIDIONE DAMIATE

EXACTI

* * *

f. 175 b. ANNO Dominice incarnationis MCCXVIII, in- 1218
diccione vj, in medio menſis Maij, regnante
rege Iohanne in partibus Iheroſolimis, pre-
dictus ipſe rex Iohannes & dux Auſtrie, Liu-
poldus nomine, & templarij cum hoſpitali & patriarcha
Ieroſolimorum cum multis epiſcopis & aliis baronibus
tenuerunt conſilium, ut irent in terram Egipti ad Paganos
deſtruendos.

II. Principes itaque iſti cum multis peregrinorum,
qui ad auxilium venerant, mediante Maio, naves aſcen-
derunt & in ſequenti die Martis in Egiptum pervene- Maj. 29.
runt & ſederunt ante Damiatam, in qua natus fuit
Moyſes & Maria Egiptiaca. Applicant autem in quan-
dam inſulam inter mare & fluvium paradiſi, qui dicitur
f. 176 a. Gyon, id eſt Nilus, de qua Ieremias propheta natus fuit,
cuius domus veſtigia adhuc apparent. Gaudia igitur &
labores, quos ibi paſſi ſumus, vobis breviter exponamus.

1218 III. Contriſtati ſumus multociens pro quadam turri munitiſſima, ſuper congeriem lignorum in medio fluminis fabricata. In hac enim camere erant, ſicut ſupra dictum eſt, ſeptuaginta & in ſingulis his tria archeria, in quibus milites trecenti cum multis baliſtis & armis & tres mirarij ad defendendum conſtituti & victualia multa erant illis, ad annum ſufficientia. Tres etiam catene erant in ea conclavate uſque ad muros civitatis, ita quod nulla navis per fluvium poſſet aſcendere, ideoque noſtri nequibant civitati appropinquare & exſtruentes ſcalas in prima
Iul. 1. die Iulij debellavimus turrim putantes, nos poſſe capere eam. Scale vero fracte fuerunt, quam cito turri ſunt appoſite, & plus quam centum ſtrenuiſſimi viri milites cum nepote ducis Auſtrie in aqua ſubmerſi ſunt.

IV. Iterum facta eſt alia ſcala ab Auſtraſionibus & in
Aug. 24. feſto Sancti Bartolomei poſita eſt ad turrim. Quam videntes, Pagani eiecerunt ignem ſulfureum ſuper eam, que nimis accenſa eſt, & omnes, qui eam aſcenderant, videbantur cremari. Quo viſo, Chriſtianorum exercitus proſternitur totus, fundens lacrimas cum orationibus ad Dominum, ſed arterie multorum tantum erant exaſperate, quod vix dicebant: *Domine miſerere!* Cum autem primam horam eſſemus in hac triſticia, ſubito vidimus lumen immenſum coruſcare ſuper exercitum & in turri ſancte crucis vexillum. His viſis, quas ex luctu amiſerant, voces confeſtim recuperaverunt, itaque turris capta eſt, & capti fuerunt in ea omnes milites cum tribus mirariis.

V. Qui cum ducti fuiſſent ante ducem Auſtrie, queſierunt, ubinam eſſent milites, qui ſibi in veſtibus albis apparuerant, *& inter eos etiam quidam rubeus erat, qui omnes modulatione dulci : Te Deum laudamus perſonantes nos fortiſſime expugnabant.* Tunc omnes noſtri oſtenſi ſunt eis, qui dixerunt: *Nullus iſtorum invaſit nos.* Tunc chriſtianus exercitus intellexit, quod Dominus noſter

Ihesus Christus misisset angelos suos ad turrim expug- 1218
nandam, quorum timore milites predicti turrim Christianis tradiderunt, miles autem ille in flammeis armis quod esset Beatus Bartolomeus, qui etiam rursus eis tanquam excoriatus apparuit. Confestim igitur fregerunt catenas & ceperunt navigare. Pagani autem e contrario submerserunt naves suas, eas cum lapidibus onerantes, & cum una die nos voluissemus navigare, quedam de
f. 176 b. navibus nostris submerse sunt.

Qualiter Christiani primo, aliquantis suorum in aquis submersis, de prima Sarracenorum aggressione triumphaverint.

Alia autem die templarij, volentes transire flumen cum navi sua, a vento eis contrario proiecti sunt ante muros civitatis, quos Sarraceni cum barbotis suis circumdederunt; Christiani autem, se defendentes, multos Paganorum occiderunt. Sed videntes, nullo modo evadere se posse, fecerunt pactum cum eis. Centum autem fere de Paganis ut Christianorum ascenderunt coccam, Christiani inferius fregerunt eam, & submersi sunt tam Pagani quam Christiani omnes, qui ibi aderant, cum quattuor barbotis & galea una, & ita non valebamus flumen transire.

VI. Tunc, divina inspirante gracia, dominus legatus applicuit cum principe Romanorum. Videns autem dominus legatus, quod non habebamus firmam terram, & tenebamur loci difficultate, ne procederemus, captivitatem valde condoluit.

VII. Audiens autem rex Egipti, quod, neque per aquam, neque permanendo in sabulo, eis nichil nocere poteramus, cum universis Sarracenis suis cogitavit destruere nos.

1218 Confeftim igitur quadraginta quattuor armavit galeas
Octob. 9. & cum his in fefto Sancti Dionyfij irruit fuper nos.

VIII. Chriftiani vero catervatim per fabulum armati incedentes, nec mortem pro Chrifti nomine, nec iacula formidantes, fed in honore & laude Dei perfeverantes multa paffi funt opprobria & vulnera in die illa. Dominus autem legatus, deferens lignum Salvatoris in manibus fuis, hortabatur milites & pedites ad obfequium Crucifixi, & ecce fubito innovatus eft ille Daviticus: *Saul percuffit mille & David decem milia* (1 Sam., XVIII, 7). Non folum enim milites Paganorum occifi funt, fed etiam illi, qui venerant in galeis, in aqua fubmerfi funt, & aqua fanguine & fpurcicia eorum adeo infecta eft, quod plurimos dies fine aqua & coctione fuimus.

IX. Poft hec applicuit Ruodpertus de Crufione cum Tubernenfe comite & comite de Marchia, qui multos fecum adduxerant commilitones de Gallia & Anglia. Perpendens autem rex Egipti, quod Chriftianorum cottidie augebatur exercitus, cogitavit, quod, antequam ifti equos extraherent & arma de navibus exponerent, fuper nos irruere.

Qualiter fecunda vice foldanus noftros invafit.

Octob. 26. Igitur in fefto Sancti Demetrij venerunt Pagani ad tentoria, noftri autem, equis velociter accenfis, perfequebantur eos ufque ad pontem fuum, per quem cottidie veniebant ad nos. Ibi multi occifi funt illorum, & nifi nox affuiffet, cum illis pontem tranfiffemus; fi quidam illorum, qui pontem evaferant, ruptis funibus & catenis, quibus pons firmabatur, eundem abire dimiferunt, ficque noftri cum triumpho funt reverfi laudantes & benedicentes Dominum Sanctumque Demetrium. Erat autem ibi

quidam Paganorum ſuper omnes magnus, qui probiſſimum hominem & militem Romanum, nomine Nicolaum de Antonia, occidit. Quod videns rex Iohannes, dolore gravi ſtimulatus, ivit eumque cum clava percuſſum in terram proiecit deiectumque, conſociatis ſibi plurimis Chriſtianis, occidit. 1218

fol. 177 a. X. Videns autem rex Egipti, quod fortuna ei novercaverat mala, & Deus pugnabat pro nobis, ſtatuit ſuper nos non amplius in publico venire bello. Munivit ergo ripam fluminis a parte noſtra poſuitque ibi trabucetos & mangos & multa caſtra, de lignis facta, quibus ſpes nobis intrandi terram Egipti iam fuit ſublata. Tunc ad inſtar Iraelitici populi chriſtianus exercitus murmuravit contra Dominum legatum & principes dicens: CUR EDUXISTIS NOS HUC, UT MOREREMUR IN HAC SOLITUDINE? AN NON ERANT SEPULCRA IN PARTIBUS NOSTRIS? (Exod., XIV, 11-12.) *Ecce hic ſine bello morimur & ſicut canes in ſabulo ſepelimur!*

XI. Ad hec precepit dominus legatus, triduanum fieri ieiunium & ire diſcalciatos ad veram & vivificam crucem, ut ille, qui in ea pependit, oſtenderet nobis viam, per quam naves imponeremus. Inſpiravit autem Deus quendam hominem, qui acceſſit ad dominum legatum & dixit ei: *Domine, mihi inſpiratum eſt, quomodo faciamus, ut naves imponantur illeſe.* Reſpondens autem legatus dixit eis: *Quod tibi revelatum eſt, fac ſine mora!* Qui ſtatim terram menſuravit & per medium exercitus ſtatuit grande fieri foſſatum, ad quod faciendum legatus & rex & omnes alij principes cunctique clerici & laici cum foſſoriis in adiutorium cucurrerunt, & cito factum eſt.

XII. Cum autem fuiſſet foſſatum perfectum, qualiter per ipſum vaſa noſtra imponeremus, non inveniebamus conſilium; quam magnus erat labor ille! A flumine enim uſque ac flumen protendebatur foſſatum.

1218 *De clade Chriſtianorum, ex intemperie aëris & maris orta.*

Nov. 30. In feſto Sancti Andree orta eſt tanta tempeſtas in aëre, quod tam inpulſu ventorum quam ſuperhabundanti pluvia in tantum mare intumuit, & fluvius ſimiliter crevit, quod non diſcernebatur aqua fluminis a mari,[1] & aqua tanta erat amariſſima. In die illa tempeſtatis cauſa omnia tentoria fracta noſtra fuere, & per totum exercitum factus eſt lacus, ita quod farina & panis & frumentum & ordeum & omnia victualia aqua ſuperhabundabant. Ibi multi infirmi mortui ſunt, & etiam plurimi ſani defecerunt. Aër ſiquidem tam obſcurus effectus eſt, ita quod nullus noſtrum valuit in die videre alium. In die illa quinque naves noſtre, que erant in portu Damiate, inpulſu ventorum ſine velis & remigiis a portu ſequeſtrate ſunt & in medio pelagi, ut credimus, conquaſſate. Una tamen ex illis fracta fuit ante Taniſium, & triginta marinarij capitibus ſunt obtruncati. In illa die quedam Fol. 177 b. munitiſſima navis cum magnis ſcalis, que cum magno labore pro civitate capienda facta fuerat, inpulſu venti, ruptis funibus, proiecta eſt, & nobis videntibus, Pagani eam cremaverunt. Unde nos plangentes dicebamus: *Quid faciemus hic? Iratus eſt Deus nobis & non vult, ut perſeveremus in ſuo ſervicio ſancto; procedere non valemus nec retroverſum redire poſſumus!* In illa die ira maris noſtrum fregit foſſatum. Tunc rex & omnes principes alij cucurrerunt ad legatum & dixerunt: *Peccavimus, domine, & iniuſte egimus, iniquitatem fecimus; da nobis penitentiam! Pater ſancte, ora pro nobis, ut Dominus nobis indulgeat noſtra peccata; nam mare noſtrum iam occupat vallatum & ecce iam venit ſuper nos, & omnes moriemur! Animas igitur noſtras commendamus Deo ſanctiſque manibus Tuis!* Et dominus legatus reſpondit: *Filij mei, Dominus noſter temp-*

1 *Cod.* amara.

tat nos; ite & occidite equos & imponite ibi cum velis 1218
navium & cum omnibus obſtaculis, que potueritis habere, ut aqua non poſſit rodere ſabulum, & liberabimur! Ad quod faciendum omnes cucurrerunt citoque id effecerunt. Iterum tercia die mare crudeliter laniavit vallatum noſ- Dec. 2.
trum. Tunc nos, quia de vita deſperati, cucurrimus ad legatum, circa pedes eius cum eo morituri, omneſque lacrimabiliter diximus ad eum: *Domine, ſalva nos, perimus!* (Matth., VIII, 25.) Qui dixit nobis: *Eamus ad foſſatum!* Venienteſque autem ad foſſatum, ipſe ſe extendit in modum crucis ſuper terram &, diſcooperto capite, oravit ad Dominum & dixit: *Domine Iheſu Chriſte, qui excitatus a Petro, dum eius navicula mergeretur, eidem reſpondiſti:* MODICE FIDEI, QUARE DUBITASTI, *& ſtatim imperaſti ventis & mari, & facta eſt tranquillitas in mari* (Matth., VIII, 26; XIV, 31), *intende nunc, piiſſime Dominus, ſuper iſtum locum & ſuper habitantes in eo, impera mari & fluvio, ut redeant in locum ſuum, & impera ventis, ut quieſcant, ne populus fatigatus omnino deficiat, ſed Tibi reddat laudes & gratias nunc & in perpetuum, qui vivis & regnas Deus per omnia ſecula ſeculorum!* Hanc orationem audientes reſpondimus: *Amen.* Facta autem oratione, protinus apparuit ſol ſplendidiſſimus, quo ſuperficies terre eodem die ita eſt deſſiccata, quod victualia, que ante pene fuerant perdita, gravi dampno fuerunt recuperata. In eodem loco quinta pars exercitus mortua fuit ex aqua & frigore, & multi amiſere ungulos, & multi paſſi ſunt in ore, & paſſi ſunt in pedibus, & ſic fuimus in
multis periculis per totam hyemem uſque ad Februarium. 1219

De triduana tempeſtate, quam paſſi ſunt noſtri, & fuga Sarracenorum, per Sanctum Georgium facta.

fol. 178 a. XIII. Perpendens autem dominus legatus, quod nullo

1219 modo, remanentes in ſabulo, civibus nocere poteramus, convocato exercitu, dixit: *Quid facimus, cariſſimi? Melius eſt nobis mori in bello, quam in parte ita vivere captivos,*
Febr. 2. precepitque omnibus, ut eſſent parati in Purificatione Sancte Marie. Qui omnes ſummo diluculo coccis & in galeis[1] aſcenderunt & per flumen navigare ceperunt. Mox tanta orta eſt tempeſtas in aëre cum aqua, grandine & frigore, quod nulla de navibus noſtris videbat aliam, & multe ex eis retroverſe ſunt. Illi autem, qui flumen tranſierunt, grandem tempeſtatem per triduum paſſi ſunt.

XIV. Similiter Sarraceni non minus non poterant videre nos nec venire ad nos, neque nos poteramus ire ad eos. Tunc milites chriſtiani, fere de divina miſericordia deſperati, illum Daviticum cantabant verſum: *Oblitus eſt Deus, avertit faciem ſuam, ne videat in finem* (Pſalm. IX, 31). Ceperunt tamen Dominum adorare & dicere: *Tu, Domine, qui omnia noſti, antequam fiant, ſerva nos, protege nos ab illa gente perverſa & nefanda, ne forte dicant in gentibus:* UBI EST DEUS EORUM? *Deus crucifixe, adiuva nos, ut non ſimus* SUBSANNACIO ET ILLUSIO HIS, QUI IN CIRCUITU NOSTRO SUNT! (Pſalm. XLIII, 13.)

XV. Exaudivit autem Dominus preces noſtras & tantam poſuit inter cives ſive Sarracenos diſcordiam, quod ſoldanus unum de amirariis ſuis fecit occidi. Pagani autem fugati ſunt a Sancto Georgio, qui ibi apparuit, fugienteſque ſua tentoria reliquerunt, que extra civitatem tetenderant. Tam precipites autem in fuga exiverunt, quod pater non exſpectabat filium, non filius patrem, ſed omnia ſua cum feſtinatione reliquerunt, nullo de chriſtiano exercitu eos perſequente. Super novitate autem

1 *Cod.* ſcalis; *corrigimus codd.* E & L *ſequuti.*

rei Chriſtiani valde expaverunt, nullo cogente, facto autem mane, neminem per campum viderunt dixitque unus ad noſtros: *Pagani receſſerunt & caſtra ſua cum bonis ſuis reliquerunt !* 1219

XVI. Tunc chriſtianus exercitus intellexit, quod Iheſus Chriſtus milites ſuos ad expugnandum inimicos noſtros pro nobis miſiſſet, conciteque flumen omnes tranſeuntes, laudaverunt Dominum & benedicentes Sanctam Agatham in cuius feſto omnes tranſierunt, ſpoliiſque eorum exercitus eſt renovatus, & tunc ex utraque parte obſeſſa eſt civitas, nichilque omnino timebant. Tunc precepit dominus legatus, in circuitu fieri foſſatum, obſeſſaque eſt civitas, quod nullus nec exire, nec introire poterat. Febr. 5.

XVII. In hac autem obſidione de piſcoto ſatis habuimus, ſed de vino & carne recente maxima careſtia[1] fuit. Tanta etiam fuit careſtia, quod unus aries, vel vervex, venditus fuit pro decem unciis auri & gallini pro triginta ſolidis & ovum pro duobus ſolidis, & vinum nimis care vendebatur.

fol. 178 b. XVIII. Poſt quindecim iterum dies ſoldanus, rex Egipti, & Corradinus, frater eius, rex Sirie, venerunt dicentes: *O Chriſtiani, aut oportet, nos Machometum negare & Chriſtianos eſſe, aut oportet, vos Chriſtum negare & Paganos eſſe !* Febr. 20.

De tercio adventu Sarracenorum.

Venerunt autem ſuper nos ex illa parte, qua nondum fuerat foſſatum completum, ibique infinitus numerus eorum interfectus eſt, obtinueruntque Chriſtiani in illa die victoriam.

XIX-XXI. Iterum octava die Martij venerunt ſoldanus Mart. 8.

1 *In margine vox* careſtia *explicatur :* penuria.

1219 & Corradinus, fratres, figentesque iuxta nos sua tentoria nichil nobis mali fecerunt.

Mart. 31. XXII. Deinde post hec in die Palmarum, id est in Dominica, que de Ramis olivarum dicitur, soldanus & Corradinus scientes, quia nos volebamus celebrare, qualiter Christus venit Ierosolimam, antequam nostri convenientes mutuo sibi possent subvenire, consilium fecerunt, super nos venire nosque a facie terre delere. Innumerabiles igitur contra nos venerunt, & quemadmodum lupi, devorantes agnos, ita ceciderunt devorare nos & iam diviserant omnia bona inter se, sed gracia Dei multi ex illis occisi sunt, & pauci de nostris defecerunt. Nos autem, memorantes epistolam Pauli, dicebamus: *Si Deus pro nobis, quis contra nos?* (Roman., VIII, 31.) Et certe tanta nostra erat miseria, quod *sicut cervus desiderat fontes aquarum* (Psalm. XLII, 2), ita desiderabamus virentia videre herbarum. Nulla quippe lingua valet explicare miseriam & infirmitates, quas passi sumus in illo loco.

XXIII. His ita gestis, de exercitu dux Austrie repatrians recessit.

De quarto adventu Paganorum & de califa, papa eorum.

April. 17. XXIV-XXV. Iterum post hec quinto decimo calendas Maij soldanus & Corradinus, fratres, collectis exercitibus, venerunt & intraverunt vallatum nostrum & putaverunt, se nos posse destruere & a facie terre delere. Sed Domino volente, Christiani habuerunt victoriam & occiderunt tam Sarracenos quam equos, plus quam duo milia. Tanta autem erat multitudo pilorum & sagittarum supra nostrum vallatum, quod terra non apparebat. Hoc bellum biduo duravit. Interim Corradinus mandavit ad amicos suos ubique & eos ad bellum invitaverat, scilicet Damascum & Alapa & Reanis & totam terram commovit usque

ad Bactanis & iuſſit, totam Siriam venire & totam ter- 1219
ram promiſſionis. Ex alia autem parte ſoldanus, rex Egipti,
commovit Alexandriam & Babiloniam & totam terram
Egipti & etiam Affricanos uſque ad Maroch, ut omnes
ei ſubvenirent dicens: *Quum ſi civitas Damiata a Chriſ-
tianis fuerit ſuperata, tota terra Paganorum ſuperabitur.*
Verumtamen omnes iſtos iuſſerunt in menſe Maij venire.
f. 179 a. Audiens autem hoc califus, illorum Agarenorum papa,
cum maxima militum copia a Bactanis venit, habens
ex diverſis partibus orbis milites ſecum, quorum multi-
tudinem dinumerare nemo ſufficeret.

De quinta ac ſexta pugna.

XXVI. In die ergo Pentecoſtes ex omni parte per Maj. 26.
aquam & terram venerunt ad nos proieceruntque ignem
ſuper berteneſcas noſtras & ceperunt foſſatum implere
noſque inter ſe captivos dixerunt diviſuros. Verumtamen
non ita contigit, ſed illorum multi equi & equites ama-
riter ſunt necati triſteſque alij retroverſum ſunt converſi,
& noſtri, quamvis vulnerati multi & occiſi pauci, trium-
phum ſunt adepti.

XXVII. Tunc machinavimus cattos & ſcalas & trabu-
cetos & multa alia ingenia pro civitate conſtringenda
& in tali opere fuimus in vigilia Sancti Iohannis Baptiſte Iun 23.
civibus & ſoldano cum ſuis nos die ac nocte impugnan-
tibus.

XXVIII. In predicta vigilia poſt veſperas quaſi octo
milia Paganorum venerunt ad noſtros, in quibus fuit &
eorum papa, califus, qui nuper in exercitu venerat a
Bactanis, factaque abſolucione omnibus Paganis, noſtrum
voluit videre exercitum & nobis oſtendere ſuum. Qui-
bus viſis, Iohannes de Arſiccio cum quattuor militibus
ſociis exivit, & multi clientes ſecuti ſunt eum. Cum qui-

1219 bus Sarraceni pugna conſerta, fugerunt, pluresque eorum in campo cadentes occiſi ſunt, ſed & califus, eorum papa, a quodam noſtro milite percuſſus, cecidit, ſed ſemivivus evaſit, unus autem de noſtris mortuus eſt illic; ſicque, pugna ſoluta, Sarraceni cum merore ad ſua redierunt caſtra, noſtri autem cum gaudio remearunt in ſua.

XXIX. In diebus illis precepit dominus legatus omnibus accipere penitentiam, quum volebat pugnare in campo, parato curru, in quo vexillum Sancte Crucis ad defendendum erat componendum. Igitur in feſto Sanc-
Iun. 29 torum Apoſtolorum Petri & Pauli iuſſit, omnes diſcalciatos ad veram Domini crucem venire, Dominum deprecantes, ut, qui in ea pependit, nobis verum & utile dignaretur conſilium parare. Previdentes autem principes noſtri, quod non eſſet tutum, pugnare in campo, quum oportebat, nos ſimul pugnare cum civitate & noſtra ſervare foſſata, & pro uno Chriſtiano pluſquam quadraginta erant Pagani, ideoque reſpuerunt neceſſitatem pugne.

De prima civitatis impugnatione & hoſtium magna ſtrage.

Iul. 8. XXX. Interea octavo idus Iulij adduxerunt noſtri coccas cum ſcalis, & poſite ſunt ſuper flumen prope menia civitatis, & per totam diem pugnaverunt. Pagani autem proiecerunt ignem ſuper ſcalas eaſque valde cremaverunt. Quod videntes Chriſtiani, plorantes & terram oſculantes nomenque Domini invocantes, dicebant: *Domine Iheſu Chriſte, qui liberaſti tres pueros de camino ignis* f. 179 b. *& eos ſine incendio ſervaſti, libera famulos Tuos ab iſta perſecucione, ne Pagani poſſint exultare de noſtra perdicione!*

XXXI. Monſtro autem facto in civitate, ſeptima vice venit ſoldanus cum manu robuſta & volebat intrare foſ-

ſatum noſtrum. Quanto autem acrius nos expugnabamus 1219
civitatem, tanto plus ipſi ab exercitu ſoldani expugnabamur. Hoc bellum fuit biduanum cum quattuor occiſis. In foſſato autem aliqui de noſtris mortui fuerunt; alij igne combuſti, alij lapidibus obruti, alij decollati, alij ſagittis confixi ſunt. Quidam autem Sarracenus, exiens de civitate, retulit nobis, quod intra civitatem inter vulneratos & mortuos computati fuerunt pluſquam octingenti. Alij autem, de foris venientes, quintam partem illorum tam hominum quam equorum occiſam, afferuerunt.

XXXII. Iterum precepit dominus legatus, ad menia civitatis trahere cattos.

De ſecunda civitatis oppugnatione.

Igitur quinto decimo calendas Auguſti trahebatur cat- Iul. 18.
tus unus ad foſſatum. Egreſſi autem Pagani cum manu valida ſexta hora diei, deferentes ligna & ignem, cattum noſtrum ferreum cremaverunt, de cuius amiſſione maxime doluimus nos, & intus maxime letabantur illi.

De tercia expugnatione & adventu Paganorum octavo.

XXXIII. In feſto Sancte Margarethe, armatis cocchis Iul. 20.
& galeis & barbotis, Chriſtiani venerunt iterum iuxta muros civitatis. Sarraceni autem cum petrariis & quarellis & trabucetis crudeliter ſe defenderunt, ſed Chriſtiani multos occiderunt & vulneraverunt. Tunc multi de civitate flebant, viri ac mulieres, parvi & magni, capillos ſuos evellentes nomenque Dei ſui blaſphemantes & dicentes: *O infelix Machomet, ecce Chriſtiani capiunt Damiatam & nos interficient, nomenque Tuum non erit hic amplius invocatum, nomen autem Dei Chriſtianorum erit exaltatum*

1219 *& manebit hic in eternum!* Quo audito, ſoldanus & Corradinus cucurrerunt ad caliſum, ſuum papam, dicentes: *Domine, capta eſt Damiata, ut credimus!* Qui ſtatim proiecit pileum ſive coronam ſuam in terram & conculcans eam cum blaſphemia Dei ſui dixit: *Heu me, eamus omnes & moriamur cum illis!*

XXXIV. Et venerunt cum manganellis, manu armata foſſatum noſtrum cum maxima vi intraverunt, gravatumque eſt prelium, & multi de noſtris occiſi & vulnerati ſunt in die illa, de Sarracenis quoque inter equos & equites fere duo milia mortui fuerunt.

De quarta expugnatione & adventu hoſtium nono.

Iul. 31. XXXV. Prima die calendas Auguſti ſummo mane Chriſtiani iterum trahebant cocchas cum ſcala per flumen ante menia civitatis. Scala Piſanorum prima fuit f. 180 a.
ad muros poſita, que cito fere tota fuit combuſta. Hos autem videntes noſtros ita concremari, valde plangebamus. Tunc Sarraceni adduxerunt barbotas & galeas armatas per flumen. Noſtre autem galee non erant ſupra noſtrum pontem, & una fuit ab eis combuſta, nolueruntque etiam pontem noſtrum concremare, ob cuius defenſionem plurimi de noſtris ſunt vulnerati. In meridie autem poſita eſt alia ſcala ſupra murum civitatis, & cum debuit reclinari, fracta eſt. Item venit alia ſcala Ianuenſium deſcendens ſupra murum. Tunc gladiis pugnare ceperunt, ita quod lapides & iacula in civitatem proiiciebantur & multos vulnerabant & interficiebant. Pagani autem immiſerunt ſuper ſcalam ignem eamque combuſſerunt. At nos, qui eramus in terra, hec videntes, flexis genibus, Deum deprecati ſumus dicentes: *Domine Iheſu Chriſte, qui Tua miſericordia mundum veniſti redimere & de utero Beate Virginis carnem voluiſti accipere humanam & pati dignatus es*

crucem veram, ne respicias ad iniquitates nostras, sed ad fidem, propter quam peregrinamur, concede propicius, ne nostro sanguine manus Paganorum abluantur, qui vivis & regnas Deus per omnia secula seculorum! Amen. 1219

XXXVI. Veruntamen Pagani, videntes scalam supra murum audientesque luctum & planctum, qui erat in circuitu eorum, super infantes & mulieres dixerunt: *Quid faciemus? Oportet, nos simul mori cum istis, antequam incidamus in manus istorum sclavorum.* Nescio, quomodo fecerunt, quod iuxta nostrum fossatum venientes tam crudele bellum nobis intulerunt, quod palatium nostrum diruerunt & berenescas nostras quinque, & plusquam duo milia usque ad nostra intraverunt tentoria, & quidam amiraldus incedens clamabat dicens: *Noster est Dominus Machomet & non Christus!* Audientes hoc milites & templarij, qui ibi aderant, contristati dixerunt: *Quid faciemus? Fugere non valemus!* Et, invocato Domino in adiutorium, exierunt foras & illos, qui intraverant, ferocissime eiecerunt. Sed & admiraldum, qui impia protulerat verba intus occisum repererunt, sicque Pagani fugam inierunt. Veruntamen multos truncantes capitibus & manibus & pedibus in campo iacentes dimiserunt, qui sine numero fuerunt. Sed consul Pisanus cum quindecim militibus & nostri victoriam obtinentes cum leticia sunt reversi, laudantes & glorificantes Deum, qui salvos facit sperantes in se.

De expugnatione quinta & quorundam principum obitu.

XXXVII. In die Transfigurationis Domini, scilicet in
festo Sancti Sixti, Christiani oppugnaverunt urbem, im- Aug. 6.
plentes fossatum, super quod cattus noster ducendus erat,
f. 180 b. qui undique ferreus erat, per quem nos etiam civitatem
habere posse sperabamus. Civibus autem monstrum sive

1219 tumultum in civitate facientibus, venit ſoldanus ante noſtrum foſſatum, noſtris nihilominus in armis preparatis. Exeuntes autem de civitate Pagani cum forti manu, deferentes ligna & ignem, cattum noſtrum ferreum concremaverunt. Quem cum Chriſtiani defenderent, multi eorum vulneribus & morte ſunt perempti. Septem ergo cattos noſtros combuſſerunt, unde Sarraceni valde ſunt exaltati
Aug. 11. & Chriſtiani contriſtati. Tertio idus Auguſti comes de Marchia ſine vulnere obiit, ſuper quo Chriſtiani valde doluerunt. His diebus comes de Nivers infamatus de exercitu receſſit.

Aug. 15. XXXVIII. In nocte Aſſumptionis Sancte Marie ſeptem Pagani, exeuntes de civitate, in fluvio capti fuerunt & mane ad dedecus Paganorum aures & nares & labia truncati in craſtino ſunt miſſi in civitatem. Qua de cauſa etiam Sarraceni unum de noſtris ſimili modo truncatum nobis remiſerunt. In illis diebus comes de Bar & filius eius obierunt.

De dolendo gravi Chriſtianorum infortunio.

Aug. 24. XXXIX. In feſto Sancti Bartolomei iterum Chriſtiani armaverunt cocchas, ſed pre impetu fluminis non potuerunt appropinquare ad menia. Tunc elati pedites dicebant, nolle ad bellum exire milites. Diviſerunt igitur gentem, ut una pars cuſtodiret tentoria, & alia ſervaret flumen & urbem, & alia pugnaret in ſabulo.

Aug. 29. XL. In Decollatione Sancti Iohannis Baptiſte Chriſtianorum calamitas & miſeria quedam, triſtis dico, fuit magna. Dominus enim legatus & rex exierunt per gentes ad hoſpicia Paganorum, qui a noſtris caſtra metati fuerant fere duobus miliaribus, factaque ibi mora, peditum fugata eſt caterva, nulloque cogente, ſed maligno eos ſpiritu exagitante. Tanta erat fugientium rabies,

quod pro nimia perturbacione nemo eos poterat retinere, 1219
unde & multi, perſequentibus eos Paganis, nunc gladio aliqui, nunc ſiti defecere nonnulli. Principes autem noſtri, talia videntes, timuerunt de populo, ne omnino deficeret, milites ſuos iuſſerunt, invadere Sarracenos. Dominus quoque legatus, dans omnibus benedictionem, dixit : *Ite, Dei fiat voluntas !* Et ipſi irruentes in eos, multos interfecerunt, de noſtris quoque multi mortui ſunt. Ibi nullus iners, nullus ignarus fuit. Multe milicie facte ſunt hinc inde ex utraque parte, ſed in multa dampna paſſi ſunt noſtri. In illa die multi templarij & hoſpitalarij & multi milites occiſi ſunt & capitibus truncati. Noſtri quoque, per flumen navigantes, galeam unam amiſerunt, ceſis his, qui in ea erant. Multa opprobria & vulnera paſſi ſunt milites noſtri in illa die. Hac die ſine numero Chriſ-
fol. 181 a. tiani ſunt occiſi, quos Deus cum Beato Iohanne in celeſti gloria voluit collocare.

XLI-XLII. Modo audite, qualiter Chriſtus milites ſive peregrinos ſuos recepit. Unus forte Teutonicus quidam inter mortuos remanſit vivus, qui in nocte, erecto capite, excitatus a ſompno, vidit totum campum illuminatum & vidit & audivit maximam multitudinem angelorum cantantes ſuper mortuos & dicentes : *Hij ſunt, qui veniunt ex magna tribulacione & laverunt ſtolas ſuas & dealbaverunt eas in ſanguine agni* (Apocal., VII, 13), *quum pro Domino martirihati ſunt !* In illa die capti fuerunt barones noſtri : camerarius regis Francie & Beluacenſis epiſcopus cum fratre ſuo, Iohanne de Arſcico, milite probo, comes de Belmont, Andreas de Perſe, Anſelmus de Leon, prepoſitus Sancti Homerij, & multi alij, templarij & hoſpitalarij, qui ducti fuerunt in captivitatem. Sed rex Iohannes cum templo & hoſpitali & multis aliis extra foſſatum remanentes multos occiderunt, nulluſque Sarracenorum auſus fuit ad nos intrare. Pagani igitur, multa ſpolia ac

1219 multorum Chriſtianorum habentes ſecum capita, veniente nocte, receſſerunt, noſtri, quoque multis Sarracenorum occiſis ac quattuor amiraldis eorum captis, vulnerati & multum triſtes infra levas ſunt recepti, ſicque clauſit dies.

De decimo adventu Paganorum.

Sept. 14. XLIII-XLIV. In Exaltacione Sancte Crucis principes Romanorum & epiſcopus Ungarie & comes Belquilinus cum multis aliis peregrinis receſſerunt. In his etiam diebus applicuit Savariſius de Malleon cum quindecim galeis, in quibus multi erant peregrini. Interim rurſus ſoldanus miſit per omnes Babilonie provincias dicens: *Si quis vult habere Chriſtianos ſclavos, huc veniat, quum principes eorum mortui ſunt, & Deus eorum longe eſt ab eis, & vivi iam fugiunt!* Iterum fraudulenter pactum fecit & nobis firmare voluit. Hoc autem verum eſſe, putavimus, ſed legatus non credebat, ſed, ita nos ſe poſſe deludere, ſperabat. Soldanus igitur exſpectabat navium receſſionem, ſed & nos adventum aliarum ſperabamus.

Sept. 23-29. XLV. In ultima ebdomada menſis Septembris duodecim naves una die de portu exierunt, & ſoldanus ſtatim exſpuit pactum.

Sept. 26. XLVI. In ſexto calendas Octobris venerunt Pagani ex utraque parte per terram & ſabulum &, ſoldano iubente, foſſatum noſtrum intraverunt. Dixit enim, *quum Chriſtiani deſunt & nichil valent!* Putantes autem, quod dicebatur, eſſe verum, plures ipſorum intravere foſſatum, quorum multi ſunt occiſi, & pauci ad dominum ſuum ſoldanum ſunt reverſi dicentes: *Domine, ſclavi iſti valde dampnaverunt nos!* Fixerunt autem quattuor manganellos contra nos, ſed gracia Dei nichil nobis nocuerunt, quia Deus erat nobiſcum.

De undecimo Paganorum adventu & perdicione noſtrorum. 1219.

f. 181 b. XLVII. In die Sanctorum Coſme & Damiani iterum venerunt ante noſtrum foſſatum, & pauci de noſtris exeuntes cito occiſi ſunt ab eis. In ipſo die volebant cum herba noſtrum implere foſſatum & pre validis viribus ſuper nos venire. Tunc duo ex illis exeuntes ad nos dixerunt: *O Chriſtiani, firmi eſtote! Ipſi enim volunt veſtrum implere foſſatum & ante vos dies octo ſtare, ſed ſi modo habueritis victoriam, terram Paganorum obtinere poteritis totam.* Igitur quum appropinquaverit gracia Dei, foſſatum noſtrum, non, ut preparaverant, implere potuerunt. Tunc crexerunt caſtella de lignis, contra nos preſtolantes. Sept. 27.

XLVIII-LI. Quinque autem de noſtris, malo uſi conſilio, pecunia ab eis accepta, iuraverunt eis, pontem ſe noſtrum interrupturos, & ita Sarraceni cum galeis civitatem intraverunt. Deus autem, ſciens cogitaciones hominum, inſpiravit uni de illis penitudinem delicti, qui confeſſus eſt hoc. In alia igitur die Chriſtiani, cum manu valida exeuntes, combuſſerunt herbam Sarracenis, ex tunc abeuntibus cum triſticia nobiſque placita firmare volentibus, eo quod Deus viſitaret plebem ſuam.

De occiſione Paganorum.

LII-LIII. In feſto Omnium Sanctorum Pagani, videntes, Nov. 1.
quod non poterant civitatem retinere, volebant nobis tradere eam, quum Dei potentia ita affligebat eos, quod vix aliquis in civitate abſque gravi languore erat. Exierunt itaque duo amirarij de civitate & ad tentorium domini legati & regis venientes locuti ſunt eis, tertia die tradituros ſe Chriſtianis civitatem. Sed tertio die, id eſt

1219 Nov. 5. nonas Novembris, media nocte Pagani, clam venientes, excubiis dormientibus, letias noſtras ſine obſtaculo intraverunt appropinquanteſque tentoriis, mulier quedam, eos ſentiens ac Paganos eſſe, cognoſcens, egreſſa, clamavit alta voce dicens: *Pagani intraverunt civitatem!* Exeuntes autem Chriſtiani, tam veſtiti, quam nudi, nec mortem pro Chriſti nomine, nec iacula formidantes, per gladios venerunt ad eos. Audientes autem templarij & hoſpitalarij, quum ad eos intraſſent, occurrerunt eis Sarraceni autem, exorbitantes de via, in loca aquoſa pervenerunt, ibique occiſi fuerunt ducenti & quinque, & capti fuerunt ſexaginta, & ducenti undecim civitatem intraverunt, quos etiam mulieres occiderunt, & que mihi retulerunt, decem eis occiderunt. Sic Chriſtus nos adiuvit. Tunc Chriſtiani, mittentes capita interfectorum ad ſoldanum proiicienteſque corpora eorum ante muros civitatis reſpuenteſque pactum, ceperunt gentem dividere pro ſtabula. Illis autem in adiutorium non venerunt niſi pauci.

Qualiter capta fuit urbs.

Nov. 5. LIV-LV. Item in nonas Novembris, id eſt in vigilia Sancti Leonardi, in media nocte, in qua hora Chriſtus infernum exſpoliavit, Chriſtiani ſcalam poſuerunt iuſſu f. 182 a. legati & regis ſupra murum civitatis Damiate. Deſcendentibus autem illis, ſcala fracta eſt, & quinque de noſtris intra remanſerunt exclamantes fortiter: *Adiuva nos Deus ob honorem Sancte Crucis!* Noſtri autem, aliam adducentes ſcalam, deſcenderunt catervatim ad obſequium Crucifixi. Hoſpitalarij autem & templarij, ex alia parte venientes & foſſatum intrantes, gracia Dei poſterulam invenerunt apertam intranteſque turres aſcenderunt. Pagani vero pauci erant ad defendendam civitatem, quia Deus noſter maxima plaga percuſſerat eos, plurima-

que multitudo eorum mortua erat. Alij iacebant lan- 1219
guentes nec ſuos mortuos in unum locum ſepelire valentes, ſed per plateas & domos inveniebamus eos iacentes, unde & fetor intollerabilis erat in civitate tota. Chriſtiani itaque, turres aſcendentes, vexilla Sancte Crucis poſuerunt ſuper eas. Sarraceni autem contemplabantur muros civitatis nihilque mali ſuſpicabantur, eo quod ignis & fumus ſignum eſſet ſoldani, qui tantus erat, quod civitas tota videbatur ardere. Tunc exercitus Chriſtianorum, qui erat in ſabulo, neſciens hec, infremuit, videnteſque tam maximam ignis copiam, adcurrerunt, intelligentes autem, civitatem eſſe captam, principes noſtri, clerici & laici, pro gaudio lacrimantes ac in terram proſtrati, Deum & Beatam Virginem cum omnibus ſanctis obnixe deprecantes, ut Damiata, que olim erat catena captivorum & ſcortum & domus Sodomorum, eſſet deinceps domus Dei & Chriſtianorum.

LVI. Orta igitur prima diei luce, nos omnes, Chriſtianorum vexilla videntes in turre, flentes & cum gaudio oculos ad celum levantes, & *Te Deum laudamus* & *Gloria in excelſis Deo* cum magno perſonantes tripudio, gracias inmenſas retulimus Deo. Videntes autem ſoldanus & Coradinus, ceperunt dicere: *O Machomet, uſque hodie decepiſti nos! Certe, ſi Chriſtiani habent Damiatam, non Te colimus, nec Te adorabimus!* Illi autem Pagani, qui erant iuxta turres civitatis, ut viderunt noſtra vexilla, eiſdem turribus ſuperpoſita ſuaque depoſita, civitatem captam eſſe, cognoſcentes, triſtes ad dominum ſuum ſoldanum pergentes, plorando dixerunt: *Domine, amiſiſti Damiatam, & de cetero non erit Tua!* Audiens autem hoc ſoldanus, ſtatim loquelam perdidit & ſignum fecit, ut illis, qui malum nunciaverant, capita truncarentur. Cumque per duas fere horas in hac permaneret triſticia, aperiens oculos erexit ſe &, arrepto gladio, quo erat accinctus,

1219 totondit barbam ſuam, & omnes ſui fecerunt ſimiliter & caudas equorum truncaverunt, & ipſe ſoldanus lamentando dixit: *O Damiata, uſque nunc fuiſti lucerna Paga-* f. 182 b. *norum, modo obſcurata es ab eis! Quid faciam miſer! Quare non fui exſtinctus in vulva matris mee? An cum natus fui, quare non ſtatim perij, antequam ſub dominio meo virgo Damiata a Chriſtianis eſſet violata?* Et dixit: *Pereat dies, in qua natus fui, dies illa non numeretur in diebus anni* (Iob, III, 3-6), *quia multi obſcurati ſive mortui ſunt in iſtis diebus!* Venerunt autem ad eum Coradinus & Fayſes, fratres ſui, conſolantes eum & dicentes: *Domine, ut cernimus, Damiata eſt a nobis alienata, melius igitur eſt nobis redire & reliquas civitates Karum & Babiloniam & Alexandriam munire, quam hic ſtare & deſolationem noſtram videre!* Igitur inde ſe moventes, hoſpicia ſua ac villas omnes, vicina quoque civitati receptacula omnia a civitate capta infra quinque dietes exſpoliantes, penitus concremaverunt, ſicque a facie noſtra receſſerunt.

De ingreſſu noſtrorum in civitatem.

LVII-LIX. Noſtri autem, civitatem intrantes, aurum infinitum invenerunt & argentum, vaſa quoque aurea & argentea & erea & ornamenta omni metallorum genere & ſine numero facta. Invenerunt etiam frumentum & ordeum & oleum & tapetia, bancalia, pannos ſirigatos & omnia neceſſaria ad uſum vite preter vinum, quo & Sarraceni non utuntur nec porcina carne. Machometus etenim, eorum legis lator, verens, ne ſui diſcipuli aliquando forte per ebrietatem ſuam nefandam detegerent ſectam, ab uſu vini eos prorſus inhibuit, ſicque uſque ad preſentes legis nec ſanctio inſciſſa pertinuit. Carnibus ſimiliter non veſcuntur porcinis ob cauſam devorati Machometi ſui a porcis. Omnes autem res, in civitate in-

ventas, communiter ad exercitum decreverunt fore diſtri- 1219
buendas, ſed hoc non eſt completum, ſicut promiſerant. Multi autem mortui in civitate erant, & multi per domos & per vicos & per plateas inſepulti iacebant, ideoque intollerabilis in civitate fetor erat. De octoginta autem quattuor millibus, quos ibi reliquerat ſoldanus, non erant vivi niſi quinque milia Sarraceni, fere autem mille remanſerant inſepulti, quibus locus deerat ſepeliendi. Signum vero ſancte Crucis, quam multociens fecerant, coram oculis noſtris & flagellaverant & combuſſerant; Chriſtus talem ab eis accepit vindictam, quod multi eorum morbo canino mortui ſunt, & alij languore macerati, alij guttam paſſi, alij occiſi perierunt, & ita Damiata facta eſt Chriſti diſcipula ſine ſanguinis effuſione,
fol. 183 a. que fortior totius mundi poteſt appellari. Nullus autem princeps, nec cliens, nec miles poteſt vel debet de eo gloriari, niſi tamen Deus, qui ſemper eſt laudabilis in ſecula ſeculorum. Amen.

